uit legatum non trāſit actio in ſecundū ſine ceſſione: ⁊ fortius ſi primus agnouit ⁊ percepit: ſi autē primus nō agnouit tranſit actio in ſecundum ſine ceſſione ⁊ iſto caſu poſſet ſcōs legatarius tam perſonali directa ꝙ etiam hypothecaria agere contra heredem pro reſtitutione dicti legati: in primo autem caſu quando primus legatarius agnouit legatum maius dubium eſt: tamen prout firmat Iaſ. videtur poſſe teneri ꝙ tunc non tranſeat directa actio hypothecaria ſine ceſſione: ſed vtilis ſic per dcām deciſionem Barto. in. d. §. certam defendendo illam ab impugnationib⁹ vt. ſ. Adde no. per Alexan. in. l. mulier. §. fi. ff. ad treb. ⁊ not. predicta: quia caſus eſt contingibilis: ⁊ puto quod non inuenies alibi ita diſcuſſum. ⁊ per hec eſt expedita iſta. 4. ampliatio in mate-
36 ria. d. l. nomen. ¶ † Quinto Ampliatur regula vt non ſolum procedat quando res que obligatur eſt tota obligātis ſed etiam ſi illa ſit communis pro indiuiſo cum alio: quia ille qui habet rem communem pro indiuiſo cum alio poteſt illam rem pro ſua parte non autem pro parte ſocij obligare vt etiam text. in. l. vni. C. ſi commu. res pi. da. ſit: ⁊ hoc procedit in perſonis priuatis Fiſcus autē ex priuilegio poteſt rem communem cū alio in totum obligare ⁊ alienare vt. l. j. C. de vendi. re. fiſ. cōmu. cum priua. lib. x. ita tenent glo. Bal. ⁊ Saly. in. d. l. vni.
37 ¶ † Et ſi poſt obligationē inter dictos ſocios dicta res communis diuidatur ⁊ vnicuiqꝫ ex ſocijs obueniat dimidia: non remanebit obligata ſola dimidia ꝙ obuenit illi ſocio qui dimidiam obligauit: ſed in obligatione erit dimidia cuiuſlibet dimidie pro indiuiſo vt eſt tex. ⁊ ibi Barto. in. l. ſi conſenſit. §. fina. ff. qui. mo. pigno. vel hypo. ſol. ⁊ text. in. l. iiij. §. fina. ff. qui po. in pigno. ha. ⁊ Bal. ⁊ Sa
38 lice. in. d. l. vni. ¶ † Sꝫ dubitatur in materia an inter duos creditores qui rem communem pro indiuiſo pignori acceperunt competat iudic. diuiſorium cōmu. diuidundo? Et dicendum eſt ꝙ ſic vt eſt text. in. l. communi. §. inter eos. ff. cōmu. diui. ⁊ in diuiſione predicta non fiet eſtimatio partiū pro vero pretio ſed pro quantitate debita: ⁊ ſi contingat in dicto iudic. diuiſorio vni ex creditorib⁹ aſſignari totum pignus reſeruabitur tamen ius luendi debitori vt eſt text. in
39 d. §. inter eos. ¶ † Ulterius notandum eſt in materia ꝙ ſocius ⁊ dominus alterius dimidie poteſt prouocare ad diuiſionem creditorem cui alius ſocius obligauit aliā dimidiā: ⁊ ſi contingat ꝙ tota res adiudicetur creditori in dicto iudic. diuiſorio: nō audietur debitor poſtea volens recuperare ſuam dimidiam a creditore: niſi etiam recuperet aliā partem adiudicatam in diuiſione ipſi creditori tex. eſt in. d. l. communi. §. ſi de-
40 bitor. ⁊ ibi Barto. ⁊ alij. ¶ † Sed eſt dubium an idem ſit econuerſo vez ſicut ipſe ſocius ⁊ dominus poteſt prouocare ad diuiſionem ipſum creditorem vt dictum eſt: ita ipſe creditor poſſit prouocare ipſum ſocium ⁊ dominum alterius partis? ⁊ text. in. d. §. ſi debitor. ⁊ in l. ſi probatum. C. eo. titu. qui concordat cum. d. §. ſi debitor ſolum decidit ꝙ dominus vnius partis poſſit prouocare creditorem: ſed an creditor poſſit prouocare dominū nec tex. nec doc. ibi decidūt: ⁊ videbatur dicendum ꝙ creditor non poſſit prouocare ſocium ſeu dominum alterius partis: quia diuiſio eſt quedam alienatio vt. l. j. C. cōmu. diui. ⁊ licet alienatio neceſſaria permittatur ipſi creditori quando ſcilicet ipſe prouocatur ad diuiſionem a domino alterius partis: tamen non videtur ei permiſſa voluntaria quando ſcilicet ipſe prouocat prout in ſimili dicitur in marito in fundo dotali vt. l. ij. C. de fun. do. et in minore vt. l. finali. C. cōmu. diui. Tamen in creditore conuentionali eſt clarum ꝙ ipſe poteſt prouocari ⁊ etiam prouocare aliuꝫ ad diuiſionem quia videtur de iure ei conceſſa a debitore tempore obligationis alienatio tam voluntaria quam neceſſaria pro ſuo debito conſequendo et l. non eſt nouum. ff. de acqui. re. do. et ita tenet Bartol. in. l. is qui fundum. ff. de
41 vſufruc. lega. ¶ † Sed dubium eſt quid in creditore immiſſo in tenutā ⁊ ſic habente pignus pretorium ex primo de-

ereto iuxta.l.non eſt mirum.ff.de pign. actio.an poſſit prouocare ad diuiſionē: ⁊ in hoc ſi ſunt duo creditores immiſſi in tenutam inter eos competit hoc iudic.diuiſorium vt eſt tex.in.d.l.communi.d.§.idem ſi duo a pretore miſſi.quia per talem diuiſionem non tollitur ius luendi quod competit debitori.d.l.communi diui.§.inter eos:⁊ idem eſt quando immiſſus prouocatur ad diuiſionē per alium dominum alterius partis: quia diuiſio tunc eſt neceſſaria et ideo permiſſa.d.l.ſi probatum.⁊.d.l.communi di.§.ſi debitor.

42 ¶ † Reſtat ergo difficultas an immiſſus poſſit prouocare alium dominum alterius partis:⁊ videbatur dicendum q̄ non:quia alienatio voluntaria non eſt permiſſa in pignore pletorio ſicut in pignore conuentionali.Nam vt dixi in pignore conuentionali permittitur creditori etiam alienatio voluntaria.d.l.non eſt nouum:in pignore autem iudiciali ipſe creditor nō pōt alienare ſed debet petere fieri alienationem per pretorem vt eſt tex.in terminis in.l.ij.C.ſi in cauſam iudi.pi.captum ſit:cum autē ex diuiſione poſſit ſequi alienatio partis in quam facta eſt immiſſio per adiudicationem faciendam alteri domino alterius partis iuxta.l.j.C.cōmu.diui. videtur q̄ immiſſus non poſſit prouocare alium dominum:et ita arguebat in facto quidam excellens aduocatus. ¶ Mihi autem ſemper viſum fuit q̄ etiam immiſſus in tenutam poſſit prouocare alium dominum ad diuiſionem quia q̄uis immiſſus non poſſit ex ſua voluntate alienare ſicut poteſt creditor pignoris conuentionalis:tamen bene hoc poteſt petere fieri per iudicem.d.l.ij.C.ſi in cauſam iudi.Similiter ergo debet poſſe petere diuiſionem fieri per iudicem: et ſic eſto q̄ ipſe voluntarie diuidere nō poſſit ex ſe ſicut poſſet creditor pignoris cōuentionalis:tamen hoc poteſt impetrare a iudice ceſſat ergo argu.quod fit de prohibitione alienationis voluntarie. ¶ Nec obſtat q̄ maritus et minor non poſſint prouocare ſed bene prouocari ad diuiſionem.d.l.ij.C.de fun.dota.et.l.fina.C.cōmu.di.quia poteſt reſponderi q̄ ipſis eſt prohibita non ſolum alienatio ſed etiam diuiſio in fauorem dotis et minoris etatis:ſed in immiſſo nō inuenitur talis prohibitio imo inuenitur permiſſa quando duo immiſſi agūt inter ſe vt dictum eſt.ſ.Iſta autem difficultas ex toto ceſſaret quando immiſſus haberet etiam hypotecam conuentionalem nam tunc tanq̄ habens conuētionale pignus poſſet prouocare voluntarie.d.l.non eſt nouum.

43 ¶ † Adde etiam in materia q̄ ſi habens rem cōmunem cum alio pignori det partem ſuam poteſt nihilominus cum alio ſocio diuidere et diuiſione non obſtante manebit integrum ius pignoris debitori.d.l.ſi conſenſit.§.fin.ff.quibus mo. pignus vel hyp.ſol.et.l.ſi quis putās. §.ſi fundus.ff.cōmu.di.

44 ¶ † Item adde q̄ ſi habens rem communem cum titio eius partem pignori det titio:ſi poſtea contra titium agat communi diuidūdo poterit repelli exceptione pigneratitia vt ſcilicet non audiatur niſi prius ſoluat debitum pro quo illam partem ſuam pignorauit text. eſt in.d.l.ſi quis putans.§.idem Julianus.et ibi no.Gloſa.ad fi.Dicens poſſe hoc quotidie in practica contingere inter fratres et mercatores habentes res communes q̄ ſi alter reperiatur obligatus alteri ſub hypoteca bonorum non poterit eum cui obligatus eſt prouocare ad diuiſionem:niſi forte ille cui obligata res eſt patiatur fieri diuiſionem non aliter opponendo exceptionē dicte hypotece nam tunc diuiſio deberet fieri vt habetur in.d.l.ſi quis putans.§.idem Julianus.Et iſta ſufficiāt in iſta quinta ampliatione.

45 ¶ † Sexto Amplia dictam regulam vt non ſolum res que noſtre ſunt poſſint obligari vt dictum eſt in regula ⁊ ampliationibus precedentibus: ſed etiam ille que non ſunt noſtre ſed future ſunt vt fructus pendentes:partus ancille:fetus pecorū et huiuſmodi poſſunt obligari vt eſt text.et ibi no.Barto.in.l.⁊ que nondum ſunt. ff.de pigno. ¶ Intellige tamen tu dummodo res principalis ex qua res futu=

re erant naſciture eſſet in bonis debi-
toris tempore obligationis vt eſt tex.in
l.potior ⁊ ibi per Barto.§.ſi de futura.
ff.qui po.in pi.hab. Item dummodo
future res que obligantur eſſent nate
vel ſaltem ſate ſeu concepte tempore
obligationis apud ipſum debitorē obli
gantem:ſecus ſi apud alium vt optime
declarat gloſſ.in.d.§.ſi de futura quā
46 approbant ibi Barto.Saly. ¶ †Limi
tatur modo dcā regula pluribus mo-
dis.Et primo in re litigioſa quia ſicut
illa non poteſt alienari ita ⁊ non poteſt
obligari vt eſt text.in.l.j.§.fi.ff.que res
pigno.obliga.non poſſunt ⁊ ibi Barto.
47 ¶ †Secūdo limitatur regula vt non
habeat locum in re ſacra ⁊ religioſa et
etiam in alijs que vendi ⁊ emi non poſ-
ſunt nam huiuſmodi etiā obligari non
poſſunt vt eſt text.in.d.l.j.§.eam rem.ff.
que res pi.oblig.non poſ.iuncta gloſſ.
48 ibi. ¶ †Tertio limitatur reg.vt proce-
dat in rebus pupillaribus:qꝛ ille obli-
gari non poſſunt per ſolum pupillum
nec etiam cum tutore ſine decreto iudi-
cis vt eſt text.in.l.j.in princi.ff.que res
pi.oblig.non poſ. Intellige tu quando
obligatio eſt voluntaria: ſecus autem
ſi eſſet neceſſaria: quia tunc obligatio
non eſt prohibita puta quando tutor
eſſet obligatus pro defenſione cauſe pu
pillaris cauere de iudic.ſiſti nam tali
caſu poſſet ſolus tutor bona pupilli
obligare vt eſt tex.in.l.fi.§.defenſioneꝫ
⁊ ibi gloſſ.C.de admi.tu.⁊ no. Barto.in
49 d.l.j.in prin. ¶ †Quarto limitatur re
gula in inſtrumētis deputatis ad agri-
culturam inter que ſunt etiam boues
⁊ de quibus habetur in.l.executores
cum.l.ſeq.C.que res pigno.obli.poſſeſ.
quia talia obligari non poſſunt vt ibi ⁊
contra facientes etiam puniuntur vt
in aut.agricultores ibi poſita: ⁊ iſtud
procedit tam in pignore conuentiona-
li quam pretorio: ⁊ etiam ſi colonus
aliud non haberet in bonis. Ac etiam
ſi colonus ſponte talia pignora offerret
vt firmat Saly. ibi poſt Pet. ⁊ Cyn.
Sed iſte conſtitutiones hodie de con-
ſuetudine non ſeruantur vt ibi per Sa-
50 ly. ¶ †Quinto limitatur regu.vt non
procedat in filijs familias et liberis ho
minibus:quia tales obligari non poſ-
ſunt.vt.l.qui filios.C.que res pigno.
obliga. non poſſ.quinimo accipiens
punitur ⁊ relegatur.vt.l.fi.ff.eo.⁊ not.
gloſſ.in dicta.l.qui filios limitando ta-
men vt ibi per gloſſ. et declarando vt
ibi per Saly. ¶ Sexto limitatur regu.
vt non procedat in loco religioſo nam
ille etiam pignori dari non poteſt vt.l.
ſi monumento.C.que res pi.oblig.non
51 poſ.declarando vt ibi per glo. ¶ †Se-
ptimo limitatur regu.vt non procedat
in premio future victorie: quia etiam
illud obligari non poteſt vt ex text.in.l.
opem.C.que res pigno.obliga.nō poſ.
declarando vt ibi per Saly. ⁊ iſtas ſe-
ptem limi.ſub breuitate poſui qꝛ ſunt
52 de raro contingibiles. ¶ †Octauo li-
mitatur regu.vtiliter vt non habeat lo
cum in re prorſus aliena in que debi-
tor non habeat aliquod ius neqꝫ in re
neqꝫ ad rem:quia illa obligari non po-
teſt et ſi obligetur obligatio non valet
vt.l.j.§.j.ff.de pignori. ⁊ ibi glo.⁊ Bar-
tolus ponentes circa hoc plenam di-
ſtinctionem ⁊.l.rem alienam.ff.de pi-
53 gno.actio. ¶ † Iſta autem limitatio
reſtringitur aliquibus modis. et pri-
mo reſtringitur vt non habeat locum
quando res aliena eſſet obligata ſub
conditione iſta ſi ſua erit:nam tunc pu-
rificata conditione vcꝫ quod illa res
efficiatur debitoris valebit obligatio
vt.l.ſi fundus.§.aliena.ff.de pigno.
⁊ not.gloſſ.⁊ Barto.in dicta.l.prima.§.
j.limitatio ergo procedit quando res
54 aliena ſimpliciter eēt obligata. ¶ †Se
cundo reſtringitur limi.vt non habeat
locum quando dominus rei ratificaret
dcām obligationem factam de re ſua:
quia propter talem ratificationem con
ualidatur obligatio rei aliene vt dicta
l.ſi fundus.§.j.⁊.l.rem alienam.ff.de
pigno.actio.⁊ no.Barto.⁊ glo.in dicta
55 l.prima.§.j. ¶ †Tertio reſtringitur li-
mi.quando dominium dicte rei ſuper-
uenit poſt obligationem ipſi debitori:
quia tunc ſi creditor tempore quo acce

pit obligationē ignorauit dictā rem eē alienā cōfirmabitur obligatio ⁊ ex ea dabit̄ creditori vtilis hypothecaria vt.l. rem alienam.ff.de pi.actio.⁊ ita tȝ glo. ⁊ Bar.in.d.l.j.§.j. Secus autē ſi creditor fuiſſet ſciens vȝ q̄r habuiſſet notitiā q̄ res eſſet aliena q̄r etiā ex ſupueniēti dominio ipſi debitori nō cōfirmaretur oblig.ad effectū producēdi hypothecariam vtilē ipſi creditori:ſed ſolū ad effectum dādi ei retētionē rei obligate ſi eā poſſideret vt h̄r in.d.l.j.§.j.ff. de pig. et
56 ibi p̄ Bar.⁊ plenius per glo.ibi. ¶ † Ratio autē differētie inter creditorem ſciētem ⁊ ignorātem aſſignat̄ p̄ Bart.in.d. l.rem alienā in.j.col̄.in.ij.opp. Et eſt q̄r q̄n creditor habuit ſciam rei aliene ſibi obligate debitor nō tenet̄ ei ꝯtria pigneratitia:ſed bene ei tenet̄ q̄n creditor fuit ignorans text.eſt in.l.tutor.§.ꝯtriam.ff. de pig.actio.⁊ ꝓpterea primo caſu quo debitor nō tenet̄ non intereſt debitoris pignus cōfirmari p̄ ſuperueniētiā dn̄ij ⁊ ideo nō ꝯfirmat̄. ¶ Scd̄o autē caſu in quo creditor fuit ignorās ⁊ debitor ei tenetur ꝯtria pigneratitia intereſt debitoris vt pignus confirmetur ⁊ ideo confirmatur. Et ex iſta ratione infert vnum aliud ipſe Bar.in.d.l.j.§.j. ff. de pigno. videlȝ q̄ etiā in creditore ſciēte pōt dari caſus in quo ex dominio ſuperuenienti debitori cōfirmabitur obligatio rei aliene:puta ſi debitor q̄n obligauit rē alienam creditori ſciēti obligauit ſe expreſſe q̄ dominus rei dictam obligationeȝ ratificaret vel alio modo ita q̄ ipſe debitor teneretur ſi dicta res in obligationem non incideret:nam etiam iſto caſu ex quo intereſt debitoris vt obligatio confirmetur:ex ſuperuenienti dominio ipſi debitori confirmabitur hypotheca ⁊ dabitur creditori vtilis hypothecaria et idem etiam colligitur ex no.per Barto. ⁊ Saly.in.l.cum res.C.ſi aliena.res pi. da.ſit ⁊ latius per Saly.ce. in.d.l.rem alienam in.iij.colū.vbi etiam in materia ponit latiorem ⁊ pleniorem diſtinctionem ꝙ̄ ponat gloſſ.⁊ Barto.in.d.l.
57 j.§.j. ¶ † Inſuper in materia iſtius.viij. limi.dubitatur quid ſi debitor tempore quo obligauit rem alienam creditori ignoranti habebat aliquod ius in dicta re:quo caſu valuit obliga. in dicto iure tantum vt.l.grege.§.ij.⁊.iij. et.l.ſi ab eo.ff.de pigno.⁊ ibi per gloſ. ⁊ Barto. An ſi poſtea ſuperueniat in dicta re debitori dominium dicta res modo in proprietate incipiat eſſe obligata creditori:⁊ in hoc Barto.in dicta.l.j.§.j.ff. de pigno.diſtinguit q̄ aut dicto debitori ſuperuenit dominium illius rei ex cauſa illius iuris quod in ea habebat puta quia habebat publicianā ex qua vſucapiebat ⁊ compleuit vſucapioneȝ vel erat ſibi obligata pro debito ⁊ fuit ſibi data inſolutum ⁊ iſto caſu ipſa res erit obligata vt probatur in dictis iuribus ⁊ in.l.cum fundo.§.ſi fundus.ff. de iure dotium. Aut debitor queſiuit dominium ex alia cauſa prorſus ſeparata a dicto iure quod habebat in re ⁊ tūc illa res non erit obligata:ſed erit idem quod eſt quando res aliena ſimpliciter obligatur de quo dictum eſt.ſ.in iſta. viij.limi.ita firmat Barto.in dicta.l.j. §.j. Adde etiam in materia Saly.ibi.
58 ¶ † Secundo queritur que eſt ratio differentie q̄ res aliena non poſſit obligari vt dictum eſt: ſed bene poſſit vendi. vt.l.rem alienam.ff.de contrahenda. emptio.⁊ gloſſ.in dicta.l.rem alienam dicit q̄ ratio differentie eſt quia in pignore oportet q̄ conſtituatur ius in re i.quedam obligatio quod fieri non poteſt in re aliena:ſed in venditione venditor non tenetur niſi quandam poſſeſſionem aſininam tradere ⁊ ſe de euictione obligare ⁊ ſic eſt ius quod conſtituitur in perſona quod fieri poteſt etiā reſpectu rei aliene.allegat gloſſ.l.ex empto.§.j.ff.de actio.empti.⁊ illam gloſſ. in dicta.l.rem alienam ſequitur ⁊ declarat ibi Bald. Idem tenet Bald.in.l. ſi ſine in prima.col̄.C.ad velleia.dicens q̄ ius reale nō poteſt conſtitui in re aliena:ſed ius perſonale ſic:q̄r res non obligatur ſed perſona ⁊ ſubdit q̄ hypotheca non conſtituitur ver:promiſſiuo: ſed verbo effectiuo quia qui obligat non promittit rem tradere:⁊ quo ad ipſam hypothecam nō requiritur verbum promiſſiuum. Et ſi in hypotheca eſſet adiuncta promiſſio tradēdi oriretur actio preſcriptis verbis perſonalis; ſed ſubdit

ipſe q̄ iſtud non eſt de natura hypote=
ce ꝛ ideo non competit preſcriptis ver=
bis: in venditione autem bene cadit ver
bum promiſſiuum ex quo oritur obliga
tio perſonalis que cadit etiã circa pre
ſtationem rei aliene quia ſua natura
non afficit rem ſed perſonam vnde ſecū
dum eum nullum eſt impedimentū ex
parte nature nec ex parte conſenſus.
¶ Et ex hoc infertur mirabilis ſubtili=
tas ſecundum eum: q̄ ſi tu obligaſti mi
hi rem alienam ꝛ ego illam poſſedi ti=
tulo hypotece longo tempore non ta=
men preſcribam veram hypotecam: ſe=
cus eſt ſi res vendatur vel donetur: q̄ꝛ
ibi eſt titulus ordinatus ad preſcriben
dum qui ortus fuit ex contractu cele=
brato inter partes et ex promiſſione in
eo adiecta ita dicit ibi Bald. Idem te=
net Bald. in l. fina. C. ſi aliena. res pig.
da. ſit vbi per diuerſa verba idem fir=
59 mat. ¶ † Tertio. Adde inquantum di=
ctum fuit ſupra in iſta. viij. limi. in pri=
ma reſtitutione numero. 53. q̄ res alie=
na poteſt obligari ſub iſta conditione ſi
ſua erit vt. l. ſi fundus. §. aliena. ff. de pi
gno. q̄ iſtud limitatur ſingulariter per
l. fi. C. de pact. videlꝫ q̄ res illius de cu
ius hereditate habetur ſpes: non po=
teſt illo viuente hypotecari. iſte eſt text.
ſingularis de hoc in dicta. l. fina. in ver
ſicu. neqꝫ hypotecas ꝛ ibi not. Salice.
Alexand. ꝛ Iaſo. in vlti. nota. Intellige
tamen quando talis res in ſpecie obli=
garetur exprimendo perſonam ita pro=
cedit dicta. l. fina. et tali caſu etiam q̄
poſtea dicta res per ſucceſſionem effi=
ceretur illius qui eam dicto modo obli
gauit non reconualidaretur obligatio
vt per docto. in dicta. l. fina. ſed in gene
rali obligatione bonorum non expreſſa
perſona illius a quo ſperetur ſucceſſio
bene veniunt etiam bona poſteꝫ per ali
quam ſucceſſionē queſita quia in iſtis
terminis non militat diſpoſitio ꝛ ratio
dicte. l. fina. ¶ Et adde quod in tantū
eſt prohibita ſpecialis hypoteca bono
rum in terminis dicta. l. finali q̄ etiam
non firmatur iuramento: ꝛ ratio eſt q̄ꝛ
talis hypotecatio eſt contra bonos mo
res vt per Barto. ꝛ alios in dicta. l. fina.
60 quod no. ¶ † Quarto adde in materia:
q̄ licet obligatio non valeat de re alie=
na in preiudicium domini vt dicta. l.
prima. §. primo. ff. de pigno. ꝛ dictū eſt
ſupra tamen in preiudicium tertij poſ=
ſeſſoris qui non habet titu. nec ius do=
minij vel quaſi bene valet: quia ſicut ex
titu. ꝛ traditione cauſatur publiciana
contra poſſ dentem ſine titu. vt. l. prima
ꝛ per totum. ff. de publicia. ¶ Eodem
modo ex hypoteca facta a debitore poſ
ſidente cum titu. ꝛ bona fide qui non ha
bebat dominium cauſatur vtilis hy=
potecaria vel quaſi in qua ſatis eſt pro
bare vtile dominium vel quaſi debito=
ris hypotecantis ad obtinendum con=
tra tertium poſſeſſorem ſine titu. poſſi=
dentem ita nota. Bartol. in. l. ſi ab eo. ff.
de pigno. ꝛ clarius in. l. rem alienam in
prima colum. ff. de pigno. actio. ꝛ Bal.
in. l. mater in prima. colum. in verſicu.
Item in preiudic. tertij. C. de rei vendi=
catio. et in. l. cum res in additione ſua.
C. ſi res aliena pignor. da. ſit ꝛ firmat
Cor. in conſilio. cclxxxviij. iiij. volumi.
61 in litera. l. per allegata ibi eum. ¶ † Et
ex his infertur q̄ pignus et hypoteca
dicitur titulus vt etiam eſt text. in. l. pi
gnoris. C. de pigno. actio. ꝛ nota. Bald.
in. l. ſi tibi. C. de pignori. vbi dicit de hoc
fuiſſe olim maximam queſtionē ꝛ innuit
q̄ ſit titulus per text. ibi. Quot autem
modis accipiatur titulus vide gloſſ. et
ibi Barto. in. l. non eſt. C. fami. her. Cyn.
in. l. cogi in prima queſtione. C. de peti=
tione heredita. vbi ponit q̄ titulus no=
uem modis accipi poteſt Alexand. in
l. prima in. 4. nota. ff. ſi certum petatur.
ꝛ ex nota. in locis predictis intelliges
quomodo pignus dicatur titulus.
62 ¶ † Quinto. Adde in materia quod li=
cet obligatio rei aliene nō valeat in pre
iudicium domini tamen videtur vale=
re debere in preiudiciū debitoris obli=
gantis vt ipſe ſi poſſideat poſſit conue
niri hypotecaria ita tenet Bald. in. l.
mater in prima colum. C. de rei vendi=
catione. quia debitor non poteſt ratifi=
care creditori. q. dominij allegat. l. ſi in=
ter. §. ſi debitor. ff. de pigno. ſed Bartol.
in. l. prima. §. primo ad fin. ff. de pigno

tenet contrarium videlȝ ꝙ actio hypo
tecaria non detur cõtra debitorem qui
obligauit rem alienam. Nec habet ob=
ſtare ſecundum eum ꝙ debitor nõ poſ=
ſit referre .q. dominiũ iuxta not. in .l. pri
ma .§. ſi predo .ff. depoſiti ⁊ in .l. ita vt ſi
fur .ff. commoda. Quia ad hoc reſpon=
det ipſe quod predicta procedunt quã
do ageretur actione perſonali ex con=
tractu: ſecus autem quãdo agitur ac=
ctione reali videlȝ hypotecaria tũc .n.
bene poteſt referri .q. dominij Bartol.
autem in dicta .l. rem alienam in ſecun=
da colum. in verſicu. quero circa iſtam
partem .ff. de pignor. actio. videtur te=
nere contrarium videlicet ꝙ quando
agitur hypotecaria contra ipſum de=
bitorem ſufficiat probare poſſeſſionem
debitoris ⁊ ponere ſeu articulare de do
minio abſq; eo quod aliter probetur q͂r
contra debitorem ex probatione poſ=
ſeſſionis reſultat probatio dominij cuȝ
non poſſit referre .q. dominij: ex quibus
apparet quod iſta queſtio eſt valde du
bia ⁊ ipſam per diſtinctionem late ex=
plicat Barto. in .l. commodare .ff. com=
moda. et adhuc plenius reaſſumit et
magiſtraliter more ſuo idem Bartol.
diſtinguit in .l. ſi alienam .ff. ſolut. ma=
trimonio ⁊ ibi poſt eum Alexand. ali=
qua addit diſtinctioni Barto. Quoruȝ
dicta non puto aliter referenda niſi in=
quantum reſpiciunt materiam et ter=
63 minos noſtros. ¶ † Et ideo pro conclu=
ſione preſentis dubitationis dicendũ
eſt: quod quando ille qui habet cauſaȝ
ab aliquo agit contra eum a quo cau=
ſam habet ⁊ tunc etiam quod agatur
actione reali ille a quo agens cauſam
habet non poteſt ei referre queſtio. do=
minij dicendo ſe non fuiſſe dominum:
quia hoc dicendo allegaret turpitudi=
nem ſuam quod non licet vt .l. ſi credi=
toribus .C. de ſeruo pigno. da. ma. ⁊ ita
tenet gloſſ. in .l. cum res et ibi Bartol.
Bald. ⁊ Salyce. C. de probationibus ſe
quitur Alexander in dicta .l. commoda
re in fine apoſtil. magne ⁊ idem Alexan
der in dicta .l. ſi alienam in prima colũ=
na. ⁊ exemplificant in emptore agente
rei vendicatione contra venditorem ⁊
concludunt quod tali caſu venditor nõ
poteſt excipere ſe non fuiſſe dominum
quia allegaret turpitudinem ſuam vt
64 dictum eſt. † licet econtra emptor non
videatur fateri venditorem fuiſſe domi
num: ⁊ ſic ipſe emptor conuentus a vẽ=
ditore rei vendicatione poſſet negare
illum fuiſſe dominum: quia hoc negan
do nullam allegat turpitudinem ſuam
ita tenet gloſſ. ⁊ Angel. in .l. prima in
verſicu. a non domino .ff. de publicia.
et Alexander in conſilio. xliij. viſis et
ponderatis. ſecunda colum. verſicu. pre
terea ad probandum locationem. iiij. vo
lumine ⁊ in conſilio. clxxxv. ſecunda co
lum. quinto volumi. ⁊ in conſilio. cxv.
viſo proceſſu ſexto volumine in fin. vbi
idem eſſe dicit ſi creditor ageret hypo=
tecaria contra poſſeſſorem qui habet
cauſam a debitore quod ſcilicet poſſeſ=
ſor conuentus a creditore poſſit nega=
re debitorem a quo ipſe habet cauſam
fuiſſe dominum: licet Salyce. in dicta
l. cum res in hoc voluerit contrarium ⁊
male vt ibi per Alexand. allegantem
Angel. in dicta .l. prima. ¶ Et ſic vera
videtur concluſio quod debitor conuen
tus hypotecaria a creditore non poſſit
negare vel excipere ſe non fuiſſe domi=
num et ſic quod ſit tenenda concluſio
Bartol. in dicta .l. rem alienam ⁊ Bald.
in dicta .l. mater. Et iſta etiam videtur
magis communis opiñ. vt refert Ale=
65 xand. in dicta .l. ſi alienam. ¶ † In ac=
tione autem ex contractu videlicet in
pignoratitia aliter eſt dicendum. Nam
ſi debitor ageret directa pignoratitia
contra creditorem et creditor excipe=
ret quod debitor agens non ſit domi=
nus talis exceptio non impediret pi=
gnoratitiam directam quia ad produ=
cendam pignoratitiam directam que
datur debitori non requiritur quod
ille qui dat rem pignori videlicet de=
bitor ſit dominus vt lege nec credi=
tores codice de pignora. actione. et
notat Bartolus in dicta lege ſi alie=
nam: licet ad conſtituendum ius
in re et ſic ad hypothecariam be=

ne requiratur dominiū debitoris vt ſub
dit ibi Barto. et eſt text. in .l. ſi pignore
.§. ſi predio ⁊ ibi etiam not. Barto. ff. de
66 pigno actio. ¶ † In pignoratitia ve-
ro contraria que datur creditori con-
tra debitorem idem dicendum eſt vide
licet quod ſi debitor exciperet quod
agens non ſit dominus vel quod ipſe
debitor qui pignorauit non fuit domi-
nus talis excep. non obſtaret: quia in
hac actione non requiritur probatio
dominij per predicta ⁊ quia etiam de-
bitor allegaret ſuam turpitudinem qđ
67 non licet vt dictum eſt. ¶ † Sed ſi cre
ditor conuentus pignoratitia directa a
debitore non exciperet de defectu do-
minij debitoris: ſed potius allegaret
et exciperet ſe eſſe dominum rei pigno-
rate ⁊ non teneri illam reſtituere tunc
bene talis exceptio haberet obſtare ⁊
debitor ad obtinendum haberet pro-
bare ſe dominum: qꝛ dominiū credito-
ris recipiētis impedit cōtractū pigno-
ris. l. neqȝ pignus. ff. de regu. iur. ita te-
net Bar. in. d. l. cōmodare ⁊ Saly. in. d.
l. nec creditores in verſicu. q̄ro modo ⁊c.
68 ¶ † Si vero creditor cōuentus pigno-
ratitia directa exciperet cōtra debitorē
de dominio alterius tertij vȝ ꝙ dominiū
rei pignorate ſpectet ad alium: ⁊ tūc ta
lis exceptio nō admittetur qꝛ nō pōt de
hoc excipere cōtra eū a quo cauſam hȝ.
d. l. nec creditoris ⁊ quia etiam ꝙ dicta
res fuerit aliena nō impeditur ortus pi
gnoratitie vt per Bar. in. d. l. ſi alienā ēt
qꝛ obſtat regula ꝙ de iure tertij nō lȝ ex
cipere vt. l. loci corpus .§. competit. ff. ſi
ſerui. vendi. habetur plene per Barto.
in. l. ij. ff. de excep. rei iudi. ⁊ ita tȝ Bart.
in. d. l. cōmodare ⁊ Saly. in. d. l. nec cre-
ditores ⁊ plenius in. l. nō vnde. C. ſi cer.
peta. ⁊ de hac materia vide etiam que
ſubdaȝ. ſ. in. 3. membro. vij. partis in ver
ſicu. vlterius queritur ⁊c. nu. 14. vſqȝ ad
69 nu. 16. ¶ † Poſtremo pro complemen-
to huius tertij membri ſecunde partis
queritur an res prohibita alienari poſ
ſit pignori dari? ⁊ in hoc Barto. in. l. in
quorum. ff. de pigno. poſuit vnam di-
ſtinctionem: dicens ꝙ quandoqȝ prohi
betur res vendi quia eius commerciȝ
interdicitur de iure vt in re ſacra reli-
gioſa vel ſimili ⁊ tunc pignori non po-
70 teſt dari † quia etiam pignus eſt com-
mercium vt. l. j. §. eam rem. ff. que res pi
gno. obliga. poſ. quandoqȝ non prohi-
betur commercium: ſed prohibetur vē
di vel alienari res ⁊ tunc etiam non po-
teſt obligari per. l. fin. C. de re. alien. non
alien. et ratio eſt quia per obligationeȝ
peruenitur ad venditionem pignoris.
l. ij. et. iij. ff. de diſtrac. pigno. vnde ſicut
prohibetur venditio ita et eius pream
bulum. l. oratio. ff. de ſponſa. quandoqȝ
vero prohibetur perſona emere rem:
non autem prohibetur res vendi: ⁊ tūc
ille qui eſt prohibitus emere non pro-
hibetur pignori accipere: quia licet ip-
ſe pro ſuo debito poſſit alij vendere: ta-
men prohibitio ad hoc non ſe extendit:
ſed ad id ſolum vt ipſe non emat: ⁊ iſtud
limitat Barto. niſi ille acciperet pigno-
ri pro tanta quantitate quod non eſſet
veriſimile debitorem eſſe luiturum per
not. in. l. qui habebat in princip. ff. de le
ga. iij. et hanc diſtinctionem dicit Bar-
to. procedere ſiue prohibitio ſit facta a
iudice ſiue a lege. ¶ Sed circa iſtam di
ſtinctionem Barto. aduertendum eſt
inquantum ipſe in. ij. membro firmat
quod quando res prohibetur vel alie-
nari quod etiam non poſſit obligari per
71 l. fin. C. de re. alie. non alie. †. Quia iſta
concluſio non eſt ſimpliciter tenenda.
Nam gloſſ. in. d. l. fin. in ver. hypothe-
cam dicit. quod. d. l. fin. que diſponit ꝙ
ſiue lex ſiue teſtator ſiue contractus p-
hibeat alienationem non ſolum cenſe-
tur prohibere dominij tranſlationem
ſed etiam hypothecam vel pignoris
nexum loquitur ex quadam interpreta
tione: ſed quod vere et proprie loquen-
do et ſic ex proprio ſignificatu prohibi-
ta alienatione non cenſetur prohibita
hypotheca et ratio eſt quia alienatio
proprie dicitur quando dominium trāſ
fertur vt. l. j. C. de fundo dot. et. l. aliena-
tionis. ff. de verborum ſignificatione.
et non. gloſſ. in. d. l. fin. in verſicu. hypo-
thecam et gloſſ. et Ang. in. l. benignius
ff. de legibus. Imo et alij in. c. epiſco-
pi de rebus eccleſie. non alie. ¶ † Pi-

gnus autem manet in bonis debitoris vt.l.pignus.C.de pigno.actio.ita tenet gloſſ.predicta. Et dcām gloſſ. quod appellatione alienationis proprie veniat illa ex qua dominium transfertur ⁊ improprie obligatio ⁊ hypotheca ſequuntur ⁊ dicunt eſſe notabilem ibi Cy.bal. Saly. Pau.de caſt.⁊ alij ⁊ Alexand.in conſi.xxix.clariſſime doc.5.colum.nu.51.
73 vij. vol. ¶ † Et per illam gloſſ. inferunt quod ex quo oblig.⁊ hypotheca improprie venit appellatione alienationis quod quando ſumus in diſpoſitiõe stricte intelligenda vt in ſtatutis odioſis ⁊ penalibus ⁊ in teſtamentis in quibus prohibetur alienatio in odium vel penam puta quia teſtator prohibet fieri alienationem in tales conſortes: tunc appellatione alienationis non veniet oblig. vel hypotheca. ſed illa ſolum ex qua dominium transfertur. ⁊ propterea non obſtante huiuſmodi prohibitione alienatiõis in dicto caſu: poterit res obligari ⁊ hypothecari ⁊ etiam locari ita tenent in.d.l.fi. Bald. Saly.⁊ alij: et hoc niſi in caſu in quo obligatio vel hypotheca fieret pro tanta quantitate quod veriſimiliter non eſſet ſpes luitionis iuxta.d.l.qui habebat.ff.de leg.iij. ⁊ iſtam concluſionem tenet etiam Sozi.in conſi.lxxv.circa preſentem conſultationem in.ij.colum.in verſi. ſed his non obſtantibus in primo volu. ¶ Ex quibus apparet quod dcā deciſio bar. in.d.l.in quorum in.ij.mēbro dicte ſue diſtinctionis poteſt habere locum ⁊ procedere quando ſumus in diſpoſitione in qua fit lata interpretatio prout ſunt teſtamenta fauorabilia ⁊ huiuſmodi: tunc enim prohibita alienatione cenſetur etiam prohibita oblig.⁊ hypotheca: ſecus autem quando ſumus in diſpoſitione penali vel odioſa vel aliter stricte intelligenda: nam tunc prohibita alienatione non cenſetur prohibita
74 hypotheca. ¶ † Et max. hoc eſt verũ in contractibus in quibus verba ſunt stricte intelligenda.l.quicquid. aſtringende ⁊.l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus.ff.de ver.oblig.⁊.l.ſi preſes ⁊.l.ſi de interpretatione.ff.de pen.⁊ ita late firmat Alexand.in conſil.xlj.viſo themate.in fi.vj.volu.⁊ in conſi.clxix.inſpecto ac mature in fi.eo. volu. ⁊ ita ſunt intelligenda no.per Bar.in.d.l.in quorum ⁊ in.d.l.qui habebat.⁊ in.l. rem legatam ad fi.ff.de adi.lega. ¶ † Nec hʒ 75
obſtare id quod dicebat Bartol. in.d.l. in quorum quod prohibita alienatione ideo cenſetur prohibita hypotheca quia per illam peruenitur ad alienationem.l.oratio.ff.de ſponſali. Quia reſpõdetur quod regula.d.l. oratio vʒ qđ quando vnum prohibetur cenſeatur phiberi omne id per quod peruenitur ad illud procedit per interpretationem extenſiuam vt probat tex.in.d.l.oratio in ver.ſuppleatur.⁊ no. Cy. Bal.⁊ Saly. in.l.j.in vlt. colum. C.ſi rector prouin. Unde cum veniat per extenſionem ſequitur quod illa non habet locũ in diſpoſitionibus penalibus et odioſis et stricte intelligendis per no.in auk.quas actiones.C.de ſacro.eccle.et ita late firmat Iaſ.in.l.ij.in vlti.colum. ff.de iuriſdic. om.iudi.vbi ex regula.d.l.oratio facit pulcherrimas illationes. ¶ Ratio ergo Bar. fundata in.d.l.oratio reſtringi debet ad diſpoſitionem ⁊ materiam in qua fit lata interpretatio. In alijs autem duobus membris Barto.in.d.l.in quorum tenenda eſt ſua diſtinctio.
76 ¶ † Et pro confirmatione predictorũ facit qꝛ videmus ꝙ vbi iura voluerunt prohibere etiam hypotecam iſtud expreſſerunt non acquieſcendo in ſola phibitione alienationis vt facit lex.l.fin. §.ſed qꝛ noſtra.C.commu. de lega.vbi prohibetur alienari ⁊ obligari vel hypotecari res ſubiecta reſtitutiõi fideicõmiſſarie pure vel i diē certā: ⁊ idē facit iuriſlator in.l.fi.C.de pac.vbi prohibeẗ alienatio ⁊ etiam hypotheca bonorum perſone viuentis ſub ſpe future ſucceſſionis niſi illa perſona conſentiat. Datur enim itelligi quod ex quo in dictis iuribus prohibitio alienationis fit in odium ⁊ non in fauorē alicuius: quod prohibita alienatione non fuiſſet prohibita hypotheca ⁊ propterea imperator vltra prohibitionem alienationis prohibuit etiam hypothecā expreſſe.

77 ¶ † Secus autem in prohibitiõe que fit principaliter in fauorem alicuius vt exemplificari poteſt in alienatione prohibita tutoribus & curatoribus pupillorum & minorum: de bonis eorum ſine decreto iudicis de qua in.l.j.in princ.ff. de rebus eorum. illa enim facta fuit in fauorem pupillorum & minorum vt habetur in auf.ſacramenta pub.C. ſi aduer.vendi. & ideo licet ſimpliciter diſtractio & alienatio prediorum fuerit prohibita vt.d.l.j.in prin. Tamen talis prohibitio extenditur etiam ad obligationem & hypothecam vt.l.ſi pupillorũ. §.ſi pretor eo.titu. Et idem poteſt dici in terminis.l.filiusfami.§.diui.ff.de le. primo. & in multis aliis caſibus adaptando illos ad predictam concluſionem & concordiam: licet doctores i hac materia aliquando loquantur indiſtincte: & aliquando dicant prohibita alienari non poſſe obligari: & aliquando dicant contrarium nam concordãda ſunt vt.ſ.deductum eſt. que no. quia nõ inueni bene declarari per aliquẽ.
78 ¶ † Inſurgit autẽ in predictis alia vtilis dubitatio vez an in caſu in quo eſt etiam prohibita oblig. vel hypotheca ſub pena puta quando ſumus in prohibitione alienationis in materia fauorabili vel late interpretanda ſecundum quod concluſum eſt.ſ.ſaluando ſecundũ membrum dicte diſtinctionis Bar.in.d.l.in quorum.ff.de pigno. vel etiã in aliquo alio caſu in quo inueniretur prohibita pignoratio: an in tali ſeu talibus caſibus ex ſola ſimplici hypotheca ſine traditione incurratur pena dicte prohibitionis? & in hoc puto concludendum ꝙ per ſimplicem hypothecam ſine traditione non incurratur pena iſtam concluſionem firmat Bald.in.c.j.§.aut ſi libellario in vi.colum.in verſi. ſequitur in tex.aut pignori.in titu.qui.mo.feu.amit. vbi ipſe concludit quod licet feudum ſit prohibitum alienari vel pignorari ſub pena amiſſionis feudi tamen hoc intelligitur ita demum ſi proceſſum fuit ad traditionem rei alias ſecus vt dicit.notari per Cy. & alios in.l. ſi alienatum.ff.de ver.ſigni. & ſubdit ſe etiam ita intelligere in pignore prout in alienatione & quod per ſimplicẽ hypothecationem nudo verbo factam nũquam intelligitur ventum contra prohibitionem: niſi ſit proceſſum ad traditionem: licet alias hypotheca nudo conſenſu conſtituatur: & quod idem eſt ſiue per teſtamentum ſiue per ſtat. ſit prohibita alienatio ſub pena vez qꝺ nunquam per verbalem pignorationẽ incurritur pena: quia promittere non eſt alienare.l.ad eum.§.lutius.ff.de dona.cum aliis ibi per eum allegatis idẽ tenet Bald.in.c.j.§.deniqꝫ que fuit prima cauſa bene.amit. & in.c.j.in princ.in pri.colum.ad fi.de prohibi.feu.alic.per Fede.
79 ¶ † Et idem videmus in alienatione emphiteoſis: quia niſi ſit proceſſum ad traditionem emphiteota per ſimplicem vẽditionem non incurrit penam caducitatis iuxta.l.fi.C.de iure emphi. ita tenet Specu.in titu.de loca. §.nunc aliqua verſi.195. & Ioã.And. & Pau.de leaza. & An.de but.in.c.potuit de locat. & optime facit.tex.in.d.l.ſi alienatum in prin.ff.de ver.ſigni. & mouentur quia ver. alienatio ſeu pignoratio eſt cum effectu intelligendum.l.j.§.hec verba.ff.quod quiſqꝫ iur.cum vulga. & quia venditio non dicitur perfecta ante traditionem.§.vendite.inſti.de re.diui. & idem tenet Saly.in.d.l.fi.C.de re.alie.non alie.qui etiam pro hoc adducit quod quando in contractu venditionis non interuenit traditio habetur ꝓ non facta: & ab ea nudo conſenſu receditur.l.ab emptione.ff.de pac. & idem tenet Albert.in.d.l.fi. in vltimis verbis & Anto.de bu.in conſi.xcvij.viſo puncto & inſtrumento ad fi. & ita etiam per predicta tam in feudo quam in emphiteoſi tenet Alexan.in conſi.clxxiij.viſo themate & ſcriptis &c.in.ij.colum.ij.volu. et ita etiam tenet Iaſ.referendo predicta in.d.l.fi.car.pen.in.xix.q.C.de iure emphi. & pro hoc etiam addit glo.in.l. j.§.ſi rem depoſitam in glo.j. & ibi Bar. ff.depoſiti et Bald.in.l.iij.C.vt in poſ.lega. & dicit hanc eſſe communem opi. quamuis contrarium teneat Imo.in d.c.potuit colum.xlj. & ſeq.intelligendo

tamen ſemper niſi hypotheca fieret ꝑ
tanta quantitate ꝙ not eſſet veriſimiliter
ſpes luitionis per not. per Barto. in .d.
l. qui habebat de leg. iij. ⁊ per Alexã. in
l. iij. C. de lega. ¶ Et ſic remanet firma
concluſio ꝙ prohibita pignoratione vel
hypotheca ſub pena priuationis vel
alia non incurritur talis pena per ſim-
plicem hypothecam conuentionalẽ nu
50 dã a traditione. † Tamen non propter-
ea eſt dicendum aut exiſtimandum qđ
ſtante prohibitione pignoris vel hypo
thece expreſſa vel cõprehenſa ſub ver.
alienationis ꝙ ipſa ſimplex hypothe-
ca vel obligatio valeat: ſed imo erit in-
efficax quecũq; hypotheca cõtracta cõ
tra dictam prohibitionem: quia diſpoſi
tio loquens in vno ex ipſis habet locũ
in alio vt habetur in. l. ſi rem alienã §
proprie. ff. de pigno. actio. ⁊ dixi .s. in pᵃ.
parte nu. 8. ⁊ quia etiam eſt eadẽ ratio
in vtroq;: q; ꝑ vtrunq; paratur pream-
bulum ad alienationem vt de pignore
51 not. Barto. in. l. in quorũ. ff. de pigno. †
Et de hypotheca ſimplici probatur q;
etiã illa dum poſſeſſio eſt apud debitorẽ
poteſt vendi vt eſt text. in. l. ſi in hoc. C.
de diſtrac. pigno. ⁊ dicam late. j. in. vj. pᵃ
te principali in primo mẽbro in. 4. am
pliatione. ¶ Eſt ergo concluſio ꝙ pro-
hibito pignore vel hypotheca ſub pe-
na: ex ſimplici hypotheca ſine traditio
ne: non incurritur pena vt dictum eſt ⁊
hypotheca eſt nulla ⁊ ita vult Bald. in
p. c. j. in. d. § aut ſi libella. qui. mo. feu.
amit. ⁊ illud quod dixi de traditione
intellige etiam ſi traditio fieret ficte per
conſtitutum: quia tunc incurreretur pe
na iuxta. l. ꝙ meo in prĩ. ff. de acqui. poſ.
⁊ firmat Jaſ. in. d. l. nõ. car. clxxxix. in fi-
ne ſecunde col. Concluſio ergo .s. facta
procedit in hypotheca nuda ab omni tra
ditione. ⁊ per predicta remanet expedi-
tum iſtud tertium membrum ſecunde
partis.

¶ Summarium.

1 Hypotheca tacita dicitur illa que
eſt introducta a lege vel ſtatuto: licet
etiam appelletur expreſſa.

2 Tacita hypoteca diuerſimode conſide-
ratur.

3 Hypoteca introducta a lege vel ſtatu-
to licet ſit tacita eſt tamen vera non fi-
cta non obſtante impoſitione vel in-
ductione per verba fictionem deno-
tantia

4 Lex fingendo in actu deſcendente a po
teſtate iuris non operatur ficte ſed ve-
re.

5 Hypoteca tacita non poteſt probari ꝑ
teſtes: expreſſa autem ſic.
Tacite hypotece in quibus caſibus de
iure ſint inducte.

6 Hypoteca tacita competit in bonis tu-
toris vel curatoris.

7 Hypoteca tacita non ſolum inducitur
in bonis tutorum: ſed etiam protutorũ
et qui ſe gerũt pro tutore.

8 Hypoteca tacita locum habet in bonis
curatorum ad lites datorum: et eorum
fideiuſſorum.

9 Hypoteca tacita procedit etiam in bo-
nis actorum a tutoribus vel curatori
bus conſtitutorum.

10 Tacita hypoteca non procedit in bonis
actoris loco tutorum vel curatorum a
iudice dati.

11 Bonis tutoris et curatoris obligatis
an cenſeantur et bona heredis obliga-
ta.

12 Tacita hypoteca in bonis tutoris vel
curatoris a quo tempore incipiat.

13 Tacita hypoteca competit in bonis pa
tris male et fraudulenter bona filij ad-
miniſtrantis.

14 Pater in bonis in quibus habet vſum
fructum non tenetur reddere admini-
ſtrationem filio de hijs que culpabili-
ter geſſit: de fraudulenter autem geſtis
ſic. in his autem in quibus non habet
vſumfructum indiſtincte tenetur ⁊ nu-
mero. 15.

16 Bona patris pro adminiſtratione bo-
norum filij in quibus non habet vſum-
fructum cenſentur hypotecata ſi geſ-
ſit ſe pro legitimo adminiſtratore: non
aliter.

17 Hypoteca tacita incipit tempore ad-
miniſtrationis bonorum filij per patrẽ
fraudulenta.

18 Obligatio perſonalis ſeu principalis dupliciter conſideratur.
19 Tacita hypoteca qualiter induci dicatur in bonis paternis.
20 Mater tranſiens ad ſecunda vota dicitur tacite hypotecare bona ſua filijs primi matrimonij.
21 Bona futura veniunt in tacita hypoteca.
22 In materia hypotece tacite dicta de matre locum habere poſſunt in patre.
23 Diſpoſitum in vno ex equiparatis cenſetur diſpoſitum in alio.
24 Tacita hypoteca inducitur in dote et in actione dotis.
25 Hypoteca tacita reſpectu bonorū dotalium diuerſimode cōſideratur.
26 Hypoteca tacita an locū habere poſſit in dote euicta marito.
27 Euictio in dotalibus rebus an ⁊ quando debeatur.
29 Priuilegium tacite hypotece introductum in .§.⁊ vt plenius.C.de rei vxo.actio.datum cenſetur actiōi nō perſone.
30 Hypoteca tacita tranſit ad quemcunq; tranſit actio de dote.
31 Tacita hypoteca tranſire poteſt in heredem extraneum.
23 Tacita hypoteca poteſt tranſire in ceſſionarium.
33 Ceſſione facta de dote ſimpliciter per mulierem cenſetur etiam ceſſa hypoteca tacita.
34 Hypoteca tacita pro dote cōpetit etiā quando pater agit ad dotem vt legitimus adminiſtrator filie.
35 Pater agens procuratorio nomine filie ⁊ ad filie vtilitatem gaudere debet priuilegio tacite hypotece:ſecus ſi nomine proprio.
36 Pater quibus caſibus cenſeatur obligatus pro reſtitutione vel cōſeruatione dotis nurus ſue
37 Diſpoſitio adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.
38 Tacita hypoteca procedit etiam in bonis paternis: etiam ſi ſint ſubiecta reſtitutioni fiedeicommiſſarie.
39 Tacita hypoteca an poſſit habere locum in bonis menticapti vel furioſi.
40 Pater naturali ratione tenetur dotare filiam:⁊ filium donis propter nuptias honorare.
41 Pater cenſetur obligatus pro dote filio ipſius iuſſu data.
42 Iuſſus differt a ſimplici conſenſu: mandato retihabitione et voluntate.
43 Conſenſus illius de cuius preiudicio agitur non debet neceſſario eſſe ſolēnis vel formalis.
44 Furioſus an aliquo caſu dicatur conſentire.
45 Obligatio cōſecutiua ad actuȝ in quo differat a cōuentionali.
46 Priuilegium tacite hypotece conceſſum actioni de dote cōpetit etiam pro augmento dotis.
47 Tacita hypoteca procedit pro alimentis debitis vxori per maritum.
48 Actio dotis conſideratur in tacita hypoteca non quantitas ipſius dotis.
49 Fructus et acceſſiones dotis percepti per maritum peti dicuntur per mulierem actione dotis.
50 Dos cum fructibus ipſius dantur marito pro oneribus matrimonij ſupportandis.
51 Officium iudicis nobile nullam actionem vel obligationem preſupponit.
52 Tacita hypoteca que datur pro actione dotis ſe extendit ad omne id ad quod ipſa actio dotis.
53 In contractibus bonefidei fructus non veniunt iure actionis ſed officio iudicis mercēnario.
54 Datio fideiuſſoris et datio pignoris equiparantur.
55 Maritus qualiter petere poſſit vel debeat acceſſiones dotis.
Fideiuſſor quo caſu teneatur pro ſorte ⁊ vſuris debitis ex contractu ſtricti iuris:vel bonefidei per debitorē inito.
56 Fideiuſſor ſimpliciter intercedens tenetur etiam pro acceſſionibus et vſuris:que veniunt officio iudicis.
57 Priuilegium tacite hypotece procedit etiam pro precio rerum dotalium per maritum alienatarum.

58 Bona mariti an pro precio rerũ dotaliũ per ipſum venditarũ ſint tacite hypotecata: ⁊ an preciũ redactũ ex ipſis bonis dicatur tacite obligatũ pro dote.

59 Preciumrerum mariti venditarũ ⁊ tacite obligatarum pro reſtitutione dotis ſuccedit loco dictarũ rerum.

60 Actio q̃ cumulatiue accedit alteri ſortitur eãdem naturam cũ prima.

61 Regula ꝙ acceſſoriũ ſequitur naturam principalis procedit vbi acceſſoriũ nõ poteſt ſtare ſine principali.

62 Priuilegiũ tacite hypotece hʒ locum ⁊ poteſt procedere contra fideiuſſorem.

63 Priuilegiũ tacite hypotece põt cõpetere vxori in bonis mariti nõ ſolum dotalibus ſed etiã parafrenalibus.

64 Tacita hypoteca introducta pro dote an locum habeat in donatione propter nuptias,

65 Mulier agens ad donationẽ propter nuptias habet tacitam hypotecam abſq; priuilegio prelationis.

66 Donatio propter nuptias an ⁊ qualr̃ dicatur in dominium vxoris tranſire.

67 Tacita hypoteca an locũ habeat in extraneo dotãte ⁊ dotẽ repetente.

68 Priuilegium tacite hypotece nõ procedit in muliere heretica.

69 Mulier iudea habet tacitã hypotecam in bonis mariti iudei: nam inter iudeos eſt matrimonium.

70 Priuilegiũ prelatiõis tacite hypotece quod datur doti: non datur pene illi adiecte.

71 Tacita hypoteca non procedit pro dote promiſſa vel data pro ſponſa per verba de futuro.

72 Sponſa an habeat priuilegia dotis,

73 Tacita hypoteca an locum habeat in bonis mariti minoris. xxv. an. cõtrahẽtis matrimoniũ ⁊ recipiẽtis dotẽ.

74 Bona mulieris minoris promittentis vel dantis dotẽ an tacite hypotecentur pro dicta promiſſione obſeruãda.

75 Uxor minor non poteſt bona immobilia dare in dotem ſine curatore ⁊ decreto iudicis,

76 Tacita hypoteca an locũ habeat in dote confeſſata.

77 Hypoteca pro dote expreſſa quo tempore incipiat: ⁊ quid in tacita.

78 Diſpoſitio. l. j. ff. qui potio. in pigno. habe. non procedit ſpecialiter in dote: ſed in quolibet creditore.

79 Expreſſa hypoteca non trahit̃ ad tempus promiſſionis dotis: niſi promiſſio ſit facta tempore matrimonij contracti vel poſt matrimonium.

80 In tacita hypoteca pro dote an ſit inſpiciendum tempus promiſſionis vel ſolutionis.

81 Taciti ⁊ expreſſi an ⁊ qñ ſit eadem ratio ⁊ quando non.

82 Mulier habens per pactum ⁊ conuentionem expreſſam hypotecam pro dote an etiam illam dicatur habere tacitam a lege inductam.

83 Pignus ſpeciale per mulierem pro dote receptum non facit ceſſare generalẽ tacitam hypotecã a lege inductã.

84 Obligatio omniũ bonorũ mobiliũ ⁊ immobilium pro reſtitutione dotis facta nõ includit nomina debitorum.

85 Tacita hypoteca in quo differat ab expreſſa,

86 Prouiſio legis eſt efficacior prouiſione hominis.

87 Prouiſionem hominis annihilare prouiſionem legis qualiter ſit intelligẽdũ.

88 Lex iubemus ⁊. l. etiã. C. ad velleia. quo caſu diſponant.

89 Fideiuſſor poteſt accedere pro dote dãda marito ſed non pro dote vxori reddenda,

90 Recipiẽs a colono ſuo fideiuſſorem an videatur renunciare tacite hypotece ſuper rebus illatis ⁊ inductis.

91 Locator prouidẽs ſibi de ſpeciali ⁊ expreſſa hypoteca in certa re cõductoris: nõ propterea ceſſare facit tacitam inductam a lege ſuper bonis inuectis et illatis.

92 Fideiuſſoris datio ſimplex qui veteri obligationi accedat nõ inducit nouam obligationẽ: ſed ſolum eſt additamentũ maioris cautionis.

93 Prouiſio legis qñ tollatur per prouiſionem hominis.

94 Priuilegium tacite hypotece ſine priuilegio prelationis ad quos heredes tranſeat,

95 Priuilegiū tacite hypotece cū priuilegio prelationis an tranſeat ad filios ſecundi vel alterius matrimonij.
96 Priuilegium tacite hypotece cum prelatione an competat vni mulieri contra aliam pretendentem ſimilem hypotecā ex cauſa alterius dotis.
97 Lex aſſiduis.§.exceptis.C.qui potio.in pigno.habe. quo caſu loquatur ⁊ diſponat.
98 Tacita hypoteca anterior pro dote prefertur expreſſe poſteriori.
99 Mulier habens expreſſam hypotecam pro dote an preferatur alijs habētibus tacitam anteriorem.
100 Mulier habēs expreſſā hypo.pro dote poſteriorem an preferatur creditori habenti expreſſam anteriorem.
101 Regula ꝙ taciti ⁊ expreſſi idem eſt iudicium procedit ſi tacitū procedat ſecūdum regulas iuris communis.ſecus ſi contra.
102 Correctio iuris cōmunis nō recipit extenſionem de caſu ad caſum.
103 Argumentum de perſonali actione ad hypotec.nō procedit.
104 Priuilegium tacite hypotece cū prelatione an cōpetat pro dote putatiua.
105 Matrimonium putatiuum bonafide cōtractum habet priuilegia veri matrimonij quo ad dotem.
106 Priuilegium tacite hypotece an locū habeat in matrimonio putatiuo ex parte mariti.
107 Priuilegium tacite hypotece cum prelatione an poſſit per mulierem cedi vt tranſeat in ceſſionarium.
108 Fiſcus ⁊ mulier in materia hypotecaria pari paſſu ambulant.
109 Lex.j.C.de iure fiſci.⁊.l.ſi is qui.ff.de iure fiſ.nō habēt locū vbi mulier cōtendit cum fiſco pro dote.
110 Anterioritas vel poſterioritas inſtrumentorum cōſideratur ſecundum ordinem ſcripture.
111 Priuilegium tacite hypotece mulieri pro dote datum an tranſeat ad quoſcūꝙ heredes.
112 Priuilegia dotis an competant ſoluto matrimonio.
113 Tacita hypoteca contrahitur pro bonis a fiſco emptis.
114 Fiſcus in quibus ciuitatibus vel populis eſſe dicatur.
115 Bona delinquētium an pro penis fiſco applicandis cenſeatur tacite ipſi obligata.
116 Quaſi contractus per litis cōteſtā.inductus quid operatur.
117 Fiſcus an in dubio preferatur priuato vel econtra.
118 Fiſcus in cauſa oneroſa prefert̄ in dubio priuato:in cauſa aūtē lucratiua preferri debet priuatus.
119 Tacita hypoteca inducit̄ in bonis adminiſtratorum ciuitatum: nam eorum bona ſunt ciuitatibꝰ quarum geſta eſt adminiſtratio tacite hypotecata.
120 Tacita hypoteca habet locum in bonis prelati eccleſie pro mala adminiſtratione bonorum ipſius eccleſie.
121 Prelatus in multis equiparatur tutori.
122 Tacita hypoteca non procedit in camera epiſcopali:ſeu in contractu cum epiſcopo inito.
123 Tacita hypoteca procedit in bonis orphanotrophi vel hoſpitalarij pro eorū mala adminiſtratione.
124 Bona delinquentis puta furis cenſentur pro reſtitutione vel ſatiſfactiōe fienda tacite hypotecata.
125 Tacita hypoteca inducitur in collectis ⁊ fauore collectarum ſoluendarum.
126 Tacita hypoteca inducitur fauore decimarum ſoluendarū in bonis de quibꝰ ſoluenda eſt decima.
127 Bona emphyteotica pro quibus canō debet quolibet anno an ſint tacite pro illo obligata.
128 Res inuecte ⁊ illate in domum conductam tacite ſunt obligate pro penſione ⁊ affictu domus locate.
129 Res inuecte ⁊ illate in domum conductam an poſſint retineri per locatorem pro alio debito ꝙ locationis tanꝙ tacite hypotecate.
130 Beneficium retentionis competit in cauſa dotis ſoluende.
131 Res inuecte ſeu inducte in domum conductam licet tacite ſint hypotecate nō tamen prohibentur alienari niſi expſſe

ſunt obligate.

132 Hypotecaria datur contra tertiū poſſeſſorem tam pro tacita quam pro expreſſa hypoteca.

133 Saluianum interdictum competit locatori pro rebus coloni illatis ⁊ inuectis: pro rebus autem inquilini vtile.

134 Tacita ſerui hypoteca an impediat eius manumiſſionem.

135 Res expreſſe obligate per ſecundum conductorem primo cōductori nō ſunt ex illa conuentionali obligatione obligate primo locatori.

136 Res inuecte et illate per ſecundū conductorem an pro primo conductore cēſeantur tacite obligate: ⁊ quare.

hoc quia datio fideiuſſoris ⁊ pignoris
equiparantur vt inſtitu.de emptio.et
vendi.§.pretium: ſed fideiuſſor datus
pro ſorte non videtur datus pro vſuris
et intereſſe niſi expreſſe dicatur vel niſi
fideiubeat in omnem cauſam vt.l.que=
ro in principio.ff.loca.et.l.fideiuſſores
magiſtratuum.§.ſi pro aurelio.ff.de fi=
deiuſſoribus et nota in.l.fina.ff.de eo qđ
55 certo loco. ¶†Sed etiam iſta conclu=
ſio meo iudicio non eſt vera.Quia quā=
uis iudiciū de dote ex parte mariti non
ſit vniuerſale ſed particulare vt firmat
Alexander in dicta.l.ſi marito.§.finali
⁊ propter hoc dici non poſſit quod ma=

ritus tales acceſſiones poſſit petere iure actionis de dote prout dictum fuit ſupra ex parte vxoris: ſed neceſſe ſit petere illas officio iudicis mercenario prout petuntur in quolibet iudicio particulari vt per Alexand.in.d.§.fina.⁊ per Jaſo.in.dicta.l.prima.C.de iudic.in.iij. colū. Tamen etiam ꝙ peti debeant officio iudicis mercenario nō per hoc denegandum eſt ꝙ etiam pro illis nō ſint obligata bona tacita hypo. prout ſunt obligata pro dote: ⁊ hoc per ea que no. Bart.in.d.§.ſin autem in ſeniſſimo vbi concludit ꝙ bona mariti tacite obligata pro dote ſint etiam tacite obligata pro alimentis vxoris que petuntur officio iudicis mercenario per dicta. l. iuſtius.ff.qui potio.in pig.habe.⁊ dictam opinio. Barto.approbant magis.communiter docto.vt per Alexand.ibi ⁊ dictum eſt ſupra. ¶ Sicut ergo ex parte vxoris licet alimenta veniant offic.iudicis mercenario bona mariti ſunt tacite hypotecata: ita debet dici ex parte mariti quia eadem eſt ratio.l.ſi a titio.ff. de furt.⁊.l. illud.ff. ad legem aquil. et non obſtat. d.l. fideiuſſores magiſtratuum.§.pro aurelio quia illa lex loquitur quando fideiuſſor interceſſit pro certa q̄titate expreſſe ⁊ ſpecificetunc enim verum eſt quod non cenſetur interceſſiſſe pro vſuris vt etiam dixi. s̄. ¶ Non obſtat dicta.l.quero in principi.iuncta l.centum capue.ff.de eo.ꝙ certo loco qr in ſolutione dictarum duarum . ll. que videntur contrariari glo.valde laborat ⁊ ponit ſeptem lecturas ſeu ſolutiones: ſed quinta que fuit Joannis gloſſatoris approbatur per bartol. ⁊ alios doctores communiter in.d.l.centum capue ⁊ in.l.final.eodem titu. ⁊ eſt quod ille acceſſiones que debentur ex mora debitoris in iudic. bonefidei ſecundum naturam actionis: etiam ꝙ ille petantur officio iudicis mercenario tamen comprehenduntur in fideiuſſione ſimpliciter preſtita nam tali caſu fideiuſſor tenetur pro ſorte ⁊ vſuris predictis ⁊ hoc modo procedat . d.l .quero . Secus autem eſt in acceſſionibus ⁊ vſuris debitis ex ↄ̄tractu ſtricti iuris: qr in actionibus ſtricti iuris fideiuſſor tenetur ex mora ſua tantū: non autem ex mora debitoris: ⁊ ratio eſt qr actiones ſtricti iuris ſunt ſtricte intelligende ⁊ quicquid obmiſſum eſt in verbis habetur pro obmiſſo vt declarat Jaſo.in.d.l.centum capue.

56 ¶ † Uera eſt ergo concluſio ꝙ fideiuſſor ſimpliciter intercedens tenetur etiam pro acceſſionibus et vſuris que veniunt officio iudicis mercenario ſecundum naturam actionis bonefidei ſecus autem in actionibus ſtricti iuris. Unde cum actio de dote ſit bonefidei vt inſtitu.de actio.in.§.fuerat vſure ⁊ acceſſiones venientes ex cauſa dotis dicūtur venire ſecundum naturam actionis.bonefidei: ⁊ ideo pro illis tenetur fideiuſſor ſimpliciter intercedens vt.d. l. quero. Et ſimiliter bona tacite obligata pro dote pro illis cenſentur obligata: quia in hac materia quod dicitur in fideiuſſore debet dici in pignore ⁊ hypoteca.l. promiſſor .§. conſtituto .ff. de conſti.pecu.⁊.l.j.§.iubet.ff.de colla.bono.⁊ faciunt not.per gloſſ.magnam et docto.in.l.j.ff.qui ſatiſda. cogan. et in proprijs terminis firmat Barto.in.l.ſolutū.§.ſi in ſortem.ff.de pign . actio. vbi dicit.in vſuris que veniunt officio iudicis mercenario idem eſſe dicendum in pignore quod ipſe dixit in fideiuſſore in dicta.l. centum capue ⁊ in dicta.l. quero. Et ſic concludo ꝙ etiam ex parte viri pro alimentis ſeu vſuris et debitis ob dotem non ſolutam ſint tacite hypotecata bona promittentis dotem: que nota. quia puto ꝙ nō inuenies ita plene per aliquem declarata ⁊c.

57 ¶ † Octauo Amplia regulam principalem quod dictum priuilegium tacite hypothece de quo in dicto.§.⁊ vt plenius: ſicut competit pro dote ita et competit pro precio rerum dotalium alienatarum per maritum in caſibus videlicet in quibus permiſſa eſt alienatio puta in vtilitatem vxoris iuxta.l.ita: conſtante.§.fina.ff. de iure do. vel alijs caſibus iuxta.l.ſi extimatis.ff. ſoluto matrimonio ⁊ in alijs.ll. dicti titu. Jta tꝫ Areti.in.l.j.in.iij.colum.ff.ſo. matri. Subdit tñ ꝙ Barto. in hoc fuit

ſibimet contrarius: quia in cõſi.cxxiij. punctus. Uidetur tenere quod bõa mariti ſint hypothecata pro pretio rerum dotalium venditarum per maritum: ⁊ in.l.j.ad fi.ff.de diſtrac.pi.videtur tene
58 re contrarium. ¶ † Sed eſt aduertendum quod non eſt verum quod Bar.in aliquo contrarietur: ſed ponit duos caſus diuerſos. ¶ Primus eſt an pro pretio rerum dotalium venditarum per maritum bona mariti ſint tacite hypothecata? ⁊ in hoc Bar.in.d.cõſi.cxxiij. tenet quod ſic. ¶ Secundus caſus eſt an pretium redactum ex bonis mariti ſit tacite obligatum pro dote? ⁊ in hoc Bar.in.d.l.j.ad fi.ff.de diſtrac.pi.tenet quod dictum pretium non ſit obligatũ niſi in ſubſidium vez. quando bona mariti vendita eſſent perempta vel preſcripta: tunc enim poſſet agi hypothecaria contra illum qui dictum pretiuz haberet ⁊ ita dicit. Bar.habuiſſe de facto in quadam muliere paupere. idem tenet Bar.in.l.quia debitore.ff.que in frau.credi. ⁊ iſtud intelligit Bart.in.d. l.j.ad fi.procedere in quocunq; creditore etiam extra dotem ⁊ ita demũ ſi pretium ad quod in ſubſidium agendũ eſt ſit apud eum qui conuenitur ex cauſa lucratiua: ſecus autem ſi ſit ex cã onerosa quia tunc etiam in ſubſidium conueniri nõ poteſt niſi ad illud quod eſſet ſuperfluum apud illum vltra ſuum creditum, ⁊ hoc per no.in.l ſi cum ſeruum ff.ſi cer.peta.⁊ in.l.fi.ff.de nego. geſ. et ita etiam tenet Cy.in.l.mater in.vij.q. C.de rei vendi.⁊ ibi etiam Ray.in.x.q. ⁊ late Alex.in conſi.cxviij.viſo proceſſu pen.col.v.vol.vbi etiã in hoc plus vult quod donec creditor poteſt agere actione perſonali contra debitorem ⁊ donec non ſit excuſſum de bonis debitoris nõ poſſit creditor agere hypotecaria l ſubſidium contra habentem pretium redactum ex rebus debitoris ex cauſa lucratiua: ⁊ vt dixi doctores predicti loquuntur indiſtincte in quolibet creditore: ⁊ ſolus Bar.in.d.l.j.ad fi.extendit etiam hoc ad creditorem ex cauſa do-
59 tis ⁊ ſic ad vxorem. ¶ † Ego autem in dote ⁊ in muliere agente ad reſtitutionem dotis puto indiſtincte tenendum quod pretium rerum mariti venditarum ⁊ tacite obligatarum pro reſtitutione dotis ſuccedat loco dictarum rerum vt eſt gl.in.l.labeo ⁊ ſabinus.§.itẽ ſi domin⁹.ff.de ver.ſigni.allegat.l.res in dotem date.ff.de iure do. et firmat Bar.in Rub.ff.ſo.ma.in vi.col.in verſi. preterea in vniuerſalibus: ⁊ probatur hoc ratione: quia.ſ.dos ex parte mulieris dicitur ius vniuerſale ſicut hereditas peculium ⁊ ſimilia vt.l.quod dicit ff.de impen.in re.do.fac.⁊ ibi glo.⁊ firmat Bar.in.d.Rubrica.ff.ſo.ma.⁊ habetur per Alexan.in.l.ſi marito.§.fi.eo. titu. Unde ſicut in vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei vt.l.ſi rem ⁊ pretium.ff.de peti.here.⁊ habetur per Jaſo.in.d.l.ſi eum ſeruum.ff.ſi cer.peta.⁊ per Bar.in.l.quia a debitore.ff.que in frau.credi.ita debet eſſe in dote ⁊ in ei⁹ actione. Cum ſit ius vniuerſale. ⁊ ſicut in dote ⁊ eius actione pretium ſuccedit loco rei (vt dictũ eſt) ita etiam videtur dicendum in hypothecaria actione tacita conceſſa actioni de dote per d.l.vni.§.⁊ vt plenius: quia ſi ex natura rei ⁊ actionis in dote pretium ſuccedit loco rei vt firmat no.Bar.in.d.cõſi. 124. Idem videtur eſſe in hypotheca q̃
60 tacite accedit actioni dotis. † actio enim que cumulatiue accedit alteri ſortitur eandem naturam cũ prima iuxta text. in.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.⁊ no.Saly.in.d.l.xij.§.ſed et ſi nõ ignoramus.C.de rei vxo.actio. ⁊ actio hypothecaria conceſſa actioni ex ſtipulatu in dote tanquam pediſequa ſortitur eius naturam vt in ſimili dicit. bal. no.in tractatu dotis in.xij.parte in.xj. colum.⁊ acceſſorium ſequitur naturaz ſui principalis vt in regula acceſſoriuz lib.vj.⁊ quod hypotheca tanquam acceſſoria ſequatur naturam ſue obligationis principalis eſt text.⁊ ibi gloſſ.et doct.in.l.ij.C.per quas perſon.nob.acqui.⁊ expreſſe not.Bartol.in.l.ſolutum §.per liberam.ff.de pigno.actio.vbi dicit quod cum obligatio hypotecaria ſit acceſſoria ad perſonalem de ea iudicatur ſecundum quod iudicatur de perſo

nali ꝛ hoc per not.in.l.ꝛ an eandem.§.
fi.ff.de excep.rei iudi.in gloſſ.fi.vbi in
hyp.debet exprimi cauſa ſicut in per-
ſonali cui accidit ꝛ non poteſt ſimpli-
citer proponi ſicut actio realis. ¶ Un-
de licet in hypotheca accedente actio-
ni ſingulari vel particulari, pretium
non ſuccedat loco rei niſi in ſubſidium
re preſcripta vel perempta iuxta.text.
et ibi not.in dicta.l.prima.ff.de diſtrac.
pi. Tamen in hypotheca accedente
actioni de dote ex parte mulieris pro
reſtitu.dotis cum ſit actio vniuerſalis
ſecus eſt dicendum videlicet quod pre
tium ſuccedat loco rei ꝛ quod vxor vel
heres illius poſſit vigore tacite hypo-
thece agere contra habentem pretium
rerum mariti venditarum etiam quod
res vendite non ſint preſcripte nec per
empte: dummodo precedat diſcuſſio
de iure requiſita antequam agatur cõ
tra tertium poſſeſſorem iuxta.aut.hoc
ſi debitor.C.de pigno.tenendo quod in
dote etiam requiratur excuſſio iuxta
not.per Bartol.ꝛ alios in.l.ſi conſtan-
te in princi.in.ij.queſtio.tertie queſtio.
princi.ff.ſo.ma.ꝛ per Bal.no.in octaua
parte in priuileg.37.de quo.ſ.ſuo lo-
co dicetur. Niſi forte dicatur quod il-
lud quod eſt dictum eſt quod actio hy-
pothecaria ſortiatur naturam actio-
nis perſonalis in dote procedat quan-
do agitur contra maritum vel eius he
redes pro reſtitu.dotis quia tunc poſ-
ſunt cumulari vt in auc.de fideiuſ.§.
ſed neque ꝛ in dicta.auc.hoc ſi debitor.
Secus autem ſit quando agitur hypo
thecaria contra tertium poſſeſſorem cõ
tra quem non datur actio perſonalis
iuxta.l.prima.§.ſi heref.ff.ad trebe.et
ſic quod tunc hypothecaria non acce-
dat perſonali: ſed tanquam diſtincta
ab ea conſideranda ſit. ¶ Tamen etiam
hoc non videtur obſtare quia hypote-
ca dicitur ineſſe doti et actioni dotis vt
dicit text.in dicta.§.ꝛ vt plenius verſi.
ſicut ꝛ licet detur contra tertium poſ-
ſeſſorem tamen datur tanquam ad bo-
na principalis debitoris ꝛ ſemper pre-
ſupponit actionem perſonalem et ei
accedit vt habetur per Bartol.in.l.per
ſequutione.C.de pigno.Unde licet di-
rigatur contra tertium poſſeſſorem con
tra quem non datur perſonalis: tamen
non alteratur eius natura ſed dici-
tur etiam illo caſu cumulatiue acce-
dere actioni perſonali competenti cõ-
tra principalem debitorem et ideo ſer-
uat illius naturam et ſic vt illa eſt
vniuerſalis ita ꝛ iſta iuxta.not.in di-
cta.l.ſi cum.§.qui iniuriarum.ff.ſi
quis cau.ꝛ late per Bartol.in.l.prima
§.hec actio.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſ.
fue. ¶ Cõcludo ergo ex predictis quod
licet Bartol.in dicta.l.prima.ff.de di-
ſtrac.pigno.voluerit quod etiam in do
te ita demum pretium ratione hy-
pothece ſuccedat loco rei quando res
fuit preſcripta vel perempta ꝛ quan-
do habens pretium pretendit cauſam
lucroſam tamen quod verius ſit de
iure quod in hypotheca competenti
ad reſtitutionem dotis pretium indi-
ſtincte ſuccedat loco rei prout in aliis
actionibus ſeu iudiciis vniuerſali-
bus iuxta.not.per Bartol.in dicta.l.
qui a debitore,ff.que in frau.credi.
Et licet ita putem tenendum tamen
cogitabis: quia non inuenio exami-
natum per aliquem. ¶ Sed credo
quod Bart.non aduerterit.in dicta.l.
prima quod actio et iudiciũ de dote
eſſet vniuerſale: et quod hypotheca
ei accedens habere deberet eandem
naturam: ſed putauit illam eſſe actio-
nem ſingularem et docto. loquentes
de hypotheca et dicentes quod in
ea pretium non ſuccedit loco rei lo-
quuntur in iudiciis et actionibus ſin-
gularibus: non autem in vniuerſali-
bus ſi bene aduertes: vt etiam conſi-
derauit Iaſo.in dicta.l.ſi cum ſeruum
in fi.et ideo eorum deciſiones non
ſunt trahende ad hypothecam com-
petentem pro dote reſtituenda per alle
gata.ſ.Intellige tamen quod pre-
tium rerum venditarum ſit hypothe
catum et poſſit peti antequam ſit alio
conuerſum vt in ſimili vult Bartol.
in.l.cum tabernam in princip.ff.de

pigno.⁊ dixi.ſ.in ſecundo membro ſe-
cunde partis in quinta ampliatiõe nu
61 mero.19. ¶ †Sed adhuc in predictis
dubito quia licet hypothecaria ſit ac-
ceſſoria ad actionem perſonalem ⁊ per
hoc videatur imitari eius naturam ta
men illa regula quod acceſſorium ſe-
quatur naturam principales procedit
quando acceſſorium non poteſt ſtare
ſine principali vt.l.cum notiſſimi in
princip.⁊ ibi gloſſ.in ver. prorogari et
ibi Cyñ.⁊ doc.C.de preſcrip.xxx.anno.
Sed hypotecaria poteſt ſtare ſine prin
cipali vt ibi habetur ⁊ not.Bartol.in.l.
fideiuſſor obligari in princip. ff. de fi-
deiuſ. merito non videtur quod imi-
tetur naturam principalis.et ita tenet
Alexand.in.l.tertia.§.fi.in vlti.colum.
in verſicu. Nec obſtat ratio ⁊c.ff.de ac-
quiren.poſſeſ. ſed quod imo hypothe-
ca tanquam acceſſoria ad actionẽ prin
cipalem ſequatur eius naturã eſt text.
et gloſſ.in dicta.l.ſecunda.C.per quas
perſo.no.acquiri. ⁊ illud quod tenet
Alexand.in dicto.§.fi.videtur procede-
re in acceſſorio tollendo nam ſi acceſſo-
rium poteſt ſtare ſine principali tunc
ſublato principali non tolletur acceſſo
rium ita procedunt allegata per eum.
In aliis autem videtur ſtare regula:
62 ideo cogita. ¶ † Nono Amplia re-
gulam predictam videlicet quod di-
ctum priuilegium tacite hypothece
de quo in dicto.§.et vt plenius compe-
tat etiam contra fideiuſſorem. Nam
etiam bona fideiuſſoris ſunt tacite hy
pothecata pro dote videlicet tam in
fideiuſſore qui intercellit ex parte vxo
ris in dote danda quam etiam in fi-
deiuſſore qui intercellit ex parte viri
in dote reſtituenda in caſibus tamen
in quibus fideiuſſor pro dote redden-
da interuenire poteſt quos proſequi-
tur Bald.not.in tractatu dotis in.ſe-
xta.parte in.xxi.priuilegio et ſimiliter
in bonis fideiuſſoris qui intercederet
poſt ſolutum matrimo.iuxta termi-
nos.l.ſi conſtante.§.quotiens.ff.ſolu.
ma. ita firmat idem Bald.not.in di-
cta.vi.parte in.vii.priuilegio.in prin
63 cipio. ¶ † Decimo Amplia dictam
regulam vt dictum priuilegium ta-
cite hypothece competat vxori in bo-
nis mariti non ſolum pro dote (vt
dictum eſt) ſed etiam pro bonis pa-
rafrenalibus per maritum admini-
ſtratis text.et ibi Bartol.Bald.⁊ Ale
xander in apoſtillis ad Bald.in.l.fi-
nalis.C.de pact.conuentio.ſuper do.
Jaſo.in.§.fuerat in.xi.colum.inſti-
tutio.de actio.⁊ in.l.maritus ad finẽ.
C.de procurato. ¶ Et iſta tacita hypo.
pro rebus parafrenalibus vxoris ha-
bet in ſe tacitam conditionem diuor-
tii et ſoluti matrimonii ſicut habet ip-
ſa reſtitutio dotis vt tenet Bald.in.l.
vbi adhuc in penul.colum.in verſicu.
ſecundo caſu principali. C. de iure
do. Quod nota quia vltra iſtam ta-
citam hypothecam bona parafrena-
lia non inueniuntur habere aliqua
alia priuilegia dotalia vt eſt gloſſ.re-
putata ſingula. in.l.ſi ego.§.dotis in
verſi.condici. ff.de iure do.⁊ not. Ale-
xander. et Jaſo.in dicta.l.maritus.
¶ Et per conſequens dicta tacita hy
potheca que competit pro bonis pa-
rafrenalibus non competit cum pri-
uilegio prelationis ſicut illa que da-
tur pro dote iuxta.l.aſſiduis.C.qui
po.in pigno.hab.ita tenet Salycus.
64 in dicta.l.aſſiduis.§.fina. ¶ † Unde-
cimo Amplia regulam vt dicta tacita
hypotheca introducta pro dote ha-
beat etiam locum in donatione pro-
pter nuptias vt notat. Bal.in.l.vbi
adhuc in penultima colum.in verſicu.
Item quero nam lex noſtra. C. de iu-
re do.et hoc tam ſolu.matrimo. quam
etiam eo conſtante in caſu inopie vt
eſt caſus in dicta.l.vbi adhuc. In-
tellige tamen de tacita hypoteca ſine
priuilegio prelationis: quia priuile-
gium prelationis in tacita hypothe-
ca datur ſoli doti et non donationi
propter nup. Ita tenet Bald.in dicta
l.aſſiduis poſt Cyñ. ibi in.iii.oppo.⁊
ibi text.gloſſ.ante penulti. et Saly.in
§.fi ⁊ Ange.de Arc.inſtitu. de actio.
§.fuerat in.xii.colum.in verſicu.

in gloſſa ibi quia aliud eſt: et hoc modo intelligi debet id quod dicit Bald. in dicta. l. aſſiduis. in ſecunda columna. in verſiculo nouercas vbi dicit quod do. propter nuptias: non habet priuile. tacite hypotecee prout habet dos: quia in donatione eſt lucrum in dote autem eſt damnum ſi amitteretur: et probatur in illo text. ibi ſi amittatur poſteriori datum. Nam certe Bald. ibi loquutus fuit de priuilegio prelationis iuxta ter-
65 minos dicte. l. aſſiduis. ¶ † Intellige autem ſane quando mulier ageret ad donationem propter nuptias querens illam lucrari: tunc enim habet tacitam hypotecam abſque priuilegio prelationis vt dictum eſt. Secus ſi ageret ad illam tanquam ſibi ſpecialiter obligatam pro dote nam tunc haberet tacitā hypotecam in dicta donatione cū priuilegio prelationis: quia iſto caſu potius cenſetur agere pro dote quam pro donatiōe propter nuptias ita declarat Abbas poſt Innocentium in capitulo
66 ex literis. de pignoribus. ¶ † Et nō mireris quod donatio propter nuptias ſit obligata pro dote: quia licet donatio propter nuptias tranſeat in dominium vxoris ſicut dos in dominium mariti: quia tamen vxor nō eſt domina illius donationis iure proprio et perpetuo: ratione iſtius poſſibilis reuocationis res cē ſetur quodammodo aliena iuxta. l. ex ſextante. §. latinus. ff. de exceptione rei iudica. merito non inconuenit quod ipſa donatio propter nuptias ſit hypotecata vxori pro reſtitutione dotis nam donatio propter nuptias non datur ſolum propter lucra nuptialia: ſed etiam pro maiori ſecuritate dotis. l. finali. §. ſancimus. C. de donatiōe ante nuptias ita ſolenniter declarat Bald. in autentica ſiue a me. C. ad velleianum. et ibi
67 ſequitur Salicetus. ¶ † Fallit modo dicta regula quatuor modis. Et primo in extraneo dotante: quia ſcilicet dicto extraneo repetenti dotem non datur tacita hypoteca de qua in dicto. §. et vt plenius in bonis illius qui tenetur reſtituere dotem ita tenet Cynus in dicto. §. et vt plenius. et Paulus de Caſtro. in. l. de diuiſione. ff. ſoluto matrimonio. Nicolaus de Neapoli. Angel. et Imola. in. l. prima. ff. ſoluto matrimonio. licet Bartol. ibi ſentiat contrarium dum dicit quod tale priuilegium datur actioni de dote et quod tranſit ad quēcunque tranſit ipſa actio. per dictū. §. et vt plenius et per. §. fuerat: ſed Alexan. in dicta. l. prima. in. viij. columna in verſiculo. Succeſſiue querit Nicolaus de Neapoli ſequitur opinionem communem videlicet quod priuilegium tacite hypo. de quo in dicto. §. et vt plenius per quod mulier prefertur ſolis creditoribus pretendentibus perſonalem tantum non competit extraneo dotanti et ſtipulanti dotem ſibi reddi: et ita etiam tenet ibi Decius per bonas rationes reſpondendo argumentis Jaſo. qui contrarium voluit in dicto. §. fuerat: et ita
68 eſt tenendum. ¶ † Secundo fallit regula in vxore heretica quia ei non competit priuilegium tacite hypotece de quo in dicto. §. et vt plenius vt eſt text. in autentica idem priuilegium. C. de hereticis. et no. Antonius de butrio. et Abbas in capitulo gaudemus. de diuortio. circa finem limitando tamen vt ibi per eos niſi mulier abiuraret hereſim et rediret ad fidem quia tunc recuperaret dictum priuilegium tacite hypotece pro dote in bonis mariti: vt ibi
69 per eos. ¶ † In vxore autem iudea ſecus eſt quia illa habet hoc priuilegium tacite hypotece in bonis mariti iudei ita ſingulariter tenet Antonius de butrio. in dicto. capitulo gaudemus. in vltima columna et latiſſime tractat Bartholomeus belenzinus ibi: et ratio eſt quia inter iudeos eſt matrimonium licet non ita firmum et indiſſolubile vt inter chriſtianos vt not. Abb. in capitu-
70 lo quanto. eodem titulo. ¶ † Tertio fallit regula predicta in pena adiecta promiſſioni dotis: quia priuilegium prelationis tacite hypotece quod datur doti per dictū. §. et vt plenius: et. d. l. aſſiduis nō datur pene illi adiecte ita ſingulariter tz Pau. de ca. in. l. adeo. ff. de

compen. quod eſt notãdum: & mouetur per illum tex. & quia fiſcus habet priuilegium tacite hypotecce in ſuis contractibus. vt. l. fiſcus. de iure fiſ. & tamen illud non habet in penis vt in tit. C. de penis fiſ. lib. x. & per no. in. l. reſcriptum. in prin. in glo. ſuper ver. hypotecas. ff. de
71 pactis. ¶ † Quarto fallit regula predicta in dote promiſſa vel data pro ſponſa per verba de futuro: quia ſi ante contractum matrimonium veniat caſus reſtituende dotis puta quia ſponſus predeceſſit: non competit ſponſe priuilegium tacite hypotece in bonis ſponſi ita tenet glo. in. l. eos. C. qui potio. in pigno. hab. & ibi Dyn. Jaco. de are. & alij: & Barto. in. l. ſecunda. §. fina. ff. de priui. credi. & ratio eſt q2. l. prima. ff. qui potio. in pigno. hab. que loquitur de expreſſa hypo. et. l. finali. C. eo. titu. et dicto. §. et vt plenius. et. §. fuerat inſtitu. de actio. qui tex. loquuntur in tacita hypoteca que datur doti loquuntur de dote: ſed ante cõtractum matrimonium per verba de preſenti non eſt dos vt. l. finali. C. de dona. ante nupt. merito &c. et ita tenet Ange. de are. in dicto. §. fuerat. col. vj. in verſicu. quero vtrum ſponſa &c.
72 ¶ † Et non obſtat ꝙ etiam ſponſa videatur habere priuilegia dotis vt. l. ſi ſponſa dotem iuncta gloſ. ff. de iure dotium. & no. Ange in auf. de equali. do. in. §. his conſequenter ad fi. colla. vij. et Alexã. in dicta. l. prima. in. viij. colum. in verſi. alius caſus eſt. ff. ſoluto matri. quia predicte deciſiones loquuntur de priuile. perſonalis actionis non hypotecarie. Nam ſponſa habet etiam priuilegium in perſonali actione quo mediante pref. rtur alijs creditoribus pretendentibus ſolam perſonalem: vt eſt text. & ibi Bartol. in dicta. l. ſecunda. in. §. primo. ff. de priuileg. credi. quod no. ne equiuoces. Modo ponam in mate-
73 ria aliquas notabiles. q. ¶ † Primo igitur quero an tacita hypoteca de qua in dicto. §. & vt plenius contrahatur in bonis mariti minoris. xxv. ann. contrahentis matrimonium & recipientis dotem. ¶ Jſta queſtio eſt valde dubia. Nam Barto. in. l. ſi conſtante. in quartã queſtione tertie partis. ff. ſolu. matrimonio. concludit ꝙ bona mariti minoris nõ ſint tacite hypotecata pro dote et arguit a ſimili ex no. per gloſ. in. l. item quia. ff. de pactis. ſcilicet ꝙ bona minoris nõ ſunt tacite hypotecata pro domo conducta: & reprehendit Barto. diſtinctionem Guil. qui tenuit contrarium per tria fundamenta per que concludit quod obligatio que per legem inducitur abſqꝫ facto minoris non cadit in rebus minoris niſi cum autoritate curatoris et decreto iudicis: vnde infert quod ad inducendam hypothecã requiratur expreſſa obligatio bonorũ cum iuramento minoris quod repreſentat eum maiorem. auf. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. Jdem etiã tenet Bartol. in dicta. l. item quia: & ibidem Rapha. fulg. & Saly. in. l. certi iuris. C. loca. et ſequitur Joan. de Jmol. in dicta. l. ſi conſtante dicens quod opinio. Bartol. ſecure eſt tenenda. Bal. no. in. d. tractatu dotis in. vj. parte in priuileg. lviij. reliquit ſuper hoc cogitandum: quia dicit hunc articulum non eſſe parue heſitationis. ¶ Tamen non obſtantibus predictis communis opi. eſt contra Bartol. & ſequaces videlicet quod bona mariti minoris recipientis dotem tacite obligentur. & iſtam opini. tenent Bald. Ange. Roma. & Alexand. in dicta. l. ſi conſtante in prin. & Ange. Paulus de caſtro & Alexand. in dicta l. item quia. Cyn. Bald. & Ange. in. l. finali. C. de legi. tuto. vbi Bal. dicit hanc eſſe communem opinionẽ. Jdem tenet Bald. in dicto. §. et vt plenius & Bald. in. l. prima. in ſecunda colum. C. de priuile. do. et in dicta. l. certi iuris. in. viij. queſtione. Et iſtam opinionem tenet et firmat Jaſ. in dicta. l. ſi conſtante. in dicta quarta queſtione tertie partis vbi eam corroborat quinqꝫ fundamentis & reſpondet ad argumenta Bartol. et vt ibi late per eum. et ita puto tenendum in marito minore recipiente dotem.
74 ¶ † Sed dubium eſt quid in muliere minore promittente vel dãte dotem an

eius

tius bona tacite hypotecentur pro dicta promiſſione vel datione obſeruanda iuxta dictū.§.et vt plenius:⁊ in hoc Bald.no.in dicto priui.lviij.dicit intrepide poſſe teneri q sicut non poteſt dotem conſtituere maxime in bonis immobilibus ſine curatore et decreto iudicis vt habetur in.l.lex que tutores. C.de adminiſtratione tutorum ita non poſſit etiam obligare bona ſua pro dote cum hypoteca. Nam hypoteca tanquam acceſſoria ſequitur naturaʒ ſue perſonalis obligationis vt.l.ſecunda. C.per quas perſo.no.acqui.⁊ ſicut hypoteca expreſſa nō poteſt introduci ita non videtur poſſe introduci tacita legalis cum lex improbet principalem contractum argumento.l.non dubium.C. de legibus.ſed ſi dos eſſet conſtituta cū curatore et decreto iudicis tunc etiam q de hypoteca non eſſet conuentum: tamen inſurgeret ipſa tacita hypoteca per dictū.§.et vt plenius et iſto caſu decretum interpoſitum in dote porrigeret effectum ad tacitam hypotecam: quia ex quo iudex permiſit principalem contractum: videtur etiam tacite voluiſſe q tacita hypoteca ex illo cauſetur argumen.l.ſi pupillorum.§.ſi pupillus.ff.de rebus eorum:ita dicit ipſe

75 Bald.not.vbi ſupra. ¶†Sed aduerte q reſpectu bonorum immobilium puto deciſionem Bald. procedere quia vxor minor non poteſt bona immobilia in dotem dare ſine curatore et decreto iudicis vt.l.lex que tutores.iuncta glo. ibi in verſiculo vel in dotem.C.de adminiſtratione tutorum.et ibi per docto. et ita etiam non poteſt illa obligare vt ibi eſt text. Sed reſpectu aliarum rerum que alienari nō ſūt prohibita per minorē:poteſt puella minor ſe dotare moderate abſqʒ curatore et decreto vt eſt tex.in lege prima.C.ſi aduer.dot.et hoc fauore dotis vt ibi dicitur et poteſt etiā ſe obligare pro dote conſtituenda vt ibi habetur cum ergo ſit habilis ad matrimonium contrahendum quia pubes:⁊ ad dotem conſtituendam in bonis non prohibitis alienari dicta.l.prima ſequitur etiam q in cōſequentiam in tali obligatione vel dotatione oriatur tacita hypoteca per dictū.§.et vt plenius quia iſto caſu ceſſant rationes in quibus ſe fundat Bald.not. et dicam aliquid infra in materia excuſſionis in.ix. fallentia.et optime faciunt no.per Soci.in conſilio. lxxx. preſens conſultatio

76 iiij.volumi. ¶†Secundo queritur an dicta tacita hypoteca de qua in dicto.§.et vt plenius habeat locum in dote confeſſata:⁊ iſta queſtio eſt adeo diffuſe examinata per doct.q ſi vellem referre eorum dicta ex hoc ſolo articulo poſſet confici vnus tractatus. ⁊ propterea ſtudendo breuitati in hac queſtione remiſſiue tantum procedam. ¶Et primo Bald.no.in tractatu do.in.x.parte examinauit eam per.xiiij.colum. et recitatis opi.antiquorum diſtinguit articulum in duos caſus principales. ¶Primus caſus eſt an dos cōfeſſata habeat priuilegium tacite hypotece cōtra maritum et eius heredes:⁊ ¶Secūdus caſus eſt an habeat tacitam hypotecam contra alios:⁊ ¶In primo caſu concludit indubitanter q dos confeſſata habeat tacitam hypotecam contra maritum ⁊ heredes.et hoc modo dicit procedere gloſ.in.l.exigere dotem.ff.de iudi.limitat tamen hoc niſi maritus vel eius heredes infra legitima tempora exciperent de dote non numerata:poſtea late examinat quid iuris ſit quando maritus cum iuramento renuntiaſſet exceptioni non numera. dotis cuius dicta videri poſſunt ideo non refero. ¶In ſecundo autem caſu quando agitur contra alios tertios:diſtinguit ipſe an ille tertius contra quem agit mulier habet hypotecam in bonis mariti:an nō. Si enim non habet hypotecam vxor obtinebit:ſed an tunc ille tertius poſſit excipere de non numerata pecunia. ipſe dubitat vide ibi. Si autem ille tertius habeat hypotecam et tunc ſi illa hypoteca eſt expreſſa et anterior et obtinebit tertius:ſed ſi hypoteca tertij eſſet tacita:tunc etiam ſecundum cū mulier ex ſola dote confeſſata non debet

preferri: quia communis eſt opinio. ꝙ dos confeſſata non habet tacitam hypotecam contra tertium cum priuilegio prelationis de quo in dicta. l. aſſiduis. in principio et ita ibi etiam tenet Salicetus in octaua queſtione limitãdo tamen certo modo: quando non obſtaret exceptio non nume. do. vt ibi per eum. ¶ Angelus autem de are. inſtitu. de actio. §. fuerat etiam late examinat hunc articulum diſtinguẽdo inter creditores preſentes tempore cõfeſſate dotis et poſtea contractos. Nam quo ad preſentes tenet indiſtincte ꝙ confeſſio dotis non preiudicet eis: in futuris autem creditoribus dicit ipſe poſt Cynũ Bartol. Bald. Angel. et Salice. in autentica ſed iam neceſſe. C. de donatione ante nuptias ꝙ ita demum talis confeſſio non preiudicat futuris creditoribus: ſi appareant aliqua ſigna de fraude: ſed quando confeſſio dotis valeret tam reſpectu preſentium quam futurorum creditorum: an tunc mulier habeat priuilegium prelationis de quo in dicta lege aſſiduis dicit ipſe tenendam eſſe, concordiam datam per Angel. in lege prima. ff. ſoluto matrimonio. et per Bald. in. d. l. aſſiduis. videlicet ꝙ quando mulier nititur ex ſola confeſſione dotis: creditores vero nituntur ex vera numeratione: ipſi creditores debent preferri: ſed quando creditores non probant veram numerationem mulier eſſet preferenda. Diſtinguendo tamen an confeſſio dotis ſit facta ante matrimonium vel conſtante matrimo. vt ibi per eum. Alexander et Areti. in iſto articulo ſatis bene loquuti ſunt in dicta lege prima. ff. ſoluto matrimonio. non tamen perfecte explicãt. ¶ Bulgarinus doctor ſenenſis. ibidem copioſe et ſubtiliter per columnã vigeſimã ſed tamen confuſe proceſſit. ¶ Socinus autem ibidem latius et perfectius quam aliquis alius complexus eſt totam materiam et reduxit illam ad duos articulos principales. ¶ Primus articulus eſt quando maritus cõfeſſus fuit dotem ante matrimonium vel in actu matrimonij contrahendi: et hunc articulum diuidit ipſe in duo membra: primum membrum eſt vtrũ talis confeſſio preiudicet marito et heredibus: ſecundum vtrum preiudicet creditoribus. In primo membro ponit quinque concluſiones cum ſuis correllarijs et limitationibus. In ſecundo ponit tres concluſiones cum ſuis etiam correllarijs et limitationibus et ſic expedit totum primum articulum. ¶ Secundus articulus principalis eſt quãdo confeſſio dotis fit per maritum conſtante matri. et iſtum articulum diuidit etiam in duo capita. Primum eſt an preiudicet marito et heredibus et in eo ponit ſimiliter quinque concluſiones cum correllarijs et limitationibus. In ſecundo capite tractat an preiudicet creditoribus et in hoc etiã ponit quinque concluſiones et ſua correllaria et limitationes vnde quando caſus occurrit recurrendum eſt ad lecturam Soci. verecundum enim exiſtimaui illam tranſplantare cum ordinarie habeatur apud omnes et etiam extranea viſa eſt in maiori parte a materia hypotece et ad materiam adde Corne. in conſilio. cxx. iij. volumine. et Alexander cõſilio. cxlij. quinto volumine. vbi plene.

77 ¶ † Tertio queritur an hypoteca pro dote expreſſa incipiat tempore promiſſionis dotis an vero tempore date dotis: et quid in tacita? ¶ Et capiendo primam dubitationem de expreſſa hypoteca. Dicendum eſt ꝙ in hypoteca expreſſa facta per maritum promittentem reſtituere dotem vxori ſoluto matrimonio. inſpicitur tempus contracte hypotece et matrimonij et nõ tempus numerationis dotis poſtea facte. Nam licet hypoteca in dote vna cum actione perſonali non oriatur niſi demum ſoluto matrimonio. Tamen ex tunc cum oritur hypoteca retro trahitur ad tempus promiſſionis vt late per Alexand. poſt alios in. l. ſi conſtante. §. primo. ff. ſoluto matrimonio.

¶ Et ratio eſt quia quando non eſt in poteſtate debitoris non recipere pecu-

niam inſpicitur tempus promiſſionis et obligationis contracte: quando autem eſt in poteſtate debitoris an velit recipere pecuniam inſpicitur tempus ſolutionis iſte eſt text. in lege prima. ff. qui potio. in pigno. hab. et ibi Azo. glo. Barto. Bald. et alij. et licet ille text. loquatur in dote: tamen habet locum etiam in quocunque alio debito in quo habet locum dicta ratio ſcilicet an implementum contractus conſiſtat in voluntate an in neceſſitate debitoris: et quomodo in neceſſitate mariti conſiſtat recipere dotem ſibi promiſſam: et non in voluntate declarant ibi Bartolus et Baldus et eſt ſecundum eos quia vir non poteſt commode obmittere ſolutionem dotis: quia hoc modo mulier remaneret indotata et maritus haberet neceſſe ſubſtinere onera matrimonij vnde dicitur maritum neceſſe habere recipere dotem promiſſam: quia eius ſolutionem honeſte obmittere non poteſt l. nepos proculo. ff. de verborum ſignificatione.

¶ Et iſtud ſecundum Bartolum ibi eſt notandum ad illud quod ſolet dici quod quando finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium inſpicimus principium nam illud debet intelligi de neceſſitate preciſa vel de tali que commode preteriri non poſſit: et iſtam opinionem firmat Raphael Fulgo. in conſilio. cc.xvj. proponitur quod dicta dorotheca et c.

¶ Sed Cynus in lege cum tibi. C. qui potio. in pigno. habeant. dicit iſtud eſſe ſpeciale in dote et ita intelligit dicta lex prima. ff. qui potio. in pigno. habeantur. et hanc opinionem Cyni dicit eſſe veriorem Bald. no. in octaua parte in vigeſima tertia ſpeciali: quia ſecundum eum non videtur verum quod maritus non poſſit obmittere receptionem dotis ex eo quod habeat ſubſtinere onera matrimonij: et probat quia maritus conſtante matri. poteſt facere pactum de non petendo dotem maxime ipſi ſocero et ſic renuntiare fauori ſuo vt habetur in lege ſi ſocer. §. lucius. et in l. nupta. §. primo. et in. l. ſi marito. §. primo. ff. ſoluto matrimonio. et ideo concludit ipſe quod illud quod dicitur in dicta lege prima ſit inductum ſpeciali fauore dotis: ne ſcilicet interim mulier remaneat indotata argumentum. l. ſecunda. ff. de iure dotium. et quia ſi interim eſſet indotata ſpemeretur a viro. l. finali. C. ad velleianum.

78 ¶ † Sed per predicta non puto recedendum ab opinione Azo gloſſ. Barto. Bald. et aliorum que videtur communior et verior videlicet quod diſpoſitio dicte. l. prime. non ſit ſpecialis in dote: ſed idem ſit in quolibet alio creditore: qui modo predicto cogitur recipere ſolutionem vt etiam probat text. in. l. qui balneum. in principio codem titulo. et text. in. l. quidam cum filium. §. finali. et ibi Rapha. cuma. ff. de verborum obligatione. et text. in dicta. l. prima. probat expreſſe quod non dicitur eſſe in poteſtate mariti non recipere dotem promiſſam ibi nec probe dici poteſt in poteſtate eius eſſe ne pecuniam reſiduam redderet vt minus dotata mulier eſſe videretur exponendo illud verbum redderet vt ibi exponit gloſſ. Nec videtur verum quod maritus conſtante matrimonio poſſit paciſci de dote non petenda etiam ad ſui preiudi. vt late proſequitur Alexander poſt Imo. in dicta lege ſi ſocer. §. lucius. Unde cum ſecundum regulas iuris poſſit in dote intelligi diſpoſitio dicte legis prime non debet trahi ad ſpecialitatem non neceſſariam: iuxta gloſ. vulg. in. l. filium quem habentem. C. famil. herciſcun. ſit ergo concluſio quod expreſſa hypotheca in dote incipit a die promiſſionis dotis et non ſolutionis.

79 ¶ † Que tamen concluſio intelligenda eſt cum grano ſalis vez quando tempore promiſſionis dotis erat contractum matrimonium. Nam ad hoc vt expreſſa hypotheca trahatur ad tempus promiſſionis dotis requiritur quod promiſſio ſit facta tempore matrimonij contracti vel poſt matrimonium ſi enim eſſet facta ante matrimonium hypotheca non poſſet trahi ad tempus promiſ

ſionis:ſed ſolum ad tempus matrimonij: ⁊ ratio eſt quia licet dos ſit promiſſa ante contractum matrimonium:tamen tunc non eſt proprie dos.vt.l.fina. C.de donatio.ante nupt.⁊ videtur fuiſſe de mente bartol. in dicta.l.aſſiduis ⁊ ita firmat Bald.not.in.x.parte in.xi. colum.in verſicu.ſed tunc ſurgit notabile dubium ⁊c. ¶ Et ex hoc infert in practica quod ſi eſſet factum inſtrumentum dotale tempore ſponſalicij vt communiter fit puta per annum ante conſummatũ matrimonium cum expreſſa hypoteca:⁊ poſt annũ ſequutum fuit matrimonium quod ſi maritus poſt inſtrumentum dotale ante tamen contractum matrimonium contraxiſſet aliqua debita cum alijs creditoribus cũ hypoteca expreſſa:mulier non preferretur talibus creditoribꝰ:ſed bene preferretur creditori qui cõtraxiſſet poſt matrimonium ⁊ promiſſionem dotis ante ſolutionem dotis:⁊ idem dicit procedere etiam ſi dos fuiſſet ſoluta tempore ſponſaliorum ex quo illo tempore non erat dos:ſed ſi promiſſio dotis eſſet facta poſt matrimonium ⁊ dos poſtea per interuallum eſſet ſoluta tunc hypoteca expreſſa traheretur retro ad tempus promiſſionis quia tempore promiſſionis erat dos ex quo erat matrimonium ita dicit ipſe ⁊ relicta opinio. Cyn.firmat opinio Bart.in dicta.l. prima.ff.qui potio.in pigno.habe. que nota: quia poſſunt frequenter contingere.

80 ¶ † Quarto queritur vtiliter quid in tacita hypoteca pro dote introducta ex.dicto.§.vt plenius an ſcilicet in illa inſpiciatur tempus promiſſionis dotis vel tempus ſolutionis: et in hoc gloſſ.in dicta.l.aſſiduis.C. qui potio.in pigno.habe.in gloſſ. in verſicul. hypotecam tenet quod talis tacita hypoteca nõ trahatur retro ad tempꝰ promiſſionis ſicut trahitur expreſſa vt dictum eſt in precedenti queſtione ſed vult gloſſ. quod incipiat dicta tacita hypoteca tempore datẽ dotis et non ante licet prius fuerit promiſſa: pro quo allegat.l.penultimã.§.iura.C.de donatio.ante nuptias.⁊.l. hac edictali.§.omnibus.C.de ſecund. nupt. et in ſimili.l.cum oportet in fine.C.de bonis que liberis ⁊ reſpondet ad.d.l.primã.ff. qui potio.in pigno.habe.quod illa loquitur in expreſſa hypoteca ⁊ non habet locum in tacita:et illa gloſ. non reperitur alibi ſecundum Baldum ibi qui licet non bene ſe firmet tamen videtur tranſire cum dicta gloſſ. eandem opinio.tenet Specula. in titulo de ſolutio.§.ante omnia ad finem in verſiculo ſed pone contrari dicens quod tacita hypoteca incipit a die dotis date et non a die promiſſionis:⁊ mouetur per textum in dicta.l.aſſiduis ibi: ſi tamen re ipſa et etiam per textum in.l. prima. C.de dot.cau.ibi re ipſa:et idem ſequitur ibi Baldus in additio.Dicẽdo hoc eſſe notabile. ¶ Contrariam opinio.ſcilicet quod etiam tacita hypoteca incipiat a die promiſſionis dotis ſicut expreſſa tenet Jacobus de aretio quem ſequuntur Raynu.Cynus ⁊ Bartolus in dicta.l. in aſſiduis intelligendo tamen quod tempore promiſſionis eſſet contractum matrimonium ſecundum Bartolum ibi:ſupple tu reſpectu matrimonij idem quod dictum fuit in expreſſa hypoteca in proxime precedenti queſtione pro quo faciunt etiam nota.per Bartolum in.l.ſecunda.§. fin. ff. de priuileg. credito.⁊ dum text. in dicta.l.aſſiduis dicit ſi tamen re ipſa fuerint patri mariti date:ſubaudit ibi Bartolus vel promiſſe: ⁊ mouetur Bartolus per textum in dicta.l.prima. ¶ Eandem opinionem tenet Salycetus in dicta.l.aſſiduis in principi. in principio queſtionis et mouetur vltra alia que adducuntur pro hac opinione quia in ambiguis doti eſt fauendum.l. in ambiguis.ff.de iure do.ſed vbi ſunt opiñ. doctorũ res dicitur dubia ⁊ ambigua vt no.in.§.quibus.C.de no.co.compo.⁊ in.l.leges.C.de legi.merito tenenda videtur opiñ.Jacobus de aret. ⁊ ſequatium que fauet doti mouetur etiã Saly.quia tex.in.d.§.⁊ vt plenius introduxit hanc tacitam hypotecam ex qua

dam tacita obligatione quam lex fin=
git maritum feciſſe mulieri: ſicut fingit
mulierem ſtipulatam fuiſſe dotem ſibi
reddi. ¶ Ego autem pōdero illum tex.
pro hac opinione alio modo: vez quod
illa tacita hypoteca inducitur in. d. §. ꝛ
vt plenius in dote ſiue detur ſiue ꝓmit
tatur in duobus locis ibi dederint vel
promiſerint vel ſuſceperint: ꝛ in fine ibi
detur vel promittatur vel ſuſcipiatur:
ꝛ ſic non ſolum ex datione dotis ſz etiā
ex promiſſione reſultat illa tacita hy=
poteca ꝛ per hoc infero quod Barto=
lus in dicta. l. aſſiduis recte ſubaudi=
uit in verſicu. date vel promiſſe: cum er
go in text. illo probetur ineuitabiliter
quod hypoteca. oriatur etiā ex promiſ
ſione; debet intelligi quod oriatur tem=
pore promiſſionis: quia qualitas taci=
te hypotece adiuncta dicto principio
promiſſe debet intelligi ſecundum tem
pus promiſſionis. l. in agris. ff. de ac=
quirend. rerum domi. ꝛ. l. in delictis §.
ſi extraneꝰ. ff. de noxa. ꝛ ad. d. legem cū
oportet. §. fina. quam gloſſ. allegat in
contrarium reſpondet Salyce. quod
illa potius facit pro iſta opinione ꝙ
pro contraria: ſed non dicit Saly. quo=
modo: ſz tu dic quod ideo facit pro iſta
parte quia ſcilicet illa tacita hypote=
ca que in dicta. l. cum oportet in fine in
ducitur in bonis patris pro bonis ma=
ternis per eum alienatis trahitur re=
tro ad tempus quo pater incepit admi
niſtrare dicta bona materna: ꝛ ita illuz
textum in propoſito intelligit Bald.
not. in decima parte in decimatertia co
lumna vbi examinat hunc articulum
ſed illum indeciſum relinquit dicendo
eſſe ſuper eo cogitandum: quia maxima
eſt autoritas gloſſ. ꝛ Specula. ſed ean=
dem opinionem Jacobi de aretio et ſe=
quatium tenet Imo. poſt Pet. in. c. ex
literis de pigno. Addens tamen ad hoc
quod talis tacita hypoteca incipiat a
die promiſſionis ſequuta poſtea nume
ratione ꝛ eſt bona ſuppletio: ꝛ hāc opi
nionem dicit eſſe communem Sozi. in
conſilio. cclxix. pro inueſtigatione in
tertia queſtione ꝛ quarta columna in
verſicu. quarto ꝛ vltimo in ſecundo vo=
lumine. ¶ Unde cum iſta opinione ſit
communior ꝛ verior non videtur ab ea
recedēdum iuxta not. in. c. ne innitaris
de conſti. ꝛ tenendo hanc opi. non vide=
tur obſtare vnum quod in contrarium
adducit bald. not. in. d. x. parte in colū=
na decimatertia vez ꝙ ſecundum iſtam
opinionem due concurrunt fictiones.
prima quia inducitur tacita hypoteca
fauore dotis. ſecunda ꝙ retrotrahitur
ad tempus promiſſionis contra not. in
l. prima. C. de do. promiſ. Quia reſpon=
detur ꝙ iſtud ꝙ retrotrahatur ad tem=
pus promiſſionis non eſt ſpeciale in do
te vt dictum fuit ſupra in precedenti
queſtione nume. 78. Imo eſt regulare
in quolibet alio credito: quando ſcili=
cet non eſt in voluntate ſed in neceſſi=
tate receptio crediti: quia tunc ſemper
hypoteca trahitur retro ad tēpus pro=
miſſionis vt dicta. l. prima. ff. qui po. pi
gno. habe. ꝛ in dicta. l. qui balneum in
principio. eodem titu. merito non con=
currit niſi ſpālitas tacite hypotece in=
81 troducte per dictum. §. ꝛ vt plenius. † ꝛ
licet text. in dicta. l. prima cum concor=
dantijs loquatur in expreſſa hypoteca
nos autem ſumus in tacita: tamen ta=
citi ꝛ expreſſi idem eſt iudicium, l. cum
quid. ff. ſi certum petatur. ꝛ licet aliquā
do expreſſum magis operetur ꝙ tacitū
tamen ſufficit ꝙ regula ſit in contra=
rium: ꝛ qui vult ſe fundare in exceptio
ne quod ſcilicet iſto caſu expreſſa hypo
teca operetur magis in retrotrahendo
ad promiſſionem ꝙ tacita debet proba
re hanc exceptionem per legem vel au
toritatem: alias ſtandum eſt regule iu=
xta late not. per Iaſo. in. l. ſecunda in
vij. columna. ff. ſi quis in ius voca. non
ier. ꝛ in. l. cetera. ff. de lega. primo. ¶ Un
de concludo ꝙ tenenda ſit opiñ. ꝙ taci=
ta hypoteca trahatur retro ad tempus
promiſſiōis ꝛ matrimonij: prout in pre
cedenti queſtione dictum fuit in expreſ
ſa hypoteca: que nota. quia non inue=
nies examinata plenius per aliquem.
82 ¶ † Quinto queritur ſi mulier habet ꝑ
cōuentionem ꝛ pactum expreſſam hy=

potecam pro dote;:an etiam tunc ha-
beat tacitam a lege inductam? ⁊ in hoc
licet text.in.l.fina.C.de pac.conuen.ſu-
per dote dicat quod illa tacita hypote-
ca introducta per dictam legem ſi. pro
bonis parafrenalibus vt (ſupra dixi)
in.x.ampliatione huius quarti caſus
numero ſexageſimotertio non, habeat
locum quando mulier pro illis bonis
conuentionalem ⁊ expreſſam hypote-
cam recepit ⁊ ſic quod prouiſio homi-
nis in hoc faciat ceſſare prouiſionem le
83 gis.†Tamen glo. Joannis ibi in ver-
ſicu.contentam in fine. tenet aliud eſſe
in dote videlicet quod etiam quod mu-
lier pro dote accipiat ſpeciale pignus:
tamen per hoc non ceſſet generalis ta-
cita hypoteca a lege inducta: et illam
gloſſ.tenent ibi Cy.Bald.⁊ latius Sa-
lyce.qui de hac deciſione gloſſ.aſſignāt
etiam rationem ⁊ eſt quia vxor per pa-
ctum non poteſt conſtituere ius dotis
deterius ⁊ ita dicit Salycetus tenere
omnes doctores. Jdem firmat Salyce.
in dicta.l.aſſiduis in principi. in ſepti-
ma queſtione vbi dicit quod noſtri do-
cto.communiter ten nt illam gloſſam
⁊ aſſignat eandem rationem:ſubdit ta-
mē ꝙ pro veritate eſt diſtinguēdū hoc
modo videlicet quod ſi expreſſa hypo-
teca alicuius rei particularis interpo-
ſita fuit ante generalem tacitam illa nō
preiudicat tacite generali ⁊ hoc modo
procedit glo.in dicta;l.finali. ⁊ eſt ratio
ſecundum eum quia nihil contradicit
qn ſpeciali hypotece nō poſſit accede
re generalis.l.ſecunda.C.de pig.⁊.l.do
li clauſulula.ff.de verborum obligatio.
ſed ſi poſt generalem.expreſſam vel ta-
citam vel etiam generalem ⁊ mulier de
ſpeciali expreſſa in aliqua re ſibi proui
deat:non preiudicat precedentibus ge
neralibus quia ſcilicet ius dotis dete-
rius facere non poteſt: ſi vero ſibi pro-
uidet de generali expreſſa anteꝙ fue-
rit orta generalis tacita;tunc dicit Sa
lycetus quod generalis expreſſa impe-
diet generalem tacitam naſci: et ratio
eſt quia generalis expreſſa eſt vtilior
quam tacita vel ſaltem equiualet ta-
cite:ſed ſubdit quod vbi poſſit repe-
riri caſus in quo generalis tacita eſſet
maioris vtilitatis quam generalis
expreſſa tunc tacite generali non pre-
iudicaretur per generalem expreſſam
ne ſcilicet per pactum mulieris ius
dotis conſtituatur deterius et dictam
gloſſam dicit eſſe communiter appro-
batam Alexander in conſilio .lviij. in
cauſa mota numero tertio ſeptimo vo-
84 lumine. ¶ † Eandem gloſſam ſequi-
tur Baldus not.in ſexta parte in pri-
uilegi.lxviij.et ibi dicit per dictam gloſ
ſam vidiſſe decidi notabilem queſtio-
nem in facto. Nam vir obligauerat in
inſtrumento pro reſtitutione dotis om-
nia ſua bona mobilia et immobilia in
qua obligatione de iure non venie-
bant nomina debitorum cum illa fa-
ciant tertiam ſpeciem vt habetur in.l.
quam tuberonis.§.alia .ff.de pecunia
legata et in lege a diuo pio.§.in ven
ditione .ff. de re iudicata et mulier ſo-
luto matrimonio agebat hypothe-
caria contra debitorem viri tanquam
illud eſſet ſibi obligatum pro reſtitu-
tione ſue dotis vigore tacite hypotece
a lege inducte:ſed contra eam excipie-
batur quod ex quo illa ſibi prouiderat
per generalem expreſſam hypotecam
omnium bonorum mobilium ⁊ immo-
bilium quod videbatur receſſiſſe ab ex-
traordinaria tacita inducta a lege. Di-
cit ipſe quod obtentum fuit contrariū
in fauorem mulieris per dictam gloſ-
ſam in dicta.l.fina. ⁊ mouetur ipſe ea-
dem ratione qua motus fuit Salice-
tus ſupra allegat⁹ videlicet quod mu-
lier non potuit paſciſcendo vel renun-
ciando facere deterius ius ſue dotis
per legem ſecundam ⁊.l. de die ⁊.l.at-
tilicinus.ff.de pactis dotalibus;⁊ cum
pactum expreſſum mulieris non poſſit
doti preiudicare minus debet preiudi-
care tacitum.argumen.l.cum quid. ff.
ſi certū petatur,⁊ nō habet obſtare ſm
eum.l.etiā ⁊.l.iubem⁹.C.ad velleia.vbi
habetꝰ ꝙ mulier pōt renunciare ſue hy
potece etiam ipſi viro vt habetur ple-
nius.in.l.meuia.§.j.ff.ſolu.matrimo.de

quo tamen videndum eſt ibi per Alexander. Nam ſecundum eum predicta procedere poſſunt in hypoteca cōuentionali quia nō eſt tanta ratio prohibitionis in hypoteca conuentionali in qua mulier renunciat fauori inducto ex ſua prouiſione quanta eſt in hypoteca legali de qua in dicto. §. ⁊ vt plenius. que tempore dictarum. ll. nondū erat introducta: lex enim magis ſuum quam tuum auxilium conſeruat dicta l. aſſiduis gloſſ. in. l. prima. C. ſi aduer. tranſac. ⁊ ita dicit fuiſſe de mente Cy. in dicta. l. aſſiduis dum allegat. l. ſi vn⁹ §. quod in ſpecie dotis. ff. de pac. quod ſecundum eum eſt valde not. ad limi. di

85 cte. l. etiam ⁊ dicta. l. iubemus. ¶ † Sed iſta ratio Bald. not. non videtur tuta. Nam non videtur maior ratio in tacita hypoteca quo ad renunciationem illi faciendam quam ſit in expreſſa: ſed eadem videtur eſſe ratio in vtraq; argumen. l. cum quid. ff. ſi certum petatur. ⁊ communiter ſolet concludi quod renunciatio hypotece facta per mulierem non valeat niſi remaneant tot alia bona apud maritum vltra ea in quib⁹ renunciatum eſt hypotece quod ſufficiant pro dote vt habetur in dicta. l. iubemus ⁊ per Alexan. in dicta. l. meuia §. primo niſi tamen eſſet renunciatum cum iuramento quia tunc valet indiſtincte vt ibi per Alexan. ⁊ late per Alexandrū in conſilio. lxxxiij. viſo proceſſu numero. 5. vſq; ad nume. 10. vi. volumi. ⁊ in hoc non conſtituitur differētia inter tacitam ⁊ expreſſam: ſed ſatis eſſe videtur quod remaneant bona ſufficientia apud maritum pro dote. nam tunc non cenſetur conſtitutum ius dotis deterius ex quo non incurritur dānum. l.

86 damnum. ff. de dam. infec. ¶ † Nec in dicta. l. aſſiduis probatur quod lex magis conſeruet auxilium per eam introductum quam illud quod fuit introductum per prouiſionem hominis: ſed potius probatur contrarium: nam ex ea ſumit hoc notabile ꝙ lex multotiēs alicui denegat auxiliū ꝑ ipſam legē introductū ſed nunq̄ denegat auxliū introductum per ipſam partem. ¶ Diſputatur enim in dicta. l. aſſiduis per gloſ. et docto. an priuilegium prelationis conceſſum per dictā. l. tacite hypotece quo mediante tacita hypoteca dotis prefertur cuilibet alteri tacite anteriori: extendatur etiam quo ad preferendum eam expreſſe anteriori? et communis eſt opinio ſecundum Barto. ibi et alios quod dictum priuilegium prelationis militet reſpectu alterius tacite anterioris non autem reſpectu expreſſe: mouentur autem docto. ad hoc quia lex alicui poteſt denegare ⁊ tollere auxilium per ipſam legem introductum ⁊ ſic facere quod tacita anterior per eam conceſſa vni non preferatur poſteriori tacite doti conceſſe: ſed non preſumitur quod lex velit auferre alicui prouiſionem per ipſum factam et ſic quod anterior expreſſa acq̄ſita alicui ex ſua prouiſione poſtponatur tacite doti conceſſe. ⁊ ideo illatio Bald. no. non probatur.

¶ Unde ratio dicte gloſ. in dicta. l. fina. C. de pact. conuent. quod per expreſſam prouiſionem non cenſeatur derogatum tacite hypotece dotis conſiſtit (vt dictum eſt. s.) in eo videlʒ ne ius dotis fiat deterius quod per mulierem fieri non poteſt: vt dicta. l. attilicinus. et l. ſecunda. ff. de pactis dot.

148 predij requiratur. ¶ † Item ſubdit ibi Iaſ. q iſtud eſt intelligendum de fructibus naturalibus: ſecus autem de induſtrialibus: quia illi non ſunt tacite obligati pro penſione predij ruſtici ita refert ſingulariter tenere Barto. in. l. aſſiduis. C. qui po. in pigno. hab. in. ij. colum. in verſicu. quero an habeat locum iſta tacita hypoteca? ¶ Sed errat Iaſ. manifeſte: quia Bartol. in. d. l. aſſiduis loquitur de fructibus perceptis per heredem mariti ex bonis olim mariti et dicit q fructus naturales percepti per heredem mariti ex bonis olim mariti ſunt tacite obligati pro dote: ſed nō induſtriales per text. in. l. iij. C. ex quibus cau. pign. taci. contraha. Nos autem non ſumus in herede conductoris ſed ſumus in ipſo conductore in quo nō eſt facienda dicta differentia inter fructus naturales et induſtriales prout fit in herede: et ratio eſt quia res ꝛ bona heredis non veniunt in obligatione contracta per defunctum niſi ſint res que immediate deſcendant ex bonis defuncti in ipſum heredem prout ſunt fructus naturales: qui licet ex bonis defuncti percipiantur: tamen percipiuntur immediate ſine facto heredis ſed fructus induſtriales licet percipiantur ex bonis defuncti: tamen percipiuntur mediante induſtria heredis et ideo illi non ſunt obligati pro debito et obligatione defuncti vt dicit Barto. in. d. l. aſſiduis et habetur in tex. no. in. l. paulus in princip. ff. de pigno. ¶ Nam vt dicit ibi glo. in obligatione defuncti non veniunt bona heredis que nunq̄ fuerunt defuncti: ſed fructus percepti per debitorem obligatum cum hypoteca expſſa vel tacita ſiue ſint naturales ſiue induſtriales veniunt in obligatione ꝛ hypoteca

poteca: quia verum eſt dicere vtroſq; eſſe ipſius debitoris vt eſt tex. in dicta. l. paulus. §. primo. qui loquitur in expreſſa hypoteca: et in tacita hypoteca eſt tex. in. l. tertia. C. in quib. cau. pi. taci. contraha. et late ibi per Sali. de materia. ¶ Unde vera eſt conclusio q̄ in. d. l. in prediis veniunt et cenſentur tacite obligati fructus percepti in fundo locato tam naturales quam induſtriales domino ipſius fundi data eius ſcien-
149 tia. ¶ † Intellige tamen predicta donec dicti fructus extant. Nam ſi eſſent alienati eorum pretium non veniret in tali obligatione: quia quādo ſumus in actione ſingulari pretium in hypotecaria non ſuccedit loco rei vt eſt tex. et ibi Bar. in. l. prima. ff. de diſtrac. pig. et in. l. qui a debitore. in princip. ff. que in frau. credi. et in. l. ſi rem ꝛ pretium. ff. de peti. heredi. ꝛ ſicut non venit in obligatione pretium redactum ex fructibus ita et fortius non venit predium quod eſſet emptum ex pretio dictorum fructuum vt eſt tex. in dicta. l. iiij. C. in quibus cau. pig. taci. contraha. et ita etiã tenet Iaſ. in. d. l. item quia. in. iiij. colū.
150 ad fi. ¶ † Tertio limita dictam regulã vt ſcilicet bona inuecta et illata in domo cōducta ſint tacite hypotecata pro penſione ita demum ſi probentur per locatorem fuiſſe inuecta et illata: et ſic onus probandi incumbit ipſi locatori alias autem per eum retineri nec peti poſſunt tanquam tacite obligata text. ꝛ ibi Barto. Bald. et Sali. in. l. ſi nō inducta. C. in quibus cau. pi. taci. cōtraha. ꝛ adde q̄ etiam nō ſufficeret ſolum probare inductionem ꝛ illationem: niſi etiam probetur iſta qualitas ſcilicet q̄ inducta et illata fuerunt eo animo vt in domo eſſent perpetuo donec duratura eſſet conductio tex. eſt in. d. l. in prediis. §. primo. ff. in quib. cau. pig. taci. contraha. ꝛ ita tenet glo. in. d. l. ſi non inducta et ibi Barto. Bald. et Salice. quod tamen vltimum probabitur ex qualitate rerum vt habetur in dictis iuribus et optime colligitur ex tex. in. l. debitor. ff. de pigno. ꝛ ſic erit arbitrarium iudicis an bona inducta in domum cō-
ductam fuerint inducta vt in ea eſſent durante locatione: puta ſi eſſet vnus lectus ꝛ alia et quibus ſolent ornari camere ꝛ inſtrumenta ad conficiendū pa-
151 nem et ſimilia. ¶ † Quarto limita dictam regulam vt non procedat in reb⁹ famuli quia res famuli illate per eum in domum domini non ſunt tacite obligate domino pro ſeruitio famuli: quia famulus non dicitur conductor ſed locator: et quia de hoc non reperitur lege cautum ita no. Bald. in. d. l. certi iuris in. iiij. q. ¶ Quinto limita regulam vt non procedat in rebus de quibus in l. obligatione generali cum tribus legib⁹ ſeq. ff. de pigno. quia ſicut ille non veniunt in expreſſa hypoteca ita non debent venire in tacita: nam non debet plus operari tacitum quam expreſſuz l. cum quid. ff. ſi certum petatur. ita tenet Bald. in. d. l. certi iuris. in. vj. q. ꝛ faciunt no. per Bartol. in. l. prima. C. que
152 res pig. obli. poſ. ¶ † Sexto limita dictam regulam vt non procedat in reb⁹ alienis: quia ille inuecte et illate nō veniūt in tacita hypoteca. Nam ſicut res aliena obligari non poteſt expreſſe vt late per Barto. in. l. prima. §. primo. ff. de pigno. ita nec tacite arg. d. l. cū quid et ita tenet glo. in. d. l. certi iuris: in hoc cōclude q̄ in omnibus caſibus in quibus res aliena poteſt expreſſe obligari quos notaui. s. in. iij. membro ſecunde partis numero. 5. 6. 7. 8. In omnibus illis poteſt etiam tacite hypotecari argu. d. l. cum quid. ¶ Sed dubitatur vtiliter an eo ipſo q̄ ille qui eſt dominus rei que per conductorem in domū conducta infertur et ſcit et patitur illam inferri in dictam domum: videatur cōſentire in hoc: adeo q̄ res illa cenſeatur ex hoc tacite obligata pro penſione domus: glo. no. in. d. l. certi iuris tenet q̄ ſic. ¶ Sed Iac. de are. Cyn. Bald. et Sali. ibi tenent. contrariū. videlicet q̄ taciturnitas non noceat domino rei ad inducendum in illa tacitam hypotecã niſi in hoc dolus domini interueniret vtputa quia pateretur quis obligari rem ſuam a debitore aſſerente illam eſſe ipſius debitoris obligantis per. l. ſi

Luth. de fa. de pig. ꝛ hyp. g

ſine.C.ad vellcia.et.l.ij.C.ſi res alie. pi. de.ſit.⁊ iſtam opi.tenet etiam Bald. in d.l.item quia. ¶ Sed primam opi.glo. vez q̄ abſq; dolo per ſolam ſcientiam ⁊ patientiam domini inducatur tacita obligatio in re inuecta et illata tenet Barto.in.l.que dotis.in vlti. colum. ff. ſoluto matrimonio.⁊ reſpondet ad allegata per Cyn.vt ibi per eum ⁊ iſtā opi. tenet etiam Jaco.butrig.in.d.l.ſi ſine:⁊ iſtam videtur tenere Alexan.in.d.l.itē quia.in prima colum. iſtam etiam tenet Bartol.in.d.l.prima.§.primo. ff.de pigno.⁊ iſtam expreſſe tenet Alexan.in d.l.certi iuris.in apo.ad Bal. ⁊ iſta vi=
153 detur magis vera et cōmunior. ¶ † Septimo limita dictam regulā in mercibus venalibus inuectis et illatis:quia ille non veniunt in tacita hypoteca: et ratio eſt quia dicta tacita hypoteca reſtringitur ad bona inuecta et illata in domum conductam et ſic ad certum locum.d.l.certi iuris cum concordantijs ſupra in regula allegatis:et merces venales non dicuntur eſſe in illo loco cū ibi non ſint vt perpetuo permanſure vt l.venditor.ff.de pign.⁊ ideo non veniūt in dicta tacita obligatione:et ita tenet Alexand.in.l.ſi conſtante.in princip.in iiij.q.tertie partis principalis in verſic. item inquantum Barto.hic in.d.q. tangit an mulier ⁊c.ff.ſol.ma.iunctis not. per me.ſ.in ſecundo membro ſecunde partis nu.14. ¶ Octauo limita regulā vt non procedat in inſtrumentis creditū illatis et inuectis per cōductorem in domum conductam quia illa non comprehenduntur in tacita hypoteca:⁊ ratio eſt iam dicta in precedenti limi.vez quia non videntur illata animo ⁊ propoſito vt ibi perpetuo ſint donec duratura eſt locatio:ſed ſolum donec exigētur credita in illis deſcripta merito nō cenſentur tacite hypotecata vt dixi.ſ. in.vij.limi.et ita tenent Pe.Cy.et Sali.in.d.l.certi iuris.in.iiij.q.⁊ refert ⁊ ſequitur Ang.de are.in.d.§.itē ſeruiana. in.iij.colū.in verſi.quero inquilinus ⁊c.
154 ¶ † Nono et vltimo limitant aliqui regulam predictam vt illa non procedat in rebus minoris.xxv.an.inuectis ⁊ illatis in domum conductam ſine autoritate tutoris vel curatoris quia ille nō comprehenduntur in tacita hypoteca inducta pro penſione domus ita tenet Dy.in dicto.§.item ſeruiana:et Barto. in.d.l.item quia et plenius in.l.ſi conſtante.in princip.in.iiij.q.tertie partis prin.ff.ſolu.ma.⁊ Fulg.⁊ Salic.in.d.l. item quia:et Salice.in.d.l.certi iuris. in.iij.q̄ō.et Imo.et Cuma.in.d.l.ſi conſtante.in princi. ¶ Tamen contrariam opi.vez q in cōſequentiam actus permiſſi inducatur tacita hypoteca legalis in rebus minoris videtur tenere gl. in.l.finali.C.de legi.tuto.et iſtam opin. tenent Bald.Angel.et Pau.de caſt.in d.l.item quia:et dicit ibi Pau.de caſt. q̄ iſta opi.eſt equa.idem tenet Bal.in.l. vni.§.et vt plenius.C.de rei vxo. actio. et in.d.l.finali.C.de legi.tuto.vbi dicit iſtam eſſe commu.opinionem et illam etiam tenet Joan.andre.in addi.Spe. in titu.de dona.inter vi.et vxo.§.finali. verſicu.quid ſi mulier et Bald.Angel. Roma.et Alexan.in.d.l.ſi conſtante.in princi.et videtur ſequi Jaſ.in.d.l.item quia vbi recitat quatuor opinio.et magis videtur adherere huic. Iſtam etiā opi.magis late tenet comprobat et dicit eſſe communem idem Jaſ.in.d.l.ſi conſtante in.iiij.q.tertie partis princi. vbi omnia refert:et ita tenendum puto per fundamēta de quibus ibi per Jaſ. et ideo iſta limi.non eſt vera:et ſic habes regulam cum octo ampliatiōibus ⁊ totidē limitationibus ⁊c. ¶ Tertiuſdecimus caſus in quo inducitur tacita hypoteca eſt in bonis vſurarij et in bonis emptis ex vſuris pro reſtitutione vſurarum ſecundum Bald.in.l.penul. C.de ſer.pi.da.ma.mouetur per text.in c.cum tu.de vſur.idem tenet Bald.in.l. executorem.in.j.colum.in verſi.vel dicit q̄ pro vſuris.C.de execu.rei iudi.allegat.c.quanquam.de vſur.lib.o.vj.
155 ¶ † Sed aduerte q̄ in contrarium eſt communis opi.vez q̄ bona vſurariorū non ſint tacite hypotecata pro reſtitutione vſurarum ita tenet Jo.an.in.d.c. quāq̄.in nouella et Fede.de ſen.in conſilio.cc.xiij.ſeu.ccxxj.et in conſ.lio.lxj.

licet non multum clare. ⁊ dem. c. cum
tu non probat opinio. Bal. quia dicit ꝙ
poſſeſſiones empte de pecunia fenebri
debent vendi ⁊ precium ſolui illis a qui
bus extorte fuerunt vſure. Nam iſtud
idem fieret ſi poſſeſſiões empte fuiſſent
de pecunia licite acquiſita: eandēz opi.
tenet Jo. de ligna. in. d. c. quamquā di
cens ſe conſuluiſſe pro dicta opi. idem
tenet Anto. de bu. in. c. tua nos de vſur.
inducendo text. illum vt ibi per eum: et
idem tenet Laur. de rodul. in ſ tractatu
de vſur. q lxxxj. ⁊ Panor. in. d. c. cum tu
ſuper glo. fi. ⁊ Domi. de. s. gemi. in. d. c.
quamquam in princ. penul. colum. et
Ambro. de vignate in repe. c. ſalubriter
nume. 231. vbi dicit hanc eſſe commu.
opi. ⁊ ita eſt tenendum: ⁊ ſic iſte. xiij. ca-
156 ſus non eſt verus. ¶ † Quartuſdecim⁹
eſt in bonis vitrici: quando mater trā-
ſiuit ad ſecundas nuptias antequam
filijs ſuis pupillis alium tutorem fa-
ciat ordinari ⁊ ei reddat rationem ad-
miniſtrate tutele ⁊ reliqua reſtituat.
Nam tali caſu bona ſecundi mariti et
ſic vitrici ſunt tacite hypothecata pu
pillis pro reddenda adminiſtratiōe tu-
tele ⁊ reſtitutione reliquorū vt. ex tex.
in. l. ij. C. quando mul. tute. offi. fung. po
teſt. et clarior tex. in. l. ſi mater. C. in qui.
cau. pi. taci. contraha. ⁊ ibi Bart. ⁊ bal.
⁊ ita tenet Sozi. in conſi. clxxx. 2. volu.
diligenter. ij. colum. in verſi. confirma-
157 tur hec ⁊c. ¶ † Quintuſdecimus ca-
ſus in quo de iure introducitur tacita
hypoteca eſt in bonis teſtatoris pro le-
gatis ab eo factis vt eſt text. in. l. j. C. cō
mu. de lega. ⁊ inſti. de lega. in. §. noſtra:
et iſta ſit regula ad quam pone primo
tres ampliationes ⁊ poſtea ſex limita-
tiones. ¶ Primo ergo amplia regulam
vt procedat non ſolum quando pro le-
gato datur actio: ſed etiam quando cō-
peteret ſolum officium iudicis: q: tunc
datur ſaltem vtilis hypothecaria ita
tenet Bar. in. l. j. ad fin. ff. de leg. j. in. iij.
membro: quem ſequuntur ibi Joan. de
imo. Areti. Jaſ. ⁊ Alex. non per iura al
legata per Bar. ſed ex alia ratione vide
licet quod cum fideiuſſio accedat etiāz
officio iudicis vt per glo. ⁊ Bar. in. l. cū
quis. §. ſi quis pro eo. ff. de ſolu. et per
Bar. in. l. marcellus in princ. ff. de fide-
iuſ. ergo etiam ei accedit hypoteca: ea
ratione quia bonum eſt arg. de fideiuſ-
ſione ad hypothecam vt eſt text. not. in
l. ſi legati in fi. ff. de pign. ita tenet Jaſ.
in. d. l. j. ad fi. ff. de leg. j. ¶ Sed ſubdit
Jaſ. quod iſtud fundamentum Jmo. et
Alexan. ſibi non placet quia illud pro-
cedit in fideiuſſione ⁊ hypoteca expreſ-
ſa: nos autem loquimur in hypotheca
generali tacite inducta a lege: que non
probatur competere pro legatis ꝓ qui
bus ſolum competit officium iudicis.
¶ Tamen iſta dubitatio Jaſo. videtur
leuis: quia ſicut hypoteca expreſſa po-
teſt accedere officio iudicis ita videtur
dicendum in tacita argu. l. cum quid.
ff. ſi certum petatur ⁊ probatur per tex.
in. d. l. j. C. commu. de lega. in. §. prio. vbi
imperator dat hypothecariam omni-
bus legatis dummodo eorum natura
non repugnet: et ſubdit in verſicu. cum
enim quod ſicut teſtator in ſuo teſtamē
to poteſt cui vult hypothecam rerum
ſuarum dare ita placet imperatori ta-
citam hypothecam ex diſpoſitione ſue
legis concedere: et ſic in omnibus equi-
parat tacitam hypothecam inductam
ex lege expreſſe hypothece quam teſta
tor dat vnde non videtur facienda dif-
ferentia inter expreſſam hypothecam
inductam a teſtatore et tacitam indu-
ctam a lege pro legatis ⁊ per cōſequēs
ſicut expreſſa poteſt accedere officio iu
dicis ita ⁊ tacita. ¶ Preterea Sozi. in
d. l. j. ad fi. de lega. j. ſubtiliter defendit
deciſionē Bar. ⁊ eius rationem ab im-
pugnatione Jmo. et ſequatium et fir-
mat quod vbi pro legatis competit ſo-
lum officium iudicis ibi etiam tacita
hypotheca accedat vt ibi ſubtiliter per
eum: et ſic tam ex ratione Barto. defen
ſata per Sozi. quā ex ratione Jmo. ⁊ ſe
quacium vera eſt concluſio ꝙ vbi pro
legatis competit ſolum officium iudi-
cis ibi etiam tacita hypoteca accedat.
¶ Secundo amplia regulam vt proce-
dat etiam ſi teſtator in teſtamēto obli-
gauerit in ſpecie vnam rem pro lega-
to: non obſtante. lege fina. C. de pact.

conuen. vbi habetur quod prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis: quia dicta. l. fina. loquitur de remedio extraordinario a lege introducto in defectum prouiſionis hominis a quo bene cenſetur receſſum per prouiſionem hois vt ibi habetur per gloſſ. ⁊ docto. ſed dicta. l. prima. C. commu. de lega. introduxit hypotecam tacitã ⁊ ex ea hypotecariam actionem pro legatis tanquam ordinarium remedium ad vberiorem cautelam ⁊ ideo illud non ceſſat p prouiſionem teſtatoris ita tenet bald. in dicta. l. prima in tertia colum. in verſicu. quero ſi teſtator. Et iſtam cõcluſionem tenet etiam Roma. in ſuis ſingularib⁹ car. 17. colum. iij. in princip. licet de baldo non faciat mentionem ſed allegat alia de quibus ibi per eum. ❡ Tertio amplia dictam regulam vt procedat non ſolum in rebus teſtatoris ratione dominij ſed etiam in rebus que teſtatoris non erant: ſed ad heredem peruenerunt per ipſum teſtatorem vt dicta. l. prima in fine. C. communi. de lega. ❡ Nec mirum quia ſumus in hypoteca legali que etiam in rebus alienis contrahitur vt. l. ſatis notum. C. in quibus cauſis pigno. taci. contraha. ita tenet bald. in. l. cum res ad finẽ. C. ſi alie. res pigno. da. ſit: eandem opinio. tenet Angel. in dicta. l. prima in lectura florentina dicens q̃ agẽs hypotecaria pro legato non habet neceſſario probare res ad quas agit fuiſſe in dominio teſtatoris: ſed ſatis eſt q̃ probet illam rem peruenifſe a teſtatore per text. ibi in verſicu. in rebus quas a teſtatore cõſequutus eſt ⁊ ibi in fine ſed tantummodo earum rerum que a teſtatore peruenerunt: ⁊ illum refert ibi Jaſo. in vltima colum. in tertio not. ſed de bal. non facit mẽtionem: ⁊ ita firmat Jaſ. quamuis Dy. iſtud ibi intelligat ſolum quo ad hoc vt legatarius conſequatur immiſſionem in poſſeſſionem: nõ autem quo ad auocãdum rem per hypotecariam: nam tunc ſecũdum Dy. eſſet neceſſe probare rem fuiſſe in dominio teſtatoris cũ in re aliena non poſſit cadere pignus. l. fundus. ff. de annu. leg. ſed ad hoc reſpondet Jaſo. poſt Ange. quod imo tacita hypoteca a lege inducta poteſt induci etiam in rebus alienis per dictam legem ſatis notum cum alijs notatis in titut. ff. in quibus cauſis pignus taci. cõtraha. ❡ 158 Limita modo dictam regulam: ⁊ primo vt procedat ſolum in alijs rebus teſtatoris non legatis: non autẽ in re legata vt nota. glo. in dicta. l. prima in verſicu. in multis ⁊ in dicto. §. noſtra in verſicu. hypotecaria inſtitu. de lega. ⁊ dictas gloſſas ſequuntur Cynus ⁊ Barto. in dicta. l. prima in verſicu. oppono res ſua nemini. ⁊ Bald. ibidem in verſicu. quero nunquid ſi teſtator legauerit ⁊ ibidem Jacob. butriga. ſed ibidem Salyce. in verſicu. nunc quero cum gloſſ. tenet quod cum vere dominium rei legate non ſit penes legatarium etiam dicta res legata poteſt dici hypotecata vt ibi late per eum. Ange. de are. inſtitu. de lega. §. j. in. iij. colum. in glo. in verſicu. hypotecaria tenet cõtrarium vtz q̃ hypotecaria competat ſolum in alijs rebus teſtatoris non legatis non autem in re legata: q2 illud quod dicit Salyce. procedit ſolum ante aditam hereditatem: nam tunc non poteſt peti legatum quia nundum eſt confirmatum vt. l. ſi nemo. ff. de teſta. tuto. ſed poſtquam hereditas eſt adita cum tunc vere ſit acquiſitum dominium legatario vt. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus ⁊ ibi nota. barto. ff. de lega. j. non poteſt res legata eſſe hypotecata. l. neque pignus. ff. de regu. iur. ſed ſtatim ſubdit q̃ non eſſet malum dicere q̃ etiam poſt aditam hereditatem res legata ſit hypotecata quia dominium quod habet legatarius in re legata eſt de iure ſpeciali cum tranſeat in eũ ſine traditione ⁊ ſic contra regulam iuris. l. traditionibus. C. de pactis. ⁊ ideo videtur q̃ tali caſu etiam res propria poſſit eſſe hypotecata argumẽ. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de capti. ❡ Sed aduerte quod iſta fuit opinio Barto in. l. prima ad fi. ff. de lega. primo de quo Areti. non facit mentionem: que opi. vt refert Jaſo. in. d. l. j. vlt. colũ. communiter reprobatur per moder nos ⁊ tenetur prima opi.

ſupra relata ſcilicet quod hypotecaria cõpetat contra alias res teſtatoris: non autem ſuper re legata. et. d. §. ſi quis ſeruum per quem ſe mouit Barto. parum facit: quia loquitur in dominio quod quis habet ſed reuocabiliter: nam poteſt compleri per preſcriptionem et ſic per eam acquiri irreuocabiliter: notatur enim ibi quod ille qui habet dominium reuocabile poteſt illud ſtabilire per preſcriptionem: ſed in legatario hoc non eſt ita quia ei ab adita hereditate ſequuta agnitiõe legati acquiritur dominium irreuocabiliter. l. ſi quis ita hereditatem et ibi gloſſ. ff. de conditio. inſtitu. ¶ Subdit tamen Jaſo. in dicta. l. prima in vltima columna quod pro opinio. Barto. poteſt allegari bonus text. in. l. idemque iuncta glo. et Barto. ff. qui potio. in pigno. habe. vbi ſecundum cũ habetur quod res empta ex pecunia pupilli efficitur pupilli de iure ſpeciali: et tamen poteſt eſſe ei hypotecata: ſed ad hoc etiam poteſt reſponderi: quod non eſt verum ſimpliciter quod res empta ex pecunia pupilli efficiatur pupilli: ſed hoc pendet ex electione pupilli: quia ſi pupillus eligit velle dictam rem emptam per tutorem ex pecunia ſua: eſt verum quod facta electione illa res efficitur de dominio pupilli: ſecus autem ſi pupillus eligat velle ſuam pecuniam et non rem: quia tunc illa non efficitur ſua et iſto caſu erit ei hypotecata: nõ autẽ in primo, quando eligit rẽ. ita intelligũt. gl. et Bar. in. d. l. idẽque. et bar. in l. prima et ſecũda. ff. quando ex fac. tu. et ita etiam no. bald. in. l. ſi tutor. C. de ſeruo pigno. da. ma. et ſic ille text. non ob-

159 ſtat commu. opinioni. ¶ † Secundo limita dictam regulam vt non procedat in rebus heredis: quia ille non ſunt tacite obligate pro legato ſicut ſunt res teſtatoris vt nota. Barto. in dicta. l. prima in fine. C. commu. de lega. et dicit Ange. de are. inſtitu. de lega. §. primo in tertia colum. quod in teneris annis dum eſſet doctor nouellus et voluiſſet praticare cõtrarium ſuccubuit. Sed ſi poſt ſex mẽſes a die mortis defuncti et adite hereditatis heres non ſolueret legatũ tunc bene poſſet fieri immiſſio ad inſtantiam legatarij in bonis heredis pro legato: et per talem immiſſionem conſtitueretur pignus pretorium iſte eſt text. in. l. certa. C. vt in poſſeſſio. lega. et ibi Bald. et Salycetus licet gloſſ. in dicta. l. prima in fine. C. commu. de lega. aliter dicat et male ſecundum Bart. ibi et alios docto. et ita etiam tenet Areti. in dicto

160 §. primo in tertia colum. ¶ † Tertio limita regulam et declara quod dicta hypoteca tacita que competit pro legato habet diuerſam naturam ab aliis hypotecis: quia ſcilicet alie hypotece competunt inſolidum cõtra quẽlibet ex heredibus vt. l. prima. C. ſi vnus plu. hered. credi. vel de. itẽ pro minima parte debiti tota res remanet obligata vt. l. reſiduum et. l. quamdiu. C. de diſtrac. pign. iſta autem hypoteca que datur pro legato commenſuratur actioni perſonali qua heredes tenentur et ſic iſta actio hypotecaria datur contra heredes ad quos peruenerunt res teſtatoris pro ratis pro quibus ſunt heredes ad ſimilitudinem actionis perſonalis vt eſt textus in. d. l. j. in fi. et iſtud eſt ſpeciale in legato vt vult ibi barto. in pen. oppo. et idem ſequitur ibi bald. in. iij. colum. in verſicu. item not. hic quod hypotecaria: et reddit rationem differentie quod ſcilicet ideo in aliis hypotecis non fit diuiſio quia incipiunt in perſona vnius promiſſoris et in ſenſu coniuncto: hypoteca autem que datur pro legato tranſmittitur in ſenſu diuiſo. idem tenet Jaſo. in. l. cum qui res in fin. C. de procurato. idem in ſimili nota. barto. per dictam. l. j. in fine in repetiti. l. ſi conſtante in tertia queſtione. iiij. partis principalis. ff. ſoluto matrimonio. ¶ Quarto limita regulam quando alie res teſtatoris non ſunt legate aliis perſonis quia ſi aliis eſſent legate in illis nõ competeret alteri legatario hypoteca ne quod vni datur alteri denegetur ita tenet glo. in dicta l. prima in verſiculo in multis in verſicu. hoc tñ. vnde ſi vni eſſet legata certa quantitas et alteri eſſet legata certa ſpecies puta fundus: ille fundus nõ diceretur hypotecatus pro legato quã

titatis ex quo alteri legat⁹ eſt ita vult dicta glo. ibi ita tenet Jaſo. in. d. l. j. vltima colum. pro quo allegat textū optimum in. l. ſi fideicommiſſorum. ff. vt in poſſeſ. lega. ꝛ. l. procurator. §. penulti. ff. de tribu. ¶ Iſtud tamen intelligi debet quando legata non ſunt relicta vltra vires hereditarias: ſed vltra legata ſuperſunt etiam alia bona teſtatoris: ſed quando in bonis teſtatoris non extat niſi ſpecies legata. tunc in illa ſpecie vterq; legatarius videlicet illius ſpeciei ꝛ etiam quantitatis pro rata concurrere debet per textum no. in. l. querebatur. ff. ad. l. falcid. ita dicunt Angel. ꝛ Paul. de caſt. in dicta. l. prima. Quod dictum Jaſo. in dicta. l. prima dicit ſe non ponere pro conſtanti. ¶ Sed iſtam queſtionem late examinat Alexander in dicta. l. querebatur ꝛ refert ꝙ Bald. in. l. ſi vero compoſita. ff. de teſtamē. mili. tenet contra opinionem. Angel. ſed quod cum opinio. Ange. tenet Bald. in l. ſecunda. §. primo. ff. de condi. inde. et dicit Alexand. ꝙ opinio Ange. pꝛobatur per dictam legem querebatur inducendo vt ibi per eum: ꝛ hanc opinionē

161 dicit ibi Alexan. eſſe equiorē ¶ † Quinto limita regulam quando teſtator in ſuo teſtamento remitterret dictam tacitam hypotecam introductam pro legatis: nam illam remittere poteſt vt tenet glo. in. l. ij. ff. vt in poſſeſ. lega. argumē. illius. l. ꝛ dictam gloſſam approbat ibi Barto. ꝛ ita etiam tenet Bald. ꝛ Salycetus ibi ꝛ ſequuntur magis communiter doctores excepto Pet. ꝛ Cyn. in. d. l. ij. quos reprehendit Bald. in. l. prima in ſexta colum. C. de his que pene ino. iſtam etiam opinionem tenet Barto. in l. nemo poteſt. ff. de legatis primo. ꝛ ibi ſequitur Alexand. in quarta columna.

162 ¶ † Sexto limita regulam in donatione cauſa mortis qꝛ licet illa ſoleat in multis equiparari legatis vt. l. ſecūda ꝛ ibi per docto. ff. de lega. primo. Tamē in hoc differt ſcilicet ꝙ tacita hypoteca inducta pro legato non cenſetur inducta in donatione cauſa mortis: quia hoc non reperitur iure cautum vt habetur per Alexā. ꝛ alios in. d. l. ij. ꝛ per Ang. de are. inſti. de dona. in prin. in. ij. colum. ¶ Sextuſdecimus caſus eſt in mutuante ad refectionē nauis vel pro alimentis nautarum quia tali caſu inducitur tacita hypoteca in bonis magiſtri nauis pro reſtitutione talis pecunie etiam cū priuilegio prelatiōis aliorum priorum creditorum vt eſt tex. in. l. interdum cū. l. ſeq. ff. qui potio. in pign. habe. ꝛ ibi hoc no. barto. qui etiā iſtud extendit ad pecuniam mutuatam pro refectione edificij vel pro quacūq; alia conſtruatione rerum vt ibi per eum et eſt tex. glo. ꝛ docto. in. l. prima. ff. in qui. cau. pign⁹ taci. contraha. ꝛ ita etiam vult Alexand. in conſi. ccxvij. viſo quo

163 dam ꝛc. nume. 2. vij. volumi. ¶ † Septimuſdecimus caſus eſt in pecunia pupillari mutuata ad rem emendam: qꝛ res empta ex illa pecunia eſt tacite hypotecata pupillo etiam cum priuilegio prelationis pro reſtitutiōe pecunie mutuate vt eſt tex. ꝛ ibi glo. Barto. ꝛ alij in dicta. l. idemq;. ff. qui potio. in pignori. habe. ꝛ iſtud eſt ſpeciale in pupillo. Nā pecunia alterius mutuata expreſſe ad merces ſeu alias res emendas non habet in dictis rebus tacitam hypotecam niſi de hoc per pactum expreſſum conuentum fuerit: ſed tantummodo habet priuilegium in perſonali actione vt ſcilicet in dictis rebus preferatur alijs creditoribus non priuilegiatis pretendentibus ſolam perſonalem vt. l. quod qs. ꝛ ibi gl. ff. de priuileg. credi. ita tꝫ Bar. in. d. l. interdum ꝛ Bald. in. l. quāuis ex ca. C. de pigno. ꝛ in. l. licet. C. qui po. in pig. habe. ꝛ Saly. in auten. quo iure in ſecunda queſtione. eod. titu. in quibus locis reprobatur glo. in dicta autē. quo iure que voluit contrarium ſcilicet ꝙ res empte ex pecunia expreſſe mutuata ad illam emendam eſſent tacite hypotecate pro pecunia mutuata ꝛ ita tenet Alexand in. l. ſi cum dotem. §. fina. in penulti. colum. in verſicu. poſtremo Barto. ff. ſolu. matri. ꝛ ꝙ dictum eſt de re empta ex pecunia pupilli ꝙ illa ſit hypotecata intelligitur quando res empta fuit ex pecunia pupilli per alium ꝗ̄ per tutorem: tunc enim illa res non

efficitur pupilli: ſed ſolum in ea acqui-
ritur ei tacita hypoteca. ſed ſi res em-
pta eſſet per tutorem ex pecunia pu-
pilli: tunc eſt in electione pupilli an ve-
lit illam rem tanquam ſuam: An vero
velit ſibi reſtitui ſuam pecuniam et il-
lam rē pro reſtitutione pecunie eſſe ſi-
bi obligatā tacite vt habetur per Bal.
in.l.ſi tutor.C.de ſeruo pi.da.ma.poſt
gloſ.ibi: et per gloſ.in.l.ſecunda.ff.quā-
do ex fac.tuto. et dixi.ſ.in.xv.caſu in
164 prima limi.numero.158. ¶ Octa-
uusdecimus caſus eſt in re empta ex
pecunia militis: quia illa res eſt tacite
hypotecata pro reſtitutione pecunie
militis ex ſpeciali priuilegio ſicut di-
ctum eſt in pupillo in proximo prece-
denti caſu ita nota gloſ.in.l. quamuis
C.de pigno. et ibi Barto. et Salycetus
et latius Salyce.in dicta.l.licet in pri-
ma et ſecunda oppoſi.C.qui po.in pig.
hab. ¶ Nonusdecimus caſus eſt in mi-
litia empta ex pecunia expreſſim mu-
tuata ad illam emendam: quia illa mi-
litia erit tacite hypotechata creditori
mutuanti cum priuilegio prelationis:
et hoc ex ſpeciali fauore vt eſt textus et
ibi nota omnes in.l.fina. et in auten.ibi
poſita.C.de pigno. et priuilegium pre-
lationis.in hoc conceditur non ſolum
reſpectu aliorum creditorum: ſed etiā
reſpectu dotis: quia ſcilicet creditor
qui mutuauit expreſſe ad emēdam mi-
litiam prefertur etiam vxori dicti em-
ptoris militie et filijs eiuſdem repeten-
tibus dotem.vt eſt tex.in dicta.l.fina. et
in auten.ibi poſita. ¶ Intellige tamen
tu quando dos eſſet poſterior credito
predicto tunc enim ille creditor cum
iſta ſua tacita hypoteca priuilegiata
prefertur etiam doti: ſecus autem ſi
mulier in dote eſſet anterior dicto cre-
dito: quia tunc mulier preferretur
cuicunqꝫ priuilegiato etiam fiſco.exce-
pta ſola cauſa primipilari vt.l.ſatis
notum.C.in quibus cauſis pignꝰ taci.
contraha.ita notat Bald.nouel.in tra-
ctatu dotis in.x.parte in.xij.colum.in
verſi.xiij.limita: de quo tamen dicā.i.
in membro prioritatis. ¶ Uigeſimus
caſus eſt: quando debitor obligauit cre-
ditori bona alterius puta ſempronij q̄
ſempronius poſtea ſtetit fideiuſſor in
dicto debito pro ipſo debitore: nam ta-
liter fideiubendo videtur tacite appro-
bare obligationē ante a factam de re-
bus ſuis textus eſt et ibi notat Bart.
in.l.pomponius.§.primo.ff.in quibus
cauſis pignus taci.contraha. Secus
autem eſſet ſi ſempronius prius fide-
iuſſiſſet pro dicto debitore et poſtea de-
bitor eius bona obligaſſet quia per an-
tecedentem fideiuſſionem non induci-
tur tacita approbatio future obliga-
tionis ſuorum bonorum vt eſt ibi tex-
tus et tenent gloſſa Barto. et Bal. quod
nota. nam licet proprie iſta non dica-
tur tacita hypoteca: ſed potius taci-
ta approbatio precedentis obligatio-
nis: quia tamen quaſi in idem tendit
ideo placuit hic ponere. ¶ Uigeſimuſ-
primus caſus eſt quando quis obli-
gatur ex cauſa tranſactionis ſuper ve-
teri obligatione: non tamen animo no-
uandi: primam: ſed ſimpliciter: quo
caſu non inducitur nouatio iuxta le-
gem finalem.C.de nouationi. vel ſi fiat
expreſſe citra nouationem iurium an-
tiquorum prout hodie pratici nota-
rij faciunt. Nam in iſto caſu tranſigens
non ſeruat tranſactionem poteſt con-
tra eum agi primeua actione.l.cum
proponas.C.de pactis et.l.ſiue apud
acta.C.de tranſactio. et pro illa veteri
et primeua actione bona dicti tranſi-
gentis qui non ſeruauit tranſactio-
nem erunt tacite hypotecata textus eſt
nota.ſecundum Barto in.l.finali.ff.in
quibus cauſis pignꝰ taci.contraha.li-
cet gloſſa ibi voluerit aliud videlicet
quod bona non eſſent tacite hypoteca-
ta: ſed quod retineri poſſent quaſi obli-
gata: ſed gloſſa in hoc male loquuta
fuit ſecundum Barto.ibi cum imo ve-
re ſint obligata. et ita etiam videtur
velle ibi Salycetus quod not. quia fre
quenter poteſt contingere.

¶ Uigeſimuſſecundus caſus eſt in ter
minis dicte.l.fina. quando tranſactio
fuit facta animo nouandi: ſed tranſi-
gens per dolum tranſegit vel per do-
lum tranſactionem non obſeruat iux-

ta nota in.l.actione.C.de tranſac.tunc enim in odium committentis doluʒ bona illius cenſentur.tacite obligata ita not.Bar.in dicta.l.fi.ff.in quibus cauſis pign⁹ taci.contraha.quod etiam eſt menti tenendum: quia poteſt in facto contingere. ¶ Uigeſimus tertius caſus eſt:quando aliqua res ſpecialiter deſignat̄ pro preſtatione alimentorum vel alterius annue preſtationis: tunc enim ille fundus ſpecialiter deſignatus ad hoc onus cēſetur obligatus ita notat Barto.in.l.lucius.ff.de ali.ꝛ cib. leg.per tex.in.l.ij.eodem titulo quem ita intelligit poſt quendam docto.lombar.ꝛ ita etiam tenet barto.in.l.fundus quem.ff.de annuis lega.vbi decidit qđ ſi teſtator leget centum annua ſuper tali fundo:quod ex hoc cenſetur ille fundus expreſſe obligatus: quia ſecundum eum tantum eſt dicere lego ſuper illo fundo quantum obligo illum fundum vt probatur ſecundum eum in rubri.de rebus eorum qui ſub tuto. vel cur.non alie.vel ſupple.idem tenet Barto.in.l.codicillis.§.inſtituto.ff.de lega.ſecundo.¶ Et predicta tanto fortius procederent quando talis annua preſtatio deſignato certo fundo eſſet ſoluenda in perpetuum:tunc enim indubitanter procederet concluſio ſupra firmata videlicet quod dictus fundus eſſet hypotecatus ꝛ quilibet poſſeſſor ad quem ille tranſiret teneretur ad dictam preſtationem.l.hactenus.ff.de vſufructu.ꝛ notat.Hoſtienſis in ſumma titu.de loca.§.que actio verſicu.antepenulti.ꝛ vltimo.ꝛ refert et ſequitur Guido pape.in queſtione.432.ad fi.et ita videtur tenere Joan.fab.inſtitu.de actio.§.item ſeruiana in vltima colum. vbi late proſequitur materiam et Cor. in conſilio.ccxcvj.primo volumi.in litera.g.ꝛ.h.ꝛ ibi declarat ꝛ firmat dictū Barto.in dicta.l.codicillis.§.inſtituto. ¶ Sed aduertendum eſt quod Roma. in conſilio.ccclxxxviij.in caſu poſiti thematis in primo argumen.tenet qđ dicta concluſio ſit ſpecialis in cauſa alimentorum vt ſcilicet ſpeciale ſit fauore alimentorum quod fundus expreſſe deſignatus ad eorum preſtationem ſit hypotecatus:ꝛ hoc etiam extendit ad annuaʒ penſionem quam ſummus pontifex conſtituit clerico ſuper redditibus certe eccleſie:vt ſcilicet illi redditus ꝛ bona ex quibus percipiūtur ſint obligata pro dicta annua penſione:ſed Pau.de caſtro in conſil.liij.quia exceptiones in penultima colum.tenet qđ res non ſit obligata pro annuis preſtationibus ſeu penſionibus impoſitis in bonis eccleſie ꝛ quod ſit ſpeciale in alimentis quod res deſignata pro illoruʒ preſtatione cenſeatur obligata.d.l.ij.et dicta.l.lucius.ff.de ali.ꝛ ci.lega.ꝛ Fely.in capi.ad audientiam.el.ij.in.v.columna in verſicu.quinta concluſio de reſcrip.recitatis opinionibus Roma.ꝛ Pau.de caſtro dicit quod forte opinio. Pau.eſt verior.¶ Ego puto tenendum quod nulla ſit ſpecialitas in alimentis:quia certi ſunt caſus in quibus inducitur tacita hypoteca vt in titu.ff.et C.in quibus cauſis pig.taci.contraha. Inter quos non reperitur caſus alimē torum:merito ille non cenſetur habere de iure tacitam hypotecam vt hoc argumento vtitur Barto.poſt dictum docto.lombardum in.d.l.lucius:facit tex. inſtitu.de actio.in.§.actionum vbi enumerātur actiones bone fidei:ꝛ alie que ibi non ſunt numerate ſunt ſtricti iuris:ꝛ ſic alimenta non habent ius tacite hypotece niſi quando ſunt legata in teſtamento:quia tunc habent tacitam hypotecam prout habent alia legata iuxta.l.j.C.communi.de lega.ita tenet Barto.in dicta.l.lucius ꝛ in.l.gaius.ff. de annuis lega.Sed ratio predicte deciſionis eſt quod certa bona fuerūt ſpecialiter deſignata pro alimentis ſeu alijs annuis preſtationibus:tunc enim illa ſpecialis deſignatio facit qđ illa bona cenſeantur obligata pro dictis preſtationibus vt firmat Bart.in locis ſupra allegatis ꝛ maxime in.d.l.fundus quem.ff.de an.lega.ꝛ in.d.l.codicillis.§.inſtituto.ff.de lega.ij.ꝛ in.d.l.lucius. ꝛ iſta fuit etiam opi.gloſ.in dicta.l.lucius in gloſſa in verſicu.ex redditu.ita puto tenēdum cum non inueniam de=

ciſiones gloſ. et bar. reprobari per aliquem. ¶ Uigeſimuſquartus caſus ſecundum aliquos eſt in legitima debita de iure nature deſcendentibus in bonis aſcendentium iuxta. l. papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. teſtamen. et autenti. nouiſſima. C. eodem titu. vt ſcilicet bona aſcendentium ſint tacite hypotecata deſcendentibus pro dicta legitima eis debita: et iſtam opinionem tenet bal. in conſi. clxxi. condenatus fuit quidam primo volu. vbi equiparat filios vxori: et Fulg. in conſi. lxxxiiii. Bonacurſius in ſecunda colum. ad fi. et Areti. in conſilio. clxi. diligenter viſis in penul. col. in princi. Eandem opinio. tenet Paul. de monte pico in repe. l. in quartam. ff. ad. l. falci. in colum. 49. nume. 117. vbi audaciter dixit quod Alexan. qui ibi tenet contrarium errauit in terminis: et ſecundum eum iſta opinio. probatur inconuincibili fundamento: nam lex fauet magis filiis in legitima quam aliis legatariis: quia ſtatim deducto ere alieno detrahitur legitima. d. l. papinianus. §. quarta: et filius dicitur creditor in ſua legitima: et creditores preferuntur legatariis. l. fi. §. ſi vero. C. de iure delibe. Cum autem quilibet ſimplex legatarius habeat bona teſtatoris obligata vt. l. prima. C. commu. de lega. a fortiori videtur quod bona debeant eſſe obligata pro legitima. et dicit quod iſtud eſt ſuum fundamentum et alii docto. non probauerunt iſtam concluſionem: ſed imo iſtud fundamentum ante eum fuit Fulgo. in dicto conſilio. lxxxiiii. quod fortaſſe potuit ipſe non vidiſſe. Tamen contrariam ſententiam videlicet quod filiis non detur hypotecaria pro legitima tenet Alexand. in dicta. l. in quartam in ſeptima colum. in verſicu. confirmo predicta: dicens non reperiri iure cautum quod filius habeat hypotecata bona inſolidum pro legitima iuxta. l. creditoris. ff. de diſtrac. pigno. Idem tenet Alexander in conſilio lxxviii. clariſſime doctor. iii. volumi. in vltima columna in verſicu. Non obſtat id quod dicitur de legitima. vbi dicit quod bona non ſunt obligata pro legitima filii ſed ſolum pro ea filius habet condictionem ex lege contra heredes vt eſt caſus in. §. ceterum in autenti. vt cum de appella. cogno. et eſt communis opinio. in dicta. l. in quartam cum aliis allegatis ibi per Alexander Idem tenet Alexand. in conſi. cxvii. viſo titulo queſtione. vi. volumi. nume. 18. per allegata ibi per eum et in conſi. 154. duplicato per errorem numero. 13 et. 14. ſeptimo volumine Idem late firmat inſignis doctor. d. Bulgarinus ſeneſi. in quodam ſuo conſi. viſo et diligenter conſiderato quod eſt impreſſum poſt quandam ſuam diſputationem: que incipit ſempronius condidit teſtamentum quod conſilium eſt ſubſcriptio ad quoddam conſilium do. Barto. Sozini qui idem conſuluit per optima fundamenta de quibus ibi. Iſtam etiam opinio. tenet Decius noſtre etatis facile primarius in conſilio. ccxxxv. in caſu mag. etc. in vltima columna. et dicit eſſe veriorem: et reſpondet ad fundamenta tenentium partem contrariam. et primo. quod Bald. in dicto conſilio. clxxi. non dicit. quod pro legitima ſint hypotecata bona et ſi diceret hoc non probat de iure: et ideo procedit fundamentum. ſupra factum per Alexandrum quod iure hoc cautum non reperitur argumento. l. illam. C. de colla. et quod rationes Fulgo. ſunt parum efficaces. Nam dum arguit a legatariis ad filios quod ex quo legatarii habent hypothecam filii non debent eſſe deterioris conditionis: dicit ipſe quod argumentum procederet data paritate terminorum quando ſcilicet filii pro legitima haberent expreſſam voluntatem teſtatoris prout habent legatarii: ſed quia legitima debetur ex diſpoſitione legis non militat argumentum de hypoteca conceſſa pro legato iuxta. l. prima. C. commu. de lega. ad legitimam que non habet expreſſam voluntatem teſtatoris et quod ex hac ratione magis faueatur legatis quam legitime tenet Salycetus in. l. ſcimus. §. repletionem in fine. C. de inoffi. teſtamen. et ſequitur Alexander in. l. in ratione la. ii. in princi. in vltima colum. in verſi.

Item non videtur bene dicere.ff.ad.l. falci. pro quo optime facit: quia alimenta de iure multa habent priuilegia vt per Barto.in.l.mella.in princi. ff.de ali.& cib.lega. & tamen alimenta non habent tacitam hypotecam: niſi ſint relicta in teſtamento: quia tunc habet hypotecam ſicut cetera legata vt per Barto.in.l. gaius.ff. de annuis lega.& in.l.lucius.ff. de ali.& cib.lega. et late dictum fuit in precedenti caſu xxiij. et ita tenendum puto. ¶ Quam tamen concluſionem limita niſi ageretur pro ſupplemento legitime habito reſpectu ad id quod relictum fuit in teſtamento filio non ſufficiente ad legitimam iuxta terminos. l. omnimodo.C. de inofficio.teſtamen. quia cum illo caſu pars legitima ſit relicta in teſtamento. Illud etiam quod debet ſuppleri cenſetur relictum vt in nota.queſtione tradit Bald.in.l.hac edictali columna.iij.verſicu.& primo quero.C. de ſecun.nup.quia tunc ſicut pro aliis relictis competit tacita hypoteca dicta l.prima.C.communia de lega.ita & pro ſupplemento legitime hoc modo debito:et ita tenet Decius in dicto:conſilio cccxxv.in fine. & bene. Concluſio ergo ſupra firmata quod in legitima nõ ſint bona tacite hypotecata procedit quando nullo modo legitima eſt relicta: ſed petitur ex diſpoſitione dicte.l.papinianus.§.quarta & dicta autenti. nouiſſima.& ſic iſte.xxiiij.caſus nõ eſt verus. ¶ Non reperio alios caſus in iure expreſſos in quibus detur tacita hypoteca niſi duos alios quos vide infra in tertia parte principali in primo membro numero. 12. et decimotertio quos oblitus fui ponere hic ideo eos ſupple hic.quamuis non ſit proprie tacita hypoteca in eis. Fateor tamen quod per ſtatuta poſſit induci etiam in aliis caſibus. ſicut enim potuerunt leges ciuiles introducere hypotecam in caſibus p̄dictis ita et ſtatuta municipalia poſſunt etiam in aliis caſibus introducere iuxta textũ in.l.omnes populi.ff. de iuſti.et iur. et quia ſicut pacto poteſt hypoteca induci ita & ſtatuto:quia quod poteſt fieri per pactum arguendo affirmatiue poteſt etiam fieri per ſtatutum.l.non impoſſibile & ibi Barto.& docto.ff.de pactis & gloſ.in rubrica.C. de decre.decu.libro decimo.& ita firmat Barto.in.l.fina.C. de iure rei publi.libro decimo & Sozi.per plura alia ita tenet in conſilio.ccxl.circa preſentem ſecundo volumi.prima colũ.

165 ¶ † Inſuper ad declarationem preſentis quarti membri huius ſecũde partis in quo tractatum eſt de tacita hypote.eſt notandum quod in tacita hypoteca veniunt bona preſentia et futura & etiam nomina debitorum tam preſentia quã futura vt per Bald.in.l.prima penul. colum.ff.ſoluto matrimonio & in.l.hac edictali.§.omnibus poſt Cynum ibi.C. de ſecun.nup.& in.l.vbi adhuc ad finẽ. poſt Iaco.de rau.ibi et Cyn.C. de iure do.et ita etiam tenet et corroborat Salycetus in.l.fina.C.que res pig.obliga. poſ. ſequendo in hoc opinio. primam gloſ.ibi et reprobando opinio. Ioan. gloſſatoris & ita etiam tenet Roma. in ſingul.146.car.5.et iſta videtur verior et communior opinio. de iure quicquid in contrarium voluerit Bald.in.l.tertia.C.de heredi.actio. vbi voluit quod in tacita hypoteca veniant preſentia tantum: & in.l.iij.C. de priuileg.fiſ. vbi dixit eſſe ſpeciale in fiſco quod in tacita hypoteca eius fauore veniant futura:quia (vt dixi) tenendum eſt quod in tacita hypoteca veniant bona & nomina debitorum tam preſentia quam futura.

166 ¶ † Sed dubitatur quid dicendum ſit de pecunia an ſcilicet illa veniat in tacita hypoteca. Et videtur dicendum quod ſic per textum & ibi Bar. in.l.cum tabernam.§.fina.ff.de pigno. vbi dicitur quod in generali obligatione bonorum venit pecunia: tamen Bald. in.l.certi iuris in.vj. queſtione C.loca.tenet quod neque merces neque pecunia veniat in tacita hypoteca: quia talia non videntur ineſſe tacite hypotece propter celerem motum.l. debitor ff.de pignori. cum aliis allegatis per eum. Idem videtur tenere Alexander in dicta.l. cum tabernam in apoſtil.

ad barto. et ratio rationis eſt: quia pecunia dicitur ſemper venalis et parata alienationi. l. vxorem. §. legauerat. ff. de leg. iij. et not. bald. in. l. fina. ad finem. C. de cõ pen. et ſequitur Alexander in. l. generali. §. vxori. ff. de vſufruct. de lega. et propterea non videtur eſſe in certo loco. ¶ Tamen eſt aduertendum quod predicta ſunt intelligenda in tacita hypoteca de qua in dicta. l. certi iuris que eſt reſtricta ad certum locum videlicet ad domum locatam et in illa militat ratio aſſignata per Bald. in dicta. l. certi iuris in ſexta queſtione quod pecunia et merces venales non videntur eſſe in domo locata cum ſint venales vt per Alexandrum in locis preallegatis: ſed in alia tacita hypoteca extra terminos dicte. l. certi iuris et ſic non reſtricta ad certum locum vt patet in caſibus vigintitribus ſupra enarratis: quia in illis ceſſat ratio reſtrictionis predicte dicendum videtur quod pecunia comprehendatur ſicut comprehenditur in generali hypoteca expreſſa dicta. l. cum tabernam. §. fina. argumento. l. cum quid. ff. ſi certum petatur. et facit quia etiam in tacita veniunt nomina debitorum vt dixi ſupra et habetur per gloſſam et docto. in dicta. l. tertia. C. de heredita. actio. et per. Paul. de caſtro in conſilio. cccxcv. notandum primo. et non videtur ratio diuerſitatis inter pecuniam et nomina debitoris: et quia lex parificat tacitam et expreſſam vt ſcilicet in vtraque veniãt bona preſentia et futura. d. l. hac edictali. §. omnibus. cum ergo veniant omnia bona ergo venit etiam pecunia: quia appellatione bonorum venit etiam pecunia vt. l. prima et ibi nota. Baldus et Salycetus. C. de vſufructu et propterea concludo quod licet in tacita hypoteca de qua in dicta. l. certi iuris nõ veniat pecunia per rõnes adductas per Baldum et Alexandrũ: Tamen in aliis
167 tacitis hypotecis ſic. ¶ † Poſtremo in materia tacite hypotece notandum eſt quod ſtante ſtatuto quod inſtrumenta confeſſionata vel guarentigiata habeant executionem paratam tale ſtatutum militabat etiam ſi petatur executio vigore inſtrumenti ex quo reſultet tacita hypoteca ita communiter concluditur vt habetur per Bartolum baldum et latius Imol. in. l. prima. ff. de his que in teſtamen. delen. et per Bald. in. l. vnica. §. et vt plenius. C. de rei vxor. actio. et in. l. ad probationem la prima. C. de probatio et ita tenet Alexand. in. l. iuriſgentium. §. quod fere in vltima columna. ff. de pactis. Et licet loquatur in ſtipulatione preſumpta idem eſt in tacita hypoteca vt tenet Baldus nouel. in ſexta parte in ſeptimo priuilegio in prima colum. Subdit tamen quod vidit eſſe conſultum quod dicta communis opinio. procedat quando agitur via executiua vigore tacite hypotece contra ipſum principalem nominatum in inſtrumento: et ita dicit eſſe de mente Bald. in. l. prima. C. commu. de lega. ¶ Et iſtud idem eſt etiam quando petitur executio inſtrumenti in quo eſt expreſſa hypoteca: quia illa datur ſolum contra principalem debitorem et eius heredem non autem contra tertium poſſeſſorem vt per benedictum de barzis de aretio in tractatu guarentigie in columna trigeſima ſecunda verſiculo deſcendam nunc ad. ix. et ita tenent Baldus et Angelus in. l. ſecunda. C. ſi aduerſus credi. Baldus in. l. hac edictali. C. de ſecundis nuptiis et in. l. ſi pro te. C. de iure dot. Bartol. in repetitione. l. tertie in quarta queſtione. C. de pignori. Angelus Imol. Alexand. et alii in. l. prima. §. ſi heres. ff. ad trebellia. Felynus in capitulo cum ſuper in ſexta columna in verſiculo et nota quod tertius. de re iudicata. Et hanc concluſionem quod ſcilicet executio conceſſa per ſtatutum habeat etiam locum quo ad hypothecam tacitam virtualiter ſubintellectam in inſtrumento firmat Alexander in conſilio centeſimovigeſimoſexto, repetitus numero ſeptimo et per totum in ſexto volumine. Et per iſta ſum expeditus de hypotecis tacitis.

Tertia pars principalis.

VEnio nunc ad tertiã partem principalem tractat⁹ in qua tractandum eſt de pignoribus. Et pro intelligentia primo premittendũ eſt quod quadruplex eſt pignus. Primum pignus eſt conuentionale quod ex partium conuentione procedit de quo eſt glo. magiſtra. ⁊ ibi clarius per Bar. in l. j. in princi. ff. de pigno. actio. Secundum eſt pignus legale quod tacite a lege conſtituitur. l. certi iuris. C. loca. ⁊ inſtitu. de actio. §. item ſeruiana. cum aliis caſib⁹ notatis. s. in quarto membro ſecunde partis. Tertium pignus eſt pignus pretorium quod conſtituitur quando nulla precedente ſententia diffinitiua: proceditur contra reũ in contumaciã. ⁊ fit immiſſio ex primo decreto in bonis debitoris. iuxta. l. ſi vnus. ff. de bo. auto. iudi. poſſi. Quartum pignus eſt pignus iudiciale quod conſtituitur quã do precedente ſententia diffinitiua pro eius executiõe fit immiſſio in bonis debitoris condemnati ex primo decreto: vt. l. a diuo pio. per totum. ff. de re iudi. licet etiam iſtud quandoq; appelletur pretorium: vt. l. j. C. de preto. pign. ea ratione: quia vtrũq; expeditur a iudice. ⁊ j. ſuo loco dicetur in quibus differat pignus pretorium ⁊ iudiciale. Sicut ergo iſta pars continet tria genera pignorum obmiſſo legali de quo iam dictũ eſt. s. in quarto membro ſecunde partis. Ita diuiditur iſta pars in tria membra. In primo membro videbim⁹ de pignoribus ⁊ hypotecis conuentionalibus quomodo: ſcilicet ⁊ quib⁹ verbis conſtituantur ⁊ per quos. In ſecũdo tractabitur de pretorio pignoreq. et in quibus differat pignus cõuentionale ⁊ pretoriũ. In tertio tangetur de pignore iudiciali.

Summarium.

1 Ius reale conſtituitur per pign⁹: ⁊ hoc eſt ſpeciale in pignore. ⁊ quare.

2 Pignus conuentionale poteſt inter abſentes conſtitui: ⁊ per literas.

3 Pignus conuentionale quibuſcunq; verbis contrahi poteſt et ſine ſcriptura. Item in quacunq; obligatione põt contrahi: Item poteſt conſtitui pro toto tempore ⁊ pro parte temporis. Itẽ de nocte: ⁊ pro quacunq; cauſa ⁊c.

4 Hypoteca conſtituitur per pactum initum inter debitorem ⁊ creditorẽ quod liceat creditori alienare rem debitoris.

5 Hypoteca conſtituitur per verbum mutuo.

6 Subſcribens contractum vel ſcripturam in qua res ſua eſt obligata dicitur pignus conſtituere niſi ſubſcribat ſe tanq; teſtem.

7 Pignorans ſuam poſſeſſionem: vtendo verbo poſſeſſionem: intelligitur illã pleno iure pignorare.

8 Pignus vel hypoteca an poſſint accedere obligationi nulli et inefficaci.

9 Pignus vel hypoteca non conſtituuntur niſi aliqua obligatione precedente.

10 Hypoteca introducta a lege in bonis paternis pro adminiſtratione facta per patrem in bonis filij dupliciter conſideratur.

11 Actio pignoratitia directa que datur debitori quando naſcatur.

12 Actio ſemel nata non poteſt iterum naſci.

13 Filiuſfamilias imo et ſeruus pro negocio et cauſa peculiari ſi liberam habeant adminiſtrationem poſſunt res peculiares pignori dare.

14 Hypoteca poteſt cedi ſine principali: ⁊ cuius ſit effectus talis ceſſio.

15 Hypoteca poteſt remitti pacto debito principali non ſatiſfacto.

16 Hypoteca poteſt legari per teſtatorẽ.

17 Retentio an locum habeat vbi ipa hypoteca nulla eſt vel ſaltem viciosa.

18 Accedens pignori an dicatur pignus.

19 Pignoratio vnius rei pro alia an ſit valida.

20 Venditio vnius rei pro alia an ſit valida.

21 Venditor vendens rem alteri obligatã aſſerens illam eſſe liberam et nemini obligatam pena falſi tenetur: diſſimulans autẽ tenetur crimine ſtellionat⁹

22 Pignora data locatori in contractu locationis an per reconductionem censeã tur repetita.
23 Contractus pignoris dicitur nominatus.
24 Hypoteca in instrumento non adiecta an per notariũ ex suo officio possit suppleri et apponi.
25 Clausule in instrumentis et contractibus apponi solite an semper subintelligantur.
26 Substantialia et naturalia contract⁹ que dicantur.
27 Pignoratio vel hypotecatio facte pro tanto debito quod nulla sit spes luitionis potius dicitur alienatio q̃ pignoratio.
28 Statuto dictante quod quilibet teneatur facere describi res suas in estimo an creditor teneatur res pignoratas describi facere: et sub qua forma.
29 Res pignorata qualiter dicatur a creditore possideri.
30 Fructus rei pignorate quo casu cedãt creditori.
31 Creditor turbatus in possessione rei pignorate: habet interdictum vti possidetis.
32 Creditor habens castrum pignoratuꝫ potest exercere iurisditionem.
33 Debitorem possidere rem pignoratam quoad effectum vsucapiendi qualiter sit intelligendum.
34 Creditor qualiter dicatur pignus possidere: ⁊ qualiter debitor.
35 Hypoteca conuentionalis per quas personas possit vel non possit constitui.
36 Pignus non constituitur mandato nisi sit ad hoc speciale.
37 Obligatio conditionalis purificata cõditione retrotrahitur nisi obstet defect⁹ rei vel persone.
38 Regula quod ratihabitio retrotrahit̃ ⁊ mandato comparatur pluribus causis limitatur.
39 Obligatio pignoris an possit alicui q̃ri per alterum.
40 Rei vendicatio differt ab hypoteca.
41 Pater an vt administrator legitimus filij accipiendo pignus vel obligationẽ acquirat vtilem hypotecariam filio.
42 Pupillus an possit rem pignori dare.
43 Mutuans alienam pecuniam suo proprio nomine et pro ea accipiens pign⁹ non acquirit hypotecam domino pecunie sed sibi mutuanti.
44 Administratores ciuitatis an possint obligare bona ciuitatis quãdo pro ciuitate accipiunt aliquam pecuniam.

¶ Tertie partis Primum membrum.

Capiendo itaqꝫ primũ membrum in quo videndum est de pignore ⁊ hypoteca conuentionali. primo inuestigandum est quomodo ⁊ quibus verbis cõstituatur pign⁹ vel hypoteca conuentionalis. deinde ꝑ quas personas constitui possit vel nõ. ✝ Primo itaqꝫ notandum est ꝙ licet alia iura realia non constituantur solo consensu: sed requiratur traditio. vt. l. traditionibus. C. de pact. ⁊. l. iij. §. j. ⁊. l. si parteꝫ, in prin. ff. quemadmo. ser. amit. tamen speciale est i pignore per quod etiã ius reale cõstituitur: vt. l. pignoris. ff. de pigno. et. l. pignoris. C. eodem. vt nudo cõsensu constituatur: vt. l. si tibi. §. de pignore. ff. de pac. et. l. j. et ibi not. Bart. ff. de pig. ac. ¶ Et ratio est secundũ Bart. in. d. l. j. q꜡ constitutio pignoris est modici preiudicij. et similis ratio est in. l. fi. C. que res pigno. pos. Sed Bald. in. d. l. traditionibus. versi. sed hic quero quare ⁊c. in. iij. col. assignat aliam rationeꝫ videlicet q꜡ si cõuentio hypotece nõ ꝑduceret ius reale: al's nihil operaretur cum ius personale insit ex preambulo contractu cui hypoteca adijcitur. cum ergo hypoteca non pariat personalem merito parit realem actionem al's esset frustra. sed promissio facta in contractu circa dominium non est frustra: q꜡ illa parit actionem personalem contra ꝑmittentem: sed quo ad dominium expectatur traditio. et istam etiam rationeꝫ tenet ibi Saly. et sequitur Jaso. Et sic habes quod pignus constituitur solo

2 conſenſu. ¶ † Item conſtituitur pign⁹ conuentionale inter abſentes: vt.l.creditor.§.fi.ff.de pigno. ⁊ ideo etiam per epiſtolam contrahi poteſt ⁊ non vitiatur: licet non ſit in ea dies ⁊ conſul.vt.l. cum tabernam .§. idem queſiit.et ibi Barto.ff.de pigno.⁊ Bald.in.j. conſtit. C.in.§.quibus.in.ij. columna in verſic.
3 vtrum pignus. ¶ † Item contrahitur quibuſcunq; verbis ⁊ ſine ſcriptura.vt eſt text.in.l.contrahitur.ff.de pigno.et text.⁊ ibi Bald.in.l.fi.in princip.C.que res pigno.ob.poſſit.ita quod ad eius cōſtitutionem impropria verba ſufficiant in tantum quod verbuʒ dotis quod de ſui natura importat tranſlationem dominij.vt inſtitu.de act.in.§.ſic itaq;. et verbum conſigno ⁊ concedo dummodo ſubiecta materia non repugnet: important conſtitutioneʒ pignoris.vt per Sozi.in conſilio.xciij.circa primum.in ſecunda columna primo volu. ¶ Item conſtitui poteſt in quacunq; obligatione.videlicet tam pura quam in diē vel ſub conditione.⁊ ſiue precedat obligatio ſiue ſequatur ⁊ tam pro toto debito quam pro parte.⁊ tam pro ſua obligatione quam aliena.⁊tam pro ciuili obligatione quam pro naturali tantum: vt eſt tex.plenus in.l.res hypothece.ff.de pig. ¶ Item poteſt conſtitui pro toto tēpore:⁊ pro parte temporis: vt.l.item liberatur.in princip.cum gloſſ.ibi.ff.qui.mo.pig.vel hypothe.ſol. Et non ſolum pro debito pecuniario: ſed etiā pro alia cauſa.puta ſi do pignus alicui vt pro me fideiubeat.vt.l.ſi rem alienam .§.fi. ff.de pigno.actio. ¶ Item poteſt conſtitui etiam de nocte: vt eſt gloſſ.in.l. more.ff.de fer.ſicut ⁊ ceteri contractus.vt eſt tex.⁊ ibi per doct.in.l.non minorem. C.de tranſac. ¶ Item poteſt conſtitui in rebus alibi ſitis.⁊ quo ad hypothecariam ſortietur debitor forum in loco contractus. vt per Bald. in.l. ſecunda in fi.C.man. ¶ Item poteſt conſtitui pignus in teſtamento: vt not. Barto.in.l. non eſt mirum.per illum text.ff.de pig. ac. ¶ Item conſtituitur pignus ſeu hypotheca per pactum initum inter creditorem ⁊ debitorem.quod liceat creditori alienare aliquam rem ꝓ ſuo credito nam ex hoc pacto intelligitur illa res obligata creditori.text.eſt.⁊ ibi not. Bartol.in.l.tertia.§ fina.ff.qui po.in pigno.habean.⁊ ſequitur Bald.in.l. creditores.in fine prime lectu.C.de pigno. per dictū.§.fina.quem dicit nō eſſe alib⁹. ¶ Similiter dicit Baldus per licentiam datam creditori de ingrediendo propria auctoritate aliqua bona debitoris. Nam per talem licentiam cenſentur illa bona obligata ipſi creditori: etiam quod illa non fuiſſent expreſſe obligata.ita dicit ibi Bald.per textum in dicta.l.tertia.§.fina.⁊ ita refert ⁊ ſequitur Alexand in dicto.§.fina.in apoſtil.
5 ad Bartol. ¶ † Item conſtituitur pignus vel hypotheca per iſta verba: videlicet mutua mihi decem ſuper iſto libro.vel ſuper iſta re.vt per Bartol.in.l. codicillis.§.inſtituto.ff.de lega. ſecundo.⁊ faciunt not.per Bart.in.l. fundus quem.ff.de annu.lega. ⁊ per Baldum in.l.prima.C.commu.de lega.⁊ per cor. in conſilio.ccxcvj.ſecunda columna pri
6 mo volumine.in litera.g.⁊.h. ¶ † Iteʒ conſtituitur pignus ſi quis ſubſcribat contractum vel ſcripturam in qua res ſua obligatur. Nam ex hoc videt̃ obligationi conſentire.text.⁊ ibi not. Bart. in.l.fideiuſſor.§.primo.ff.de pigno. poſt gloſſ.ibi. ¶ Similiter ſi quis fideiubeat pro eo qui rem ſuam prius obligauerat.nam ex hoc cēſetur approbare obligationem prius de re ſua factam . ſec⁹ autem eſſet ſi obligatio ⁊ hypotheca de rei fideiuſſoris ſubſequeretur poſt fideiuſſionem . textus eſt in lege ſi gratuitam . alias incipit pomponius ſcribit . § fina. ff. in quibus cau . pignus vel hypotheca. taci. contrahatur . Et ſic eſt ibi textus.quod quis fideiubendo cenſetur approbare ⁊ conſentire . de quo tamen dicendum eſt .vt habetur per gloſſam. Baldum et Salycetum in lege exceptione. C . de euictionibus.

¶ Intellige tamen predicta niſi quis ſubſcriberet ſe tanquā teſtis: quia per

talem ſubſcriptionem non cenſetur ap probare obligationem ꝛ hypotecam de re ſua factã in ſcriptura.tex.et ibi Bar. poſt gloſſ.in.l.caius.ff.de pigno.actio. De qua tamen deciſione late dicẽdum eſt vt habetur per Barto.Alexandrũ.ꝛ alios in.l.que dotis.ff.ſoluto matrimonio.iſtis premiſſis. queritur modo in materia de nonnullis queſtionibus.

7 ¶†Et primo queritur ſi quis pignoret ſuam poſſeſſionem vtendo hoc verbo poſſeſſione intelligatur pignorare rem pleno iure.et ſic reſpectu poſſeſſionis et proprietatis?Et dicendum eſt ꝙ ſic:vt eſt textus in.l.prima et ſecunda. C.ſi pi.pig.da.ſit.et no.gloſſ.in dicta l. prima.in verſi.poſſeſſionem.que exponit id eſt plenam proprietatem. et ibidem hoc not.Bald.et facit quia interdum poſſeſſio capitur pro proprietate. vt lege interdum.ff.de verborum ſignificatione.et ita refert et tranſit Alexander. in lege ſi rem aliquam.in penultima columna in verſicu.extra glo.Barto.ff.de acquirenda poſſeſſione.

8 ¶†Secundo queritur an pignus vel hypoteca poſſit accedere obligationi nulli vel inefficaci?Et breuiter dicẽdum eſt quod non.vt eſt glo.no.cum qua tranſeunt ibi Bartolus et alij in lege ſecunda.in glo.finali.ff.de conditione ob turpem cauſam.et not.Jaſon in.l.ex his. ff.de conditione indebiti.vbi ex hoc no. ꝙ paria ſunt aliquid eſſe nullum de iure vel inefficax.et multa ad hoc cumulat idem Jaſon in.l.finali.ff. de officio eius cui manda.eſt iuriſdi.et idem Jaſon in.l.ſi dari.ff.de verborum obligatione.

9 ¶†Et ratio iſtius deciſionis eſt : quia hypoteca vel pignus conſtitui non poteſt.niſi aliqua obligatione precedente:vt eſt textus.et ibi no.Bartolus in.l. contrahitur.ibi propter aliquam obligationem.ff.de pignoribus.paria autem ſunt nullam obligationem precedere:vel aliquam ſed nullam vel inefficacem.argumentum.l.quoties.ff.qui ſatiſdare cogantur. et.l.quarta.§.condemnatum.ff.de re iudicata. Et quod ab initio hypoteca conſtitui non poſſit ſine principali obligatione eſt textus.ꝛ ibi not.Barto.in lege fideiuſſor obligari.in principio.ff.de fideiuſſori.et tenet Alexander.in conſilio.cxxvij.animaduerſis.numero.xx.ſexto volumine.

10 ¶†Nec habet obſtare predictus textꝰ in lege cum oportet.§.finali.C.de bon. que liber.vbi habetur ꝙ hypoteca introducta a lege in bonis paternis pro adminiſtratione facta per patrem in bonis filij incipit a tempore inchoate adminiſtrationis:et ſic videtur incipere ante obligationẽ perſonalem:quia pater incipit obligari demum in poſt malam adminiſtrationem: quia reſpondetur ad hoc ſecundum Bald.et Salice. poſt pe.ibi quod duplex eſt obligatio principalis qua pater tenetur filio: vna ſcilicet generalis et primeua : qua pater obligatur ſtatim cum incipit adminiſtrare:quia ex tunc obligatur res filij ſaluas facere et bene res filij adminiſtrare et ſine fraude quãuis ad ſuam vtilitatem et hanc non precedit hypoteca ſed ſubſequitur.Altera eſt ſpecialis.et ſecundaria que incipit ex mala adminiſtratione vt lege prima.§.eſt autem et.§.ſi apud.et.l.ſi duo.ff.depoſi.et iſtam in tempore antecedit hypoteca et ſic verum eſt dicere quod omnino aliqua obligatio principalis antecedat hypotecam et hanc intelligendam refert ꝛ ſequitur Socinus in conſilio.xlj. quarto volumine columna quinta in verſicu.et facit ratio.

11 ¶†Et pro corroboratione predictorum faciunt not.per Bartolum in lege ſi rem alienam.§. omnis.ff.de pig.actio.vbi querit quando naſcatur actio pignoratitia directa que datur debitori:et concludit quod naſcatur tempore ſolutionis debiti. ſed quod naſcitur ex contractu dudum antecelebrato et ſic naſcetur hodie ex materia antiqua et idem dicit in mutuo reconciliato ex conſumptione vt lege nam et ſi fur.et lege ſi a furioſo. ff. ſi certum petatur.et in actione tutele vt l.ſi tutor.in fine cum lege ſequenti.ff. de tute.et ra.diſ.ꝛ in actione ex ſtipula

tu pro dote vt.l.ſi conſtante.§.primo.ff. ſoluto matrimonio.et plura alia addu cit: vt ibi p. rcum. ¶ Dum ergo dicitur q̄ obligatio hypotecaria nō oritur ante principalem obligationem suppleri debet vel ante contractum celebratum ex quo poſtea oritur ipſa principalis obligatio et iſta videtur melior intelligentia et magis ex mente iuris procedens quam illa Bald. et Salice. Cum non videatur iure probari q̄ generalis actio oriatur ab initio cōtractus: quia illa que oritur a principio eſt actio cōpetens ad implementum cōtractus illa autem que compe tit ſequuta mala adminiſtratione competit ad damna ⁊ intereſſe ⁊ ſic ad diuerſum effectum q̄ꝫ competat illa primeua ⁊ ideo non videtur

12 eadem actio ſed diuerſa.† et facit quia actio ſemel nata nō poteſt iterum naſci.l.ſi duo.§.finali.de arbi.et.l.ſi ita quis ſtipuletur et.l.ſi ſic ſtipulatus. ff. de verbo.obligatio.et not. Bartol. in.l. pomponius. la ſecunda in vltima columna.verſiculo ſed contra predicta.ff. de negotijs geſtis. Cōcluditur ergo q̄ vera eſt deciſio q̄ hypoteca non poteſt conſtitui niſi precedat contractus validus et aptus ad obligationem producendam: et q̄ quando obligatio principalis eſt nulla vel inefficax illi non poteſt accedere hypoteca. ¶ Et ex hoc infertur q̄ ſicut oblig. filij familias in mutuo eſt inefficax iuxta totum titu.ff.et C.ad macedo.et ſimiliter fideiuſſio ſeu interceſſio mulieris propter beneficiū velleiani iuxta totum titulū. ff.et.C.ad vellei a. Ita et obligatio ſeu hypoteca accedens dicte principali obligationi eſt inualida et ei obſtat exceptio prout obſtat principali obligationi vt eſt tex. in.l.ſi alius.ff.que res pign.obli.poſ.et ibi Barto. Intellige tamen et declara predicta notabiliter pluribus modis. ¶ Et primo id quod dictum eſt in muliere, q̄ ſicut ex beneficio velleiani interceſſio per eam facta eſt nulla ita et hypoteca ei accedens q̄ non procedat quando mulier eſſet in aliquo debitrix ipſius mariti. Nam non obſtante velleiano poſſet pro ea quantitate pro qua eſt debitrix obligare rem ſuam pignori pro marito vt eſt tex.et ibi no.Barto. in.l.prima.§.finali.ff.de pigno. ¶ Secundo intellige predicta procedere etiam quando non ipſa mulier vel filiusfami.ſed alius pro eis conſtitueret hypotecam vel pignus nam etiam tūc non valet hypoteca vt eſt tex. et ibi no. Barto.in.l.ſecunda.ff.que res pi.obli.

13 non poſ. ¶ † Tertio declara id quod dictum eſt de filiofami. procedere preterquam in cauſa peculiari. Nam pro negotio et cauſa peculiari tam filiusfami.q̄ꝫ ſeruus ſi liberam habeant adminiſtrationem poſſunt res peculiares pignori dare vt eſt textus. et ibi gloſſ.et Bartol.in.l.ſi conuenerit.§.finali. cum l.ſequenti.ff.de pign.actio.et hoc quādo obligatio fit in vtilitatem peculij: ſecus autem ſi pro alijs negotijs: quia tunc etiam q̄ haberent liberam adminiſtrationem et obligaret res peculiares obligatio non valeret vt eſt text. et ibi declarat gloſ.⁊ approbat Barto.in l.prima.§.primo.ff.que res pig.obliga. non poſ. Niſi forte in conceſſione libere adminiſtrationis fuiſſet eis permiſſa etiam facultas donandi: quia tunc indiſtincte dictas res obligare poſſent: vt ſubdit tex.in dicto.§.primo.et declarat

14 ibi glo. ¶ † Tertio queritur an licet a principio hypoteca vel pignus nō poſſit conſtitui ſine aliqua obligatione vel contractu precedente: tamen an poſtq̄ꝫ eſt conſtituta poſſit diuidi et ſeparari ab illa principali: et breuiter reſpondetur q̄ ſic nam poteſt cedi hypoteca vel pignus ſine principali. vt.l.iulianus. in principio.ff.de leg.tertio.et.l.grege. §.cum pignori.ff.de pigno.et lege ſecūda.C.ſi pig.pi.da.ſit et not.Barto.in.l. fideiuſſor obligari.in principio.ff.de fideiuſ. Cum concordā.ibi allegatis per Alexander. Cuius autem effectus ſit ceſſio hypotece ſine principali vide ibi

15 per Barto. ¶ † Et ex predictis infertur q̄ hypoteca et pignus poteſt remitti pacto licet debitum principale non ſit ſatiſfactum et ſic poteſt tolli hypoteca remanēte debito principali vt.l.ſi tibi. §.de pignore.ff.de pactis.cum ibi plene no.

ne not. per gloſ. Bartol. Alexandrū et alios et eſt ibi in hoc gloſ.ordinaria cō muniter approbata que diſputat an ſi remiſſio principalis debiti vitiatur: vitietur etiam remiſſio hypotecę? et glo. diſtinguit ꝙ aut vitiatur remiſſio principalis debiti ex cauſa que reſpicit etiam pignus et tunc vitiatur etiam remiſſio pignoris: aut cauſa ex qua vitiatur remiſſio principalis debiti non reſpicit remiſſionem pignoris et tunc licet vitietur remiſſio principalis debiti: tamen non vitiatur remiſſio pignoris: ⁊ ita refert et approbat Soci.in.d.conſilio.xlj.in preſenti conſultatione in vltima colum.in verſi.primum eſt quarto volu.et iſto caſu habet locum regula quod vtile per inutile nō vitiatur de qua in.l.prima.§.ſi ſtipulanti.ff.de verborum obligatione.et per Bartol.in.l. grege.§.illud.ff.de fideiuſ.quia obligatio hypotecaria recipit ſeparationem et diuiſionem a principali: et ita tenet

16 Socinus.in.d.conſilio.xlj. ¶ † Item ex predictis infertur quod hypoteca poteſt legari per teſtatorem ſine principali actione vel credito vt expreſſe not. Bart.in.d.l.fideiuſſor obligari.in principio.et late firmat Alexand.in.l.ſi domus.§.finali.in quinta limi.ff.de legatis primo reprobando ibi Paulū de caſtro.et ibi hoc etiam firmat Iaſ.in quinta ampliatione et Alexander in conſilio.xlvij.viſis inſtrumentis in ter-

17 tio volumine. ¶ † Quarto queritur an ſi obligatio hypotecaria non valet ſaltem ſit locus retentioni? et videtur dicendum quod non per text.in.l.cum vitioſe.ff.de pigno. Tamen in hoc Bart. in.l.prima.§.primo.eodem titu. opponendo de.d.l.cum vitioſe: ſoluit diſtinguendo ꝙ aut hypoteca non valuit qꝛ res non erat debitoris et tunc ſi res efficiatur debitoris vitium quod obſtabat inuenitur purgatum et datur retentio et habet locum.d.l.prima.§.primo. Aut hypoteca non valuit ex alia cauſa vitioſa que non fuit purgata et tunc non datur retentio et procedit.d.

18 l.cum vitioſe. ¶ † Quinto queritur an illud quod accedit pignori dicatur etiam pignus? et breuiter dicendum eſt quod ſic per text.in lege ſi conuenerit.§.ſi nuda.et ibi Bartol.ff.de pigno. acti. Et ideo dicitur quod alluuio que accedit rei pignorate cedit etiam obligationi pignoris vt eſt tex.in.d.§.ſi nuda.et text.in.l.ſi fundus.in principio.ff. de pigno.et ſimiliter omne aliud commodum et etiam incommodum quod fortuito accedit rei pignorate pertinet ad debitorem et ſequitur conditionem pignoris vt.l.ſi inter.§.primo. verſicu. quicquid.ff.de pigno.et text. et ibi no. per Bartol.et alios in lege paulus.§. primo.et.§.ſequenti. eodem titulo. De qua tamen materia dicendum eſt vt late dictum fuit ſupra in ſecundo membro ſecunde partis numero. 25. Cum aliīs ibi ſequentibus vſqꝫ ad ſextam ampliationem.

¶ Et ex hoc infertur ꝙ predio pignorato comprehenduntur in tali obligatione inſtrumenta que in illud importata fuerunt vt ibi perpetuo eſſent durante neceſſitate vt eſt tex.in lege debitor. et ibi gloſſ.et Bartolus.et aliī.ff.de pign.

19 ¶ † Sexto queritur quid ſi in datione pignoris fuit data vna res pro alia puta: quia cum debitor daret es affirmauit illud eſſe aurum an ſaltem in ere valeat pignus? et reſpondetur quod hoc totum pendet a voluntate creditoris decepti: quia ſi ipſe vult quod valeat in ere valebit: ſi autem non vult non valebit text.eſt iuncta gloſſ.no in lege prima.ff.de pigno.actio. Et ex hoc infert Bartolus ibi ad finem quod cōtractus in quo creditor fuit deceptus confertur in eius voluntatem fauore ipſius decepti et in odium decipientis.ſimiliter in contractu cui dolus dedit cauſam.lege eleganter.in principio.ff.de dolo cum aliīs allegatis ibi per Bartolū. Subditur tamen ibi in tex.in fi.quod qui dedit vinum pro alio decipiendo tenebitur contraria pignoratitia ⁊ etiam crimine ſtellionatus per quod extra ordinem punitur vt ibi declarat gloſſ. ⁊ ad materiam adde not.per Alexand. poſt Bartolū in lege ſi id quod aurum. ff.

20 de verbo. obligatio. † Sed in venditio

ne quando datur es pro auro non va- let venditio vt lege quid tamen .in fine. ff.de contrahen.emptione.et que ſit ra- tio differentie inter pignus et venditio nem ponitur per gloſſ. in.d.lege prima cum qua tranſeunt.ibi doc.et quod de- bitor qui dedit pignori vnam rem pro alia puniatur crimine ſtellionatus eſt text.⁊ ibi glo.in lege tertia.§. primo. in gloſſ.in verb.auerterit.ff.de crimi.ſtel.

21 ¶ † Item adde quod debitor vendens rem alteri obligatam aſſerens illam eſ ſe liberam et nemini obligatam tene- tur pena falſi vt eſt text.et ibi not. gloſ. et Bartolus.in.l.ſi a debitore.ff.de fal. Sed quando non exprimit illam eſſe li beram: ſed diſſimulat illam eſſe alteri obligatam tenetur crimine ſtelliona- tus vt eſt tex.in dicta lege prima.§. pri mo.et ita declarat glo.in dicta lege ſi a debitore: ſed ſi dixit illam non eſſe alte- ri obligatam et ſi contrarium appare- ret promiſit illam liberare euitat penã falſi vt declarat gloſſ. in dicta lege ſi a debitore.

¶ Adde etiã quod vnu3 pignus eque idoneu3 poteſt ſubrogari loco alterius exiſtentis apud creditorem vel hebreũ feneratorem glo.eſt no.in lege ſi titio.ff. de pigno. et tenet Franciſcus de cre- ma.not.54.

22 ¶ † Septimo queritur an pignora que data fuerunt in contractu locatio- nis locatori ſi ſit facta tacita recondu- ctio iuxta terminos.lege item queritur .§.qui impleto.ff.loca.cenſeantur repe tita in reconductione? et in hoc diſtin- guendum eſt quod aut dicta pignora data fuerunt in principali locatione per conductorem aut per tertium pro ipſo conductore. Nam primo caſu cen ſentur repetita: ſecundo non niſi iſto ſe cundo caſu interueniat conſenſus il- lius tertij ita no. Bartol. in dicto.§. qui impleto in prima columna.et ſequitur Bald.in.l.legem.C.loca. licet aliud ſit in pena adiecta in principali locatio- ne: quia illa indiſtincte non cenſetur re petita in ipſa reconuentione tacita: et ratio eſt quia pena non eſt de natura contractus ita vult Bald. et ſequitur Imol.in lege cum pater.§.pater certã. ff.de legatis ſecundo.

23 ¶ † Adde etiam in materia quod con- tractus pignoris dicitur contractus nominatus vt no. Bald.in rubric.C.de re.permu.in verſiculo ſed queritur ⁊c.

24 ¶ † Octauo queritur quid ſi in inſtru- mento non ſit adiecta hypoteca an no- tarius poſſit illam ſupplere et appone re ex ſuo officio? et Bald.in lege prima in vltima colum.in verſiculo.ſed pona mus.ff.ſoluto matrimonio.tenet quod ſic: quia tacitum exprimendo ius com- mune non ledit. lege qui mutuam. ff. manda.et quod tacite ineſt per modu3 fauoris habetur pro expreſſo.lege non recte.C.de fideiuſ.⁊ quia notarius vide tur rogatus ſecundum naturam con- tractus vt poſſit apponere omnia que ſunt de eius natura.lege finali.C.de fi- deiuſ. Poſtea autem arguit in contra- rium quod notarius non poſſit confice re inſtrumentum de eo quod ipſe intel ligit modo rationis: ſed de eo quod per cipit ſenſu ſcilicet vel viſu vel auditu et ſicut teſtes qui dicerent hypotecam fuiſſe expreſſam: que non eſſet expreſſa: deponerent falſum ita et notarius: ta- men ipſe reſpondet ad hoc quod aliud eſt in tabellione quam ſit in teſtibus: quia ad tabellionem recurritur ratio- ne peritie vnde videtur rogatus quod ſecundum peritiam faciat inſtrumen- tum.vt not.in lege prima.C.de vſur. et ita tenet Bald. Idem tenet Barth. Ue- ronenſis.in lege quod ſi nolit.§.qui aſ- ſidua. in tertia columna.ff.de edi.edi. vbi inquit quod hypoteca bonorum non poſita in cõtractu habetur pro ap poſita: ſi notarius erat conſuetus eam apponere in ſuis inſtrumentis et facit lege et que no.§.quod dicitur ibi non ad illam que inſeri quotidie ſolet cau- tionibus.ff.de pigno.et facit glo.no.in lege ſi fundus.§.primo.in verſiculo.exi gat.ff.de lege commiſ. ⁊ optimus text. in lege ſi filia.in principio.ff.famil.her ciſ.faciunt not.per Alexander in.l.ſi fi- nita.in princip.in.j.colum.ff.de damn.

in §.ec. vbi vult poſt Bald. in.l. fina.C. de fideiuſ. quod notarius ſimpliciter rogatus vt conficiat instrumentum debet illud conficere cum clauſulis cõſuetis apponi ad idem not. per Bar. et Alexand. in.l. ſi prius.§. recte placuit.ff. de aqua plu. arcē. et conferunt optime no. per Bart. Alexan. Sozi. et Jaſ. in.l. gallus.§. idem credendum.ff. de lib. et poſthu. ¶ Et facit quia ſemper partes videntur tacite conuenire de eo quod eſt conſuetum vt eſt gl. no. et ſignanda in.l. iiij.§. in commiſſoria.ff. de leg. commiſ. et Bald. in.l.j. in ſecunda queſtio.C. pro ſocio et in.l. incendium circa fi.C. ſi certuꝫ petatur et in.l.j.iij.col.C. de fructi. et li.

25 expen. † Et clauſule conſuete apponi ſubintelliguntur et habentur pro appoſitis vt eſt tex. optimus cum gloſ. in l. fi. in fi. et ibi Bald. no.C. de fideiuſ. et in.l. huiuſmodi vbi not. moderni. ff. de leg.j. bonus tex. in.c. cum.m ferrarienſis de conſtitu. quem ibi no. Bald. Ant. Imol. et alij dicentes illum eſſe meliorem tex. de corpore iuris ad probanduꝫ quod illud quod ſolet apponi in contractu habetur pro appoſito etiam ſi non ſit ſcriptum: et pro concluſione videtur tenendum quod ea que ſunt de natura contractus poſſunt ſuppleri ſecunduꝫ conſuetudinem et ſtilum quando ſunt obmiſſa. Ea autem que ſunt de ſubſtãtia contractus non ita not. Alexand. in conſi. xxviij. viſo et prehabito ſecundo

26 volumine. † Subſtantialia autem contractus dicuntur ſine quibus non poteſt eſſe actus prout eſt in contractu emptionis et venditionis res et precium. Naturalia autē dicuntur illa que tacite intelliguntur de natura actus vt declarat glo. magiſtra in.l. pacta conuenta in prin.ff. de contrahen. empt. et plenius Bald. in.l. ad exactionem ad finē. C. de do. promiſ. et refert Jaſo. in.l. cum quid in prima lectura in prima colum. ff. ſi certum petatur et habetur per bal. in.l. ex precio in finē.C. eodem et deciſionem Bald. in dicta lege prima.ff. ſolu. matrimo. de hypotheca ſupplenda tenet Jaſ. in.l. certi condictio.§. ſi nũmos in tertio not.ff. ſi certum petatur. et Decius in.l. ſemper in ſtipulationibus in vltima columna in verſicu. et ex predictis.ff. de regulis iuris et quid in pena et quid in iuramento an poſſit ſuppleri vide per Jaſo. in dicto.§. ſi nummos et per Decium in dicta.l. ſemper in ſtipulationibus vbi etiam ipſe firmat diſtinctionem ſupra factam inter ſubſtãtialia et naturalia cõtractus. Itē quid in conſtituto vide Alexander in.d. conſilio. xxviij. et Decium vbi ſupra qui videntur tenere quod iſta clauſula ſuppleri non poſſit: tamen ego dubito de hoc propter precedentia per me allegata: ſed non examino quia non eſt noſtra materia idem de clauſula conſtituti tenet Decius in conſil. cclvij. vltimo columna. referens Alexandrũ in.d. conſilio. xxviij.

27 ¶ † Nono queritur an quando pignus vel hypotheca conſtituitur pro tanto precio vel debito quod veriſimiliter nõ ſit ſpes luitionis dicatur potius alienatio quam pignoratio: et breuiter reſpõdetur quod in tali caſu non dicit obligatio ſed alienatio facta in creditorem vt.l. legata.§. fi. et ibi Bartol.ff. de ſupellec. lega. et.l. qui habebat in princip. ff. de lega. iij. et faciunt not. per Barto. in.l. in quorum ad fi.ff. de pigno.

28 ¶ † Et ex hoc inferuntur plura. et primo quod ſtante ſtatuto quod quilibet teneatur facere deſcribi res ſuas in eſtimo creditor tenebitur dictam rem ſibi pignoratam pro tanta quantitate quod non ſit ſpes luitionis deſcribere in ſuo eſtimo: et leuare de eſtimo debitoris ita not. Ange. in.l. cuꝫ notiſſimi in principio.C. de preſcriptio. xxx. an. et late ponit Alexander in.l. prima.§. per ſeruum corporaliter.ff. de acquiren. poſſeſſio. mouetur per dictã.l. qui habebat et per plura alia de quibꝰ ibi per eum.

29 ¶ † Secundo infertur quod licet alias debitor dicat poſſidere rem pignoratã quo ad vſucapionem et oēs effectus cõcernentes dominium et fructuum acquiſitionem: et quo ad alios effectus preter predictos cenſeatur poſſidere creditor: tamen quando res pigno-

rata eſt pro tanto debito ꝙ veriſimiliter non ſit ſpes luitionis tunc quo ad omnes effectus ⁊ indiſtincte habetur perinde ac ſi dicta res eſſet ipſius creditoris ita tenent Alexand. ⁊ Iaſo. poſt alios in dicta. l. prima. §. per ſeruū corporaliter: ⁊ licet ibi Sozi. ſubtiliter aliqua in contrarium adducat tamen dicit quod in iudicando non eſt recedendum a communi opinione. ¶ Tertio infertur quod licet alias teſtator ſuperuiuens pignoret ſuo creditori rem legatam alteri ⁊ per pignorationem non cenſeatur adimere legatum per. l. qui poſt. C. de lega. ⁊. l. ſi res obligata. ff. de legatis primo. Tamen ſecus eſt ſi teſtator pignorat dictam rem pro tanta quantitate quod non ſit ſpes luitionis nam tunc dicetur ademptum legatum perinde ac ſi plene ⁊ perfecte alienaſſet ita firmat Alexander in dicto. §. per ſeruum corporaliter poſt Bartolum in. l. rem legatam in finalibus verbis. ff. de

30 adimen. leg. ¶ † Quarto infertur quod licet alias fructus percepti per creditorem ex re pignorata veniant imputandi in ſortem iuxta. l. prima ⁊ ſecunda. C. de pigno. actio. Tamen quando res fuit pignorata pro tanta quantitate quod non eſt veriſimiliter ſpes luitionis creditor facit fructus ſuos ⁊ eos lucratur tanꝗ̄ perceptos ex re propria ita nota. Alexander in dicto. §. per ſeruum corporaliter ⁊ ibi etiam Iaſon qui etiam inſert ad quedam alia vt ibi per eum. ¶ Item adde predictis quod illud qđ dictum eſt de re pignorata pro tanto debito quod ſit veriſimiliter ſpes luitionis cum illationibus predictis procedit non ſolum quando res pignorata eſt tradita creditori ⁊ ſic in proprio pignore: ſed etiam in re ſimpliciter hypotecata abſq̄ traditione ita firmat Alexand. in dicta. l. ſi res obligata in principio ſecunde colum. licet ibi Rapha.

31 attentauerit contrarium. ¶ † Inquantum autem dictum fuit ſupra quod debitor cenſetur poſſidere rem pignoratam quo ad effectus concernentes dominium vel acquiſitionem fructuum: creditor vero dicitur poſſidere quo ad alios effectus vt habetur in dicto. §. per ſeruum corporaliter. ſupple ⁊ declara aliquibus modis: ⁊ primo quod creditor turbatus in poſſeſſione rei pignorate habet interdictum vti poſſidetis: vt habetur per Alexan. Iaſ. ⁊ alios in dicto. §. per ſeruū corporaliter. ¶ Secundo declara quod in tantum creditor dicit̄ poſſidere pignus quo ad alios effectus preter concernentes dominiū ⁊ fructuum acquiſitionem quod debitor etiam quod ſit dominus rei pignorate poteſt conducere ⁊ precario rogare illam rem a creditore vt eſt textus in l. cum ⁊ ſortis. §. fina. ff. de pigno. actio. ⁊ ibi nota. Barto. quod eſt mirabile ex eo quod precarium ⁊ conductio conſiſtit in re propria contra textum. in. l. neq̄ pignus. ff. de regulis iuris ⁊ in. l. qui rem ſuam. ff. depoſi. ſed vt ſoluit gloſſ. in dicto. §. fina. iſtud eſt ratione poſſeſſionis que apud creditorem eſt; vt. l. certe. §. fina. cum. l. ſequen. ff. de precar. et habetur in. l. ſi aliquam. ff. de acquirē. poſſeſſio. ad idem text. in. l. ſi pignus. ff. de pigno. actio. ⁊ in. l. qui pignoris. ff.

32 de acquirend. poſſeſſio. ¶ † Et per predicta dicebat Roma. in ſingula. car. 16. colum. tertia. incipit queritur a me an creditor ⁊c. ꝙ creditor in caſtro pignorato poteſt exercere iuriſditionem. allegat. l. eleganter. §. fina. ff. de pig. ¶ Tertio declara quod debitor dicitur etiam poſſidere pign⁹ alio reſpectu qꝛ ſcilicet per illud releuatur ab onere ſatiſdandi iuxta. l. ſciendum. §. poſſeſſor. ff. qui ſatiſda. cogand. ⁊ ibi per Alexand. in fine ⁊ hoc quando pignus conſiſtit in re immobili: ſecus ſi conſiſtat in re mobili. ita declarat Iaſo. in. d. §. per ſeruum corpo

33 raliter. ¶ † Quarto declara quod illud quod dictum eſt quod debitor dicatur poſſidere quo ad effectum vſucapiendi debet intelligi reſpectu vſucapiōis dominiū: ſecus autem eſt reſpectu vſucapionis ſeu preſcriptionis actionis hypotecarie: qꝛ iſto reſpectu dicitur poſſidere etiam creditor. l. de acceſſionibus. §. primo. ff. de diuerſis ⁊ tempo. preſcr. ita tenet Iaſo. in dicto. §. per ſeruum

34 corporaliter. ¶ † Quinto declara quod

poſſeſſio debitoris in pignore quo ad effectus predictos dicitur ficta poſſeſſio: quia ſcilicet creditor poſſidet ciuiliter ꝛ naturaliter ipſum pignus ſibi traditum ad vtilitatem: tamen debitoris: et ideo effectus vſucapionis et preſcriptionis predicte qui explicantur ad commodum debitoris cauſantur a ficta poſſeſſione quia fingitur debitor poſſidere mediante perſona creditoris qui vere poſſidet ſed poſſidet ad vtilitatem debitoris quo ad predictos effectus.l.qui pignoris.ff.de acquirenda poſſeſſio.ꝛ ita Iaſo.in.d.§.per ſeruum corporaliter in fi.que nota.

35 ¶ † Videndum modo reſtat in hoc primo mēbro per quas perſonas poſſit vel non poſſit conſtitui pignus ſeu hypoteca conuentionalis: ꝛ primo dicendum eſt quod pignus vel hypoteca non ſolum per dominum rei ſed etiam per procuratorem vel negociorum geſtorem conſtitui poteſt. Et ſi procurator habuerit idoneum mandatum valebit pignoratio abſq; alia ratificatione domini: ſi autem mandatum non fuerit idoneuʒ vel fuerit ſimplex negociorum geſtor qui pignorauit tunc pro validitate dicte pignorationis requirit' ratificatio domini vt de predictis eſt textus in.l.ſi inter.in principio ꝛ ibi nota.Bartol.ff. de pigno.

36 ¶ † Ut autem mandatum dicatur idoneum ſeu validum ad pignorandum requiritur quod ſit ſpeciale ad pignorandum vt.l.ſolutum.§.fina. ff.de pigno.actio.non tamen requiritur quod ſit indiuiduum ad pignorandum talem rem tali: ſed ſufficit quod ſit in ſpecie ad pignorandum res iuxta nota.per Bartolum in.l.ſi filiusfamilias.columna fina.ff.de donatio.et late per Alexandrū in conſilio.clxxxix. viſo ſtatuto numero.7.ſeptimo volumine.vbi pulchre de hoc. Item diceretur mandatum ſufficiens ſi eſſet conceſſa adminiſtratio vniuerſorum bonorum vt.l.vel vniuerſorum.ff.de pigno. actione.vel ſi eſſet datum mandatum generale cum libera vt.l.procurator cui libera.ff.de procurato.ꝛ tenet gloſſa in dicta.l.vel vniuerſorum.ꝛ gloſſa in.l. prima.ꝛ ibi Barto.C.ſi aliena.res pignor.da.ſit. Item diceretur ſufficiens mandatum etiam ſi eſſet generale ſine libera quando dominus ſolitus eſſet talia facere videlʒ pecunias mutuas ſub pignoribus accipere.vt eſt textus et gloſſa in dicta.l.vel vniuerſorum et gloſſa in dicta.l.prima ꝛ ibi Bart. ¶ Et inſuper quando non haberet idoneuʒ mandatum ꝛ non appareret de ratificatione domini: ſi tamen pecunia mutuata per creditorem procuratori non idoneo vel neg.geſtori eſſet verſa in vtilitatem domini ꝛ creditor poſſideret de facto rem pignoratam poſſet creditor excipere contra debitorem repetentem pignus ꝛ vti retentione donec ſibi reſtituatur ſua pecunia verſa in vtilitatem debitoris.textus eſt in dicta.l.prima.C.ſi alie.res pigno.da.ſit: ꝛ ibi nota.Bartolus Baldus ꝛ Salycetus et etiam vltra retentionem quando creditor nō poſſideret pignus: ꝛ pecunia per eum mutuata eſſet verſa in vtilitatem debitoris daretur ei cōtra debitorem pro reſtitutione ſue pecunie actio vtilis negociorum geſtorum.vt tenet gloſſa in dicta.l.prima.in gloſſ.ſecunda in fine.ꝛ ibi ſequitur Salycetus. ¶ Sed dubitatur in predictis quid ſi procurator nō habens mandatum obligauit rem domini quo caſu obligatio eſt nulla.l.rem alienam.ff.de pignor.actio. An ſi poſtea ſequatur ratificatio domini que validat dictam obligationem vt dicta.l.ſi inter in princip. An tali caſu dicta obligatio validetur retro vſq; a principio ita quod qui habet dictam obligationem veniat preferendus alijs hypotecis factis per dominum poſt dictā obligationem procuratoris ꝛ ante ratificationem: ꝛ breuiter dicēdum eſt quod reſpectu domini ratificantis dicta obligatio validatur retro: ſed reſpectu tertij cui ratum habens medio tempore obligaſſet non validatur retro: nec talis ratificatio illi tertio preiudicat.ita probatur in.l.prima ꝛ ſecunda.ff.de pignora.actio.ꝛ in.l.potior.§.primo.ff.qui potio.in pigno.habe. Et iſtam concluſionem tenet Bartolus poſt Guiliel.in.l.

rem alienam.ff.de pigno.acti. vbi vult quod rafficatio facta per dominum de obligatione facta de re ſua per extraneum preiudicet ipſi ratificanti ⁊ retrotrahatur ad principium in preiudicium ipſius ratificantis: ſed non in preiudicium illius cui dominus obligauit dictam rem antequam ratificaret: nam ſecundum eum illi actui medio ratificatio nihil preiudicat per iura que ibi allegat: et ita etiam clarius firmat ibi Salycetus. Idem tenet Bartolus.in.l.ſi indebitum.§.fina.ff. rem ratam haberi ⁊ in.l.ſi fundus.§.primo.ff. de pignori.⁊ Salycetus in.l.penulti.C. ſi alie.res pigno.da.ſit ⁊ expreſſe conſuluit Sozinus in conſilio centeſimo vigeſimoſexto.in cauſa ſecundi decreti quarto volumi. vbi ponitur ⁊ deciditur caſus quod duo obligauerant bona patris pro dote filie ſine mandato patris: deinde pater dicta bona obligauerat alteri ⁊ poſtea ratificauit obligationem factam pro dicta dote: dicitur ibi quod obligatio facta per patrem alteri debet eſſe prior ⁊ potior: quia ratificatio patris non poteſt trahi retro in preiudicium iuris queſiti illi tertio cui pater obligauit illa bona antequam tificaſſet obligationem factam pro do-
37 te filie. ¶ † Et pro dicta concluſione facit id quod notat Barto.in.l.quoties ad finem.ff.de noua.vbi dicit quod obligatio conditionalis purificata conditione retrotrahitur niſi obſtet defectus rei vel perſone ⁊ ita ſecundum eum limi-
38 tatur dicta.l potior.§.primo. ¶ † Facit etiam quia illa regula quod ratihabitio retrotrahatur ⁊ mandato comparetur de qua in.l.fina.C. ad macedo. ⁊ in regula ratihabitionem libro ſexto recipit plures limitationes ⁊ inter alias limitatur in propoſito quod non trahatur retro quando aufertur ius queſitum illi tertio contra quem fit ratificatio vt nota.gloſſ.in dicta regula ratihabitionem dum allegat capitulū ex parte decani de reſcrip.⁊ ſequitur Alexander in conſilio quinquageſimovigeſimooctauo viſo ⁊ diligēter conſiderato in ſexta columna quinto volumi.vbi ponit quinque notabiles limitatiōes ad dictam regulam ratihabitionem ⁊ iſta eſt prima. ¶ Facit etiam quarta limitata.quam ibi ponit Alexand. videlicet quod ratihabitio tunc trahitur retro quādo res eſt integra ⁊ in eo ſtatu i quo erat a principio quando ille actus fuit geſtus qui ratificatur per.l.ſi vxor.§.ſi quis vxorem ⁊ ibi hoc nota. Dynus et Bartolus.ff.de adulte.cum aliis ibi allegatis per Alexand. ſed tempore ratificationis facte per dominum de re obligata ante per alium: non eſt in eo ſtatu in quo erat tempore dicte facte obligationis: quia medio temporeque fuit alteri obligata per dominum: merito
39 ratificatio nō pōt trahi retro. ¶ † Queritur inſuper an obligatio pignoris poſſit mihi queri per alterum: ⁊ reſpōdetur quod non quia ſicut vnus per alterum obligari non poteſt, ita per liberam perſonam obligatio alteri acquiri non poteſt: ſed tunc ipſa libera perſona que pro alio contraxit conuenietur vt eſt textus in.l.ſolutum.§.per liberam.ff.de pigno.actio. ¶ Sed dubitatur quid in procuratore an ſcilicet p procuratorem acquiratur immediate obligatio pignoris domino: ⁊ reſpondetur quod licet dominium ⁊ poſſeſſio queratur domino per procuratorē immediate ſine ceſſione: tamen ipſa obligatio ⁊ hypoteca non queritur domino per procuratorem ſine ceſſione: vt eſt textus ⁊ ibi declarat Barto.in dicto.§. per liberam: quod nota quia licet actio hypotecaria ſit actio realis vt.l.pignoris.C.de pigno. ⁊ per hoc videatur qꝫ ſicut rei vendicatio queritur per procuratorem domino ſine ceſſione ita ⁊ iſta queri debeat per.l.j.C.per quas perſonas ⁊ ibi gloſſ. Guliel. Raynutius
40 Cynus Baldus ⁊ Salycetus † Tamē ſecus eſt ⁊ ratio differentie eſt quia rei vendicatio per ſe ſubſiſtit principaliter: ſed hypotecaria licet ſit realis tamen eſt acceſſoria ad actionem perſonalem et ideo de ea iudicatur: vt de perſonali que non acquiritur domino per procuratorem ſine ceſſione quia magis inheret oſſibus contrahentis qꝫ ius

reale: ita declarat Bartolus in dicto §. per liberam & late habetur per Alexandrum in lege possessio §. & si possessio. ff. de acquirenda possessione. & adde Paulum de castro in l. prima in ultimo nota. C. per quas personas no. acquiritur. ¶ Queritur etiam an licet quis non possit obligare rem suam saltem possit consentire alteri obliganti: et de hoc est glo. magistra in l. si fundus §. j. ff. de pignori. & ibi Bartolus examinat an qui non potest per se facere possit alteri facienti consentire & distinguit quod qui non potest per se facere propter imbecillitatem consilij & intellectus vt minor & mulier non potest etiam alteri facienti consentire vt est textus in dicta. l. si fundus §. j. & in exemplis reprobatis ibi in gloss. sed qui nõ potest per se facere propter defectum sui iuris quia ius plenũ non habet in re: vt vsufructuarius bene potest facienti & obliganti consentire ita dicit ibi Bartolus quem vide cum allegatis ibi per Alexan. ¶ † Ulterius queritur an pater vt legitimus administrator filij accipiendo pignus vel obligationem acquirat vtilem hypotecariam filio: & respondetur quod sic vt est gloss. nota. in l. si legati in versicu. neque filius ff. de pigno. & ibi not. Bartolus & illam gloss. Alexand. ibi in apost. ad Bartol. dicit singulariter notandum ad hoc. videlicet quod hodie in aduentitijs ex contractu patris queritur actio filio de quo tamen dicendum est vt habetur per Alexand. post alios in l. quod dicitur. ff. de verbo. obliga. ad idem glo. in l. de re. ff.

42 de transactio. ¶ † Insuper queritur an pupillus possit rem pignori dare: & respondetur breuiter quod pupillus sine tutoris autoritate & decreto iudicis non potest res immobiles pignori vel hypotecce dare vt est textus iuncta glos. in l. prima in principio. ff. que res pigno. obligari non pos. & in l. prima. ff. de rebus eorum. similiter econuerso si pupillus recipiat pignus sine tutoris autoritate non obligatur directa pignoratitia vt est textus & ibi gloss. & Bartolus in pupillo. ff. de pigno. actio. ¶ Sed dubitatur quid si minor vendat sine decreto: quo casu de iure. ff. alienatio facta de immobilibus erat nulla vt. l. si pupillorum. ff. de re. eorum. de iure autem. C. idem est in rebus mobilibus exceptis fructibus vt. l. lex que tutores. C. de administratio. tuto. in quibus locis habetur. quod alienatio de rebus minorum facta per tutorem vel curatorem sine decreto iudicis est nulla vt etiam habetur in l. tertia. C. si alien. res pign. da. sit & gloss. in l. tutor in principio. ff. de pignorati. actione. An si in dicto contractu alienationis tutor pro euictione dederit pignori bona sua propria valeat pignoratio non obstante quod alienatio respectu minoris sit nulla: et videbatur dicendum quod non: quia si non tenet principalis contractus scilicet alienatio non videbatur etiam tenere hypoteca que est accessoria argumen. l. non dubium cum ibi nota. C. de legi. Tamen hoc non obstante contrarium est verius videlicet quod licet alienatio respectu minoris sit nulla: tamen pignoratio et hypoteca respectu tutoris & curatoris est valida. textus est not. in l. & si is. C. de predi. mino. & ratio est quia pignoratio facta est de bonis tutoris vel curatoris et in aliquo non preiudicat minori vel pupillo vt firmat glo. in dicta. l. & si is in tertia solu. que communiter approbatur. vt habetur per Alexand. in consilio. lxvj. ad finem viso themate & dubi-

43 tatione quarto volumi. ¶ † Adde etiam predictis quod mutuans alienam pecuniam suo proprio nomine & pro ea accipiens pignus non acquirit hypotecam domino pecunie sed sibi mutuanti textus est & ibi Bartolus & doctores

44 in l. si frater. C. de pigno. ¶ † Postremo queritur quid de administratoribus publicis alicuius ciuitatis an scilicet ipsi possint obligare bona ciuitatis quando accipiunt pro ciuitate aliquam pecuniam: & breuiter respondetur quod sic vt est textus in . l. si is qui bona in principio. ff. de pigno. & ibi nota. Bartolus. ¶ Intellige tu et declara tribus modis. et primo in administratore ciuitatis qui habet liberam admi-

niſtrationem ſecus autem ſit in alio procuratore: niſi conſuetudo aliter ſe habeat vt.l.ſolutam.§.fina.cum.l.ſeq. ff.de pigno.actio.⁊ idem dixi.ſ.in procuratore numero.36.⁊ ratio eſt quia obligatio bonorum dicitur alienatio largo modo vt.l.fina.C.de re.alie.non alie.⁊ alienatio non poteſt fieri niſi per habentem ſpeciale mandatum vel ſaltem generale cum libera.l.procurator cui libera ⁊.l.procurator totorum.ff.de procura. ¶ Secundo intellige de illis officialibus quibus committitur adminiſtratio rei publice vt in prioribus vel antianis vel ſimilibus: alijs vero quibus ſola executio iuriſditionis committitur vt Poteſtas Capitaneus ⁊ ſimiles: non poſſunt obligare bona ciuitatis: vt declarat Bart.in.l.principalibus.ff. ſi certũ petatur. ¶ Tertio declara quãdo pecunia accepta mutuo conuerſa fuit in vtilitatem ciuitatis vt declarat glo.⁊ Bar.in.d.l.ſi is qui bona in prin. ¶ Quãdo autem pecunia non eſſet verſa in vtilitatem ciuitatis quod tunc teneatur ipſe adminiſtrator: ſed qua actione teneatur: ⁊ qualiter probetur quod pecunia verſa ſit in vtilitatem reipublice: ⁊ quid in alijs contractibus quam mutui late explicatur tota iſta materia per Bar.Alexan.⁊ Jaſ.in.l.ciuitas.ff. ſi certum petatur.⁊ ibidem habetur quid ſit in alijs adminiſtratoribus priuatis puta in tutore vel curatore vel in prelato eccleſie: ⁊ not.gloſ.in.d.l.ſi is qui bona in prin.

¶ Summarium.

1 Pignus pretorium quod dicatur.
2 Immiſſus in poſſeſſionẽ ex primo decreto an poſſit compellere illum cõtra quẽ eſt facta immiſſio exire a poſſeſſione.
3 Juſſus ſeu primum decretũ de immittendo quanto tempore expiret.
4 Detentatio ſeu cuſtodia poſſeſſionis q̃ acquiritur per immiſſionem ex primo decreto an animo retineatur.
5 Pignus pretorium cuius ſit effectus.
6 Immiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto an efficiatur poſſeſſor.
7 Immiſſio in perſonalem actionem in quo differat ab immiſſione in realem.
8 Immiſſus in actione hypotecaria ante annum efficitur poſſeſſor reuocabiliter: poſt annum vero irreuocabiliter:
9 Immiſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto an ſtatim efficiatur poſſeſſor.
10 Creditore vno in poſſeſſionem immiſſo ceteri cenſentur immiſſi. limitatur et ampliatur multis caſibus.
11 Immiſſio facta de vno creditore ex ſecunda decreto non prodeſt alijs creditoribus.
12 Statutum quod immiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto lucretur fructus vſq; in quinq; pro centenario non tollit quin poſſit petere etiam vltra quinq; quando eius intereſſe eſſet maius: vel ratione lucri ceſſantis vel danni emergentis.
13 Tenutarius an poſſit impetrare brachium militare pro quinq; pro centenario ſibi debitis in fructibus ex forma ſtatuti florentini.
14 Si ius de futuro competat iure actionis actor poteſt illud petere ⁊ ad illud agere.
15 Pronunciatio ⁊ executio per nuncium facienda in cauſa creditoris non requirit citationem poſſeſſoris.
16 Poſſeſſor non dicitur qui incontinenti expelli poteſt.
17 Mulieri poſt mortem mariti debentur alimenta de bonis dotalibus: ⁊ ſi heredes fuerint in mora conſtituti tenentur ad vſuras ⁊ intereſſe.
18 Tenutarius cui debẽtur quinq; pro cẽtenario an illa debeantur ſi ex bonis in tenutam acceptis fructus percepti nõ fuerint.
19 Fructus rei non tradite an ratione more irregularis debeantur.
20 Data tenuta creditori in aliqua re ſibi hypotecata in qua danda fuit inordinate proceſſum ex quo tenuta veniat annullanda: an poterat dicta res p prius obligata retineri.
21 Poſſidens audiendus eſt de ſuo iure in iudicio poſſeſſorio vbi ex iuſta cauſa ad eum peruenit poſſeſſio.

22 Regula q̄ ſpoliatus venit reſtituēdus non procedit pro ſpoliato per iudicem vel autoritate iudicis iudicialiter procedentis.

23 Sententia nulla poteſt per iudicem appellationis confirmari.

24 Immiſſio ⁊ decretum an poſſit in nominibus debitorum ⁊ actionibus interponi.

25 Creditor cadens a pignore pretorio an poſſit illud recuperare per hypotecariam: quemadmodum poteſt pignus conuentionale.

26 Excuſſio requirit̄ in hypotecaria intētata ex pignore conuentionali: ſecus qn̄ agitur ex pignore pretorio ad pign⁹ a quo immiſſus cecidit.

27 Pignus pretorium an poſſit in eadem re concurrere cum cōuentionali.

28 Dominium quare non ſit multiplicabile.

29 Pignus conuentionale ⁊ pretorium in quibus conueniant et in quibus differant.

30 Pignus conuentionale ſolo cōſenſu cōſtituitur: pretoriū vero requirit actualē immiſſionem.

31 Creditor male ſe habēs in pignore cōuentionali tenetur debitori pignoratitia: in pignore autem pretorio actione in factum.

32 Creditor in pignore conuentionali habet naturalem ⁊ ciuilem poſſeſſionē: in pretorio nullam.

33 Creditor habet in conuētionali pignore interdictum vti poſſidetis in pretorio ſecus.

34 Creditor in pignore conuentionali aliter tenetur q̄ in pretorio.

35 Debito extincto qualiter agat debitor pro pignore conuentionali: ⁊ qualiter pro pretorio.

36 Pignus pretorium creditori addictū preſumitur pro toto debito datum: ſecus in conuentionali.

37 Pignus quodlibet a creditore acceptū preſumitur idoneum: nec ex tunc poteſt creditor facere capi debitorem fugientem tanq̄ ſuſpectum.

38 Pignus pretorium conſtitui poteſt in bonis minorū vniformiter: cōuētionale autem non niſi decreto iudicis.

39 Pignus conuentionale ⁊ pretorium diuerſimode recuperantur.

40 Creditor non poteſt in conuentionali pignore agere contra tertios poſſeſſores dicti pignoris niſi pri⁹ facta excuſſione principalis debitoris ſecus in pignore pretorio.

¶ Secundum membrū tertie partis.

Sequitur modo ſecundum membrū huius tertie partis principalis in quo tractabimus de pretorio pignore: ⁊ in eo primo videbimus plures .q. in ei⁹ materia: ſecundo ponemus differētias inter pignus conuentionale ⁊ pretoriū.

1 ¶ † Primo igitur queritur quod dicatur pignus pretorium? ⁊ breuiter reſpondetur q̄ pignus pretoriū dicitur illud, quod datur per iudicem in contumacia rei ex primo decreto: ſequuta tamen immiſſione vt eſt tex. ⁊ ibi no. Bar. in .l. non eſt mirum .ff. de pigno. actio. ¶ Adde quod talis immiſſio aliquando dicitur antiphona hec eſt preparatio quedam vt deueniatur ad ſecundū decretum vt eſt tex. ⁊ ibi glo. ⁊ Bart. in .l. ſi is qui bona .§. ſi antiphona .ff. de pigno. ¶ Dum autem dictum fuit ſequuta immiſſione declara tu ⁊ intellige qn̄ immittendus poteſt ingredi. tunc enim requiritur immiſſio ad hoc vt cōſtituatur pignus pretorium .d. l. non eſt mirum: ſed ſi nō poſſet ingredi ex iuſto impedimento: tunc etiam ſine immiſſione ex ſolo aſpectu quereretur pignus pretorium vt eſt tex. ⁊ ibi not. Bar. in .l. cum vnus .§. ſi .ff. de bon. auto. iud. poſ. ⁊ in .l. j. in principio in vltima col. in verſi. ſed quid ſi executor .ff. de acqui. poſ. quem ibi ſequit̄ Alex. Idē tenet bar. in .l. ſi finita .§. illud queritur .ff. de dān. infect. ⁊ iſtud procedit etiam ſi immittēdus impediretur ingredi per potentiam aduerſarij vt eſt text. in capi. contingit de dolo ⁊ contu. ⁊ notat Iaſ. in .d. l. j. in principio. in vltima colum. ff. de acquirenda poſſeſſio. in verſicu. querit Barto. vtrū aſpectus. ¶ Et propterea iſto caſu ſtante ſtatuto quod tenutari⁹ lucretur fru-

etiā ad rationem quinq̧ pro centenario. putarem quod iſte qui fuit impeditus in ingrediendo debeat lucrari cū habeatur ꝓ immiſſo ⁊ pro hoc pulcher tex. in. l. ij. ff. de an. lega. vbi impeditus colere fundum in principio anni poteſt petere fructus totius anni ⁊ ibi habetur per Barto. de quo dicam aliqua infra. ¶ Dicta autem immiſſio debet fieri per executorem vel nuncium a iudice deputatum: non autem propria autoritate niſi obtenta licentia a iudice de ingrediendo propria autoritate: nā al's amitteret ius ſuum vt. l. miles. §. qui iudici. ff. de re iudica. ⁊ notat Barto. in. d. l. ſi finita. §. iulianus in. iij. colū. in verſicu. ij. quero. ¶ Et talis immiſſio in reali olim ⁊ hodie fiebat ⁊ fit in re ipſa de qua agitur ⁊ que petitur: ſed in perſonali actione eſt hodie immutatum q̄r fit hodie immiſſio pro menſura debiti declarati vt in autenti. ei qui. C. de bon. autori. iud. poſ. ⁊ ibi per Barto. Bald. ⁊ Salycetū. et per Bartol. in. d. §. iulianus in. iij. colum. in verſicu. pone quod ipſemet.

2 ¶ † Secundo queritur an immiſſus in poſ. ex primo decreto poſſit cōpellere illum contra quem eſt facta immiſſio exire ⁊ diſcedere de poſſeſſione? et dicendum eſt quod nō niſi iudex aliter ex aliqua cauſa decerneret: puta ex cauſa ne partes venirent ad arma vt eſt tex. ⁊ ibi notat Barto. in. d. l. ſi finita. §. ſi quis autem: ſed nihilominꝰ creditor immiſſus eſt qui habet curam rei in qua eſt facta immiſſio ⁊ locat ⁊ percipit fructus ⁊ vēdit vt notat Barto. in. l. in venditione. §. j. per illum text. ff. de bon. autorita. iud. poſ. ⁊ hoc ſi immiſſio eſt facta in re immobili ſed ſi īmiſſio eſſet facta in re mobili illa debet aſſignari creditori ⁊ non debet vllo modo remanere apud debitorem vt. l. is cui. §. qui legatorum in verſicu. in ceteris. ff. vt in poſ. lega. ⁊ hoc niſi appareret creditorem eſſe perſonā ſuſpectam: quia tunc non deberent relinqui res mobiles apud creditorem immiſſum ſed deberent apud alium ſequeſtrari vt. l. ſi fideiuſſor in fine. ff. qui ſatiſ. cog. ita firmant Barto. ⁊ alij in dicta. l. ſi finita. §. ſi quis autem et notat. Bal. in. d. auk. ei qui in. xvj. col. in verſic. quero vtrum miſſus in poſſeſſionem rei mobilis. C. de bo. auto. iudi. poſſ. ⁊ idem firmat ibi Saly. ce. in. viij. q. ⁊ fuit prius deciſio Dy. vt ipſi referunt: ⁊ ita etiā tenet Alex. in conſi. ccv. viſa dicta facti. in fi. vij. volu.

3 ¶ † Tertio queritur quanto tempore expiret iuſſus de immittendo. ſeu primum decretum? et breuiter reſpondetur quod ſi creditor eſt preſens ⁊ habet facultatem apprehendendi tenutā ſi fuit negligens per biennium: expirat primum decretum: ſi autē fuit abſens expirat per quadriennium. vt. l. fina. in prin. C. de bo. auto. iudi. poſ. ⁊ not. clare Bar. ⁊ poſt eum Ange. in. d. l. ſi finita § ſi quis metu. eandem opi. tenet Bar. in l. pretor ait in fi. ff. de bonis aucto. iudi. poſſ. et ibi Alexan. dicit iſtam eſſe communem opiñ. licet Imol. in. d. §. ſi quis metu conatus fuerit diſcrepare a communi per. d. l. fi. ⁊ propterea dixit quod predicta procedunt quando quis fuit negligens in vtendo beneficio ingrediē di poſſeſſionem competenti ex perſona alterius creditoris immiſſi vt proprie loquitur tex. in. d. l. fi. qui in hoc eſt ſingularis: ſed vbi quis vult vti beneficio ingrediendi ex primo decreto ei cōceſſo ⁊ ſic ex propria perſona dicit Imol. q̄ tale ius non perditur per lapſum dicti temporis: ſed q̄ imo perpetuo durat per. d. §. ſi quis metu ⁊ per. d. l. pretor. §. fi. ⁊ iſtam opiñ. Imol. ſimpliciter refert Alex. in conſi. ccv. viſa dicta ⁊c. vij. vol'. ¶ Sed per hoc non puto recedendū ab opi. Bar. que vt dixi eſt communis ⁊ cū Bar. tenent Ang. Bal. ⁊ Saly. in. d. l. fi. ⁊ Ang. in. l. clam poſſidere. §. j. in. ij. col. ff. de acqui. poſ. vbi dicit ita eo aduocāte fuiſſe obtentum in ciuitate Florentie q̄. ſ. per quadriennū expiret ius primi decreti ⁊ allegat etiā not. per Bart. in. l. j. in fine principij. ff. de acquiren. poſſeſ. ⁊ ita teneas q̄uis Ludouicus bolognínus late inſiſtēdo in repetitione. d. §. iulianus. numero. 60. teneat contrarium per aliqua fundamenta quibus de facili poſſet reſponderi: ſed non curo cū cō

4 munis opi.ſit cum Bartol. ¶ † Quarto queritur an iſta detētatio ſeu cuſtodia que acquiritur per immiſſionem ex primo decreto retineatur animo ſicut ciuilis poſſeſſio? & breuiter reſpondetur qđ licet immiſſus non inſiſtat incorporaliter in re ſi tamen habeat claues vel dimiſerit alios homines ad cuſtodiaȝ rei quod dicta detentatio retinetur animo vt eſt optimus text.in.d.l.ſi finita.§.penultimo.et not.Barto.in lege prima.in princi.ad fin.ff.de acquirenda poſſeſſione. et ibi late comprobat Alexan.in vltima colum.Subdens ibi in fine quod talis detentatio retinetur animo. ſpacio decem annorum dummodo quis non amiſerit cuſtodiam rei: ſed ſi per decem annos ſteterit quod ad dictam rem non accesserit corporaliter tunc perdet eaȝ: quia ſicut decennio per obliuionē perditur poſſeſſio ciuilis.vt.l.furtum.§.fundi & ibi not.ff.de vſucap.& not.gloſ.in.l. licet.C.de acqui.poſ. ita & perditur detentatio.vt lege ſi de co.§.ſi forte.ff. de acquiren.poſ.ita tenet Alexā.in.d.l.j.in fine princi.

5 ¶ † Et ex iſta immiſſione & pignore pretorio cauſatur vnus effectus vtilis in practica quia vbi alias creditor habēs perſonalem tantum non poteſt agere contra tertium poſſeſſorem niſi reuocatoria que requirit fraudem eſſe commiſſam in alienatione rei tam ex parte debitoris alienātis ꝙ eius in quem eſt facta alienatio iuxta nota.inſti. de actio. in.§.item ſi quis in fraudem tamen ſi talis creditor acquirat pignus pretoriuȝ ex immiſſione poterit vigore dicti pignoris agere contra tertium poſſeſſorē abſq; probatione alicuius fraudis.vt.l. ſi cum venditor in princip.ff.de euictio. Nam ſicut in pignore cōuentionali datur creditori hypothecaria ita & in pignore pretorio licet a principio ante immiſſionem non competierit.vt.d.l.nō eſt mirum & ibi Barto.& Pau. de caſtr. ff.de pig.actio.& not.Ange.de are.in.d. §.item ſi quis in fraudem. colum.ij. et iſtud florentie ſepe numero vſurpatur in practica.Nam creditores qui habēt ius exequibile ſine hypotheca puta vigore ſententie vel ſcripture priuate in qua non ſit hypotheca faciunt vigore dicti iuris ſe immitti in tenutam tanꝙ in bonis debitoris:& poſtea vigore ſtatuti faciunt fieri precepta ingombrantibus de diſgombrando. Nam ſi poſſeſſores non releuant ſe a preceptis per modos traditos a ſtatuto tenutarius indubitanter obtinet confirmationem tenute:ſi autem releuauit ſe a dictis preceptis poteſt tenutarius petere vt fiat tranſitus vigore ſtat. ad petitorium et in petitorio peterit tenutarius obtinere contra dictos poſſeſſores qui forte non habebunt ius anterius in re.& hoc vigore dicti pignoris pretorū iuxta .l. ſecundā.C. de preto. pignore.Nam ſine dicto pignore pretorio non potuiſſet creditor diſcutere de prioritate iurium contra tertium poſſeſſorem qui ſe releuaſſet a preceptis cum non habuiſſet niſi ſolam perſonalem que non ſequitur fundum et tertium poſſeſſorem iuxta nota. in lege prima.§ ſi heres.ff.ad trebellia.ſed bene potuiſſet obtinere tenutarius cum ſola perſonali quando poſſeſſor non releuaſſet ſe a preceptis: quia tunc non habetur pro poſſeſſore: ſed pro ingombrante rem debitoris. et perinde tunc habetur ac ſi res eſſet penes debitorem & non apud tertium poſſeſſorem:naȝ aliud eſt poſſidere & aliud eſſe in poſſeſſione & qui ingombrat non dicitur poſſidere: ſed eſſe in poſſeſſione et eam occupare.vt lege ſi quis ante. ff. de acquirenda poſſeſſione et habetur per Corn. in conſilio centeſimotrigeſimoſeptimo.licet multorum in tertio volu.litera.c.que no.in practica &c.

6 ¶ † Quinto queritur an immiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto efficiatur poſſeſſor? et primo videbimus de immiſſo in actione perſonali.et in hoc ponite regulam ampliationis & fallentias. ¶ Regula ergo eſt quod immiſſus in poſſeſſionē ex primo decreto in actione perſonali:ſiue immiſſio fiat vt reus tedio affectus cōpareat ad reſpondēdū an poſſideat:ſiue ex cauſa dāni infecti

ſiue immiſſio fiat vētris noīe vt mulier pregnans in bonis mariti talis immiſſio non facit immiſſos poſſeſſores ſʒ cuſtodes ⁊ detentores rerum vt eſt text. ⁊ ibi per doct. in. l. iij. §. fi. ff. de acquiren. poſ. ⁊ tali caſu reus contra quem eſt facta immiſſio poteſt comparere ⁊ reuocare immiſſionem dummodo reficiat expenſas ⁊ caueat de iudicio ſiſti iuxta auctenti. ci qui. cum materia. C. de bo. aucto. iud. poſ. ¶ Amplia regulam vt procedat etiam ſi immiſſio ex primo decreto eſſet facta pro executione ſententie: ⁊ rei iudicate: quia etiam iſto caſu immiſſus non efficitur poſſeſſor: ſed detentator ⁊ ſic habet locum regula etiaʒ in hoc caſu ita tenent Imo. Rapha. et Alexand. in. l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. vbi Alexāder in ſexta colum. late diſputando ita firmat ⁊ idē tenet ibi Iaſ. ⁊ iſta opinio videt̄ verior ⁊ communior per allegata ibi per Alexan. ⁊ eſt opinio. glo. ibi ante eos: licet contrariam opinio. teneant Bar. Pau. de caſtro ⁊ Areti. in dicta. l. iij. §. fi. ff. de acquiren. poſ. ¶ Secundo amplia etiā ſi fieret immiſſio vigore inſtrumēti habentis executioneʒ ex forma ſtatuti puta inſtrumenti guarentigiati vel confeſſionati quia in tali inſtrumento ideʒ dicendum eſt quod dictum eſt in re iudicata vt habetur per Barto. in. l. ſi ⁊ iure. ff. qui po. in pi. hab. ⁊ ita firmat Alexander in. d. §. ſi ſuper rebus in. viij. col. ¶ Intellige tu ⁊ declara niſi in inſtrumento eſſet hypotheca ⁊ fieret immiſſio vigore hypothece vel contra ipſum debitorem principalem vel contra tertium poſſeſſorem: quia tunc eſſet dicendum quod dicetur. ſ. in immiſſione que fit in hypothecaria vt late habet̄ per Alexand. in. l. iij. §. fi. in. iiij. ⁊. v. columnn. ff. de acquiren. po. ¶ Fallit autem. d. regula pluribꝰ modis. ⁊ primo qn̄ iudex vellet ex aliqua iuſta cā̄ cōſtituere immiſſum ex primo decreto poſſeſſorem: quia ex cauſa hoc poteſt facere ⁊ repellere antiquum poſſeſſorem contra queʒ eſt facta immiſſio de fundo. gloſſ. ſingu. in. l. tertia. §. duas in ver. diccedatur. ff. de dam. infect. not. Bald. in. d. auctenti. ci qui in. v. columna. C. de bono. aucto. iu. poſ. ⁊ in. l. conſentaneum. C. quomodo ⁊ quando iud. ⁊ ſequitur Alexan. in l. iij. §. fi. ff. de a. qui. poſ. in. iiij. colum. ¶ Secundo fallit quando in loco extaret ſtatutum quod immiſſus ex primo decreto lucretur fructus prout eſt florētie: nam tunc immiſſus etiam in actione perſonali efficeretur poſſeſſor: quia commodum fructuum ſpectat ad poſſeſſorem vt. l. iij. §. ex contrario ⁊ ibi not. ff. de acquirē. poſ. ⁊. l. fulcinius. §. fi. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. ⁊ ideo delato lucro fructuum in neceſſarium antecedens talis dicitur effectus poſſeſſor ita tenet Bald. in. d. l. conſentaneum ⁊ ſequitur Alexan. in. d. l. iij. §. fi. in. iiij. col. et idem Alexan. in. l. ſi finita. §. iulianus colum. xxv. in verſi. item inquantum hic gloſſ. tangit an miſſus ex primo decreto lucretur fructus ⁊c. ff. de dam. infec. ¶ Tertio fallit quando abſqꝫ tali ſtat. vel cōſuetudine iudex motus ex nimia contumacia rei decerneret quod immiſſus deberet lucrari fructus: nam tunc ſimiliter immiſſus efficeretur poſſeſſor ita tenet Bald. in. d. l. conſentaneum ⁊ ſequitur Alexan. in. d. l. iij. §. fi. ⁊ in. d. l. ſi finita. §. iulianus: quamuis in hoc. ſ. in iudice Saly. in. d. auctent. ci qui. C. de bon. aucto. iud. poſſi. xij. columnn. teneat contrarium per aliqua fundamēta quibus reſpondet Alexan. in. d. §. iulianꝰ. ¶ Quarto fallit in caſu notabili videlicet in. l. poſtquam. §. imperator. ff. vt lega. not. cau. in ver. transferat ⁊ ibi not. per Barto. ⁊ habetur per Cy. in. l. cum pponas in. xiiij. q. C. de bon. aucto. iud. poſ. Nam eſt ibi caſus quod fideicommiſſarius petijt ſibi preſtari cautionem ab herede iuxta illum titulum. ff. vt lega. no. caue. aut ſi non caueretur ſe immitti in poſſeſſionē: ⁊ lata fuit ſententia contra heredem vt caueret: a qua heres appellauit decidit ibi iuriſconſultus quod fideicommiſſarius pendente appellatione debet immitti in poſſeſſionem: ⁊ quod fideicommiſſarius immiſſus erit poſſeſſor: ⁊ ſic eſt ibi caſus not. quod pendente appellatione fit innouatio contra titulum nil inno. app. pen. ff.

et quod immiſſus ex primo decreto effi- 7
citur poſſeſſor pro quo etiam facit text. in.l.quiſquis.C.quo.app.non recip. Et ita tenet Alexan.in.d.l.iii.§.fi.in.iiii.colum.vbi etiam Iaſ.tranſit cum Alexã. in.d.l.iii.§.fi.in.iiii.colum.vbi etiã Iaſo.tranſit cum Alexand.in predictis limitationibus. ¶ Inſuper aduerte in predictis quod magnus eſt effectus an immiſſus ſit poſſeſſor vel non: quia ſi non poſſidet nõ debet expelli antiquus poſſeſſor: ſed vterq debet ſtare in re q2 immiſſus quando non poſſidet eſt cuſtos ⁊ detentator vnde non debet expellere antiquum poſſeſſorem vt.l.ſi finita.§.ſi quis ante.⁊ ibi no.ff.de damno.in- 8
fec.et late per cano.in.ca. contingit de dol.et contu.et hoc etiam eſt verum et procedit ſi immiſſus eſſet in ſolam poſſeſſionem quia per hoc nõ efficitur poſſeſſor ⁊ non poteſt expellere antiquum poſſeſſorem ſecundum Bald. in.l. conſentaneum in penul.col.in ſexta oppo. C.quomodo ⁊ quando iud.et per conſequens cum non ſit poſſeſſor taliter immiſſus non habet interdictum vti poſſidetis quod competit poſſeſſori qui in ſua poſſeſſione turbatur vt.l. ſi duo.§. creditores.ff.vti poſſi.ſed ſi efficit poſſeſſor poteſt expellere antiquum poſſeſſorem: ⁊ habet interdictum vti poſſidetis ita not.Alexand.in dicta lege tertia .§.fi.in quarta columna ⁊ Iaſo.in.ij.

¶ Sexto quid in immiſſo in reali actione: ⁊ breuiter obmiſſa diſputatione q2 materia eſt trita communis opini legiſtarum eſt quod immiſſus ante annum poſſideat reuocabiliter: poſt annũ vero irreuocabiliter.ita concludunt Alexã.⁊ Iaſ.in.d.l.iii.§.fi.poſt alios ibi: licet canoniſte vt ibi referunt Alex.⁊ Iaſ.communiter teneant quod immiſſus in reali ante annum ſit detentator ⁊ non poſſeſſor: tenendum eſt ergo cum communi opi.legiſtarum: quia per Alexand.⁊ alios in dicto.§.fi.optime reſpondetur ad fundamenta canoniſtarum: ⁊ talis immiſſus poſt annum a die immiſſionis lucratur fructus vt late per Alex. in.d.l.ſi finita.§.iulianus colum.26.in verſi.in actione reali.ff.de dam.infec.

¶ † Sed dubitatur que ſit ratio differentie inter immiſſum in perſonali ⁊ in reali: et doct. dicunt rationem differentie eſſe quia immiſſus in perſonali nullus pretendit ius in bonis ſed ſolum habet perſonam debitoris obligatam.vt inſti. de actio.§.j.ideo immiſſus in perſonali nec ante annum nec poſt efficitur poſſeſſor: ſed in reali agens dicitur habere ius in re puta dominium vel quaſi nimirum ergo ſi immiſſus in poſſeſſionẽ illius rei efficitur poſſeſſor ita tz Spec. in tit.de primo et ſecundo decre.§.tam de effectu verſic.que eſt ratio et cuma. et Iaſ.in.d.l.iii.§.fi.in.5.colum.ver.ſecunda concluſio eſt. ¶ † Amplia hanc concluſionem quod etiam immiſſus in hypothecaria actione ante annum efficitur poſſeſſor reuocabiliter poſt annũ vero irreuocabiliter prout dictuz eſt in reali: et nimirum quia etiam hypothecaria eſt actio realis.l. pignoris.ff.de pigno.et.l.pignoris.C.eo.ti.et licet opi.ſit dubia tamen Alexan.in.d.l.iii.§.fi.et dicit iſtam eſſe magis communem: intellige tamen et declara quod immiſſus in hypothecaria differt ab immiſſio i reali mera in hoc. quia licet immiſſus in reali poſt annum lucretur fructus vt per Alexan.in.d.l.ſi finita.§.iulian⁹ in colum.xxvj.et dixi.s. tamen immiſſus in hypothecaria etiam poſt annum nõ lucratur fructus et ratio eſt quia intentio agentis non eſt niſi auocare poſſeſſionem.l.ſi cum venditor in princi.ff. de euictio.ita tenet Alexand.in dicto.§. iulianus colum.27.verſi.iuxta hoc q̃ritur ⁊c. ¶ Secundo amplia regulaz ſeu concluſionem ſupra poſitam in actione reali vt procedat etiam in actione mixta prout eſt actio petitionis hereditatis que eſt actio mixta vt.l.hereditatis C.de peti.here.quia etiam in illa immiſſus inquantum datur ad rem iudicatur de ea prout de actione reali vt ſcilicet ſicut immiſſus in reali ante annum poſſidet reuocabiliter et poſt annum irreuocabiliter ita ⁊ immiſſus in actione mixta quando datur ad rem (vt dixi) ſz ſi actio mixta detur ad perſonales preſtationes tũc de ea iudicatur prout de

mcta perſonali.l.itē labeo.§.familie.ff. fami.here. ⁊ quando datur ad rem ſicut immiſſus in reali lucratur fructus poſt annum ita ⁊ lucratur immiſſus in actione mixta: ita tenet Alexander in dicta lege ſi finita.§.iulianus columna xxvij.in verſicu.quid immiſſio in actione mixta? ¶ Limitatur autem iſta concluſio de actione reali cum duab⁹ ampliationibus vt ſupra datis duob⁹ modis primo quando immiſſio eſſet facta poſt litem conte.quia tunc etiam ante annum immiſſus efficitur poſſeſſor irreuocabilis: ⁊ ſic ille contra quem eſt facta immiſſio ratione proprietatis ita demum auditur volens reuocare immiſſionem infra annum preſtando ſatiſdationem ⁊ reficiendo expen. iuxta dicta auctenti.ei qui ſi immiſſio eſſet facta ante li.conte.ſecus ſi eſſet facta poſt lit.conteſt.vt probatur ⁊ notatur in.d. l.conſentaneum.C. quomodo ⁊ quando iudex.

¶ Secundo limitatur dicta concluſio vt non procedat etiam ſi dicta immiſſio eſſet facta poſt li.quaſi conteſtatam vt habetur in.l.ſecunda.C.vbi in rē actio in fi.vnde infertur quod quando intentatur realis actio contra detinentē vel poſſidentem nomine alterius ⁊ detinēs ſeu poſſidens comparcat in iudic.⁊ nominet dominum pro quo dicit ſe detinere vel poſſidere datur ei dilatio vt denū ciet domino vt dominus veniat ad cauſam inſtructam: ⁊ tunc ſi dominus non comparet in eius contumacia fit immiſſio in poſſeſſionem ⁊ immiſſus efficitur poſſeſſor irreuocabilis etiam ante annū adeo quod ſi nominatus vult reficere expenſas ⁊ preſtare ſatiſdationem de iudic.ſiſti iuxta dicta auctenti.ei q̄ non auditur ſed oportet quod dominus agat ordinarie per viam principalis petitionis ſuper proprietate oſtendendo ſe eſſe dominum vt dicta.l.ſecunda in fine.C.vbi in rem actio.ita not. tenet Alexand.in iſtis duabus limitationibus in dicta.l.tertia.§.fi.in.iij.column. ff.de acquiren.poſſeſ.⁊ ſic etiam habes iſtam concluſionem ſeu regulam de immiſſione facta in reali ampliatam ⁊ limitatam pluribus modis.

9 ¶ Septimo queritur an immiſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto ſtatim efficiatur poſſeſſor? ⁊ reſpondetur quod ſic et in tantum quod ſi ille contra quem eſt facta immiſſio eſt dominus etiam immiſſus efficitur dominus: ſi autem non erat dominus immiſſus incipit preſcribere: vt per Barto.in.d.l.ſi finita.§.iulianus in pri.colum.⁊ in hoc Bald.in.l.in poſſeſſione.C.de bon.aucto.iudi.poſſi. voluit quod immiſſus ex ſecundo decreto preſcribat etiam directum dominium licet alias per preſcriptionē non acquiratur niſi vtile vt per gloſ.in.l.ſecunda.⁊ ibi Barto.ff.de vſucap. ponderando ad hoc Bald. textum in.d.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus in ver.dominium acquiri quod appellatione dominū ſimpliciter facta veniat directum.l.j.§.qui in perpetuum.ff.ſi ager vecti.vel emphi.peta. Tamen in hoc cōtra Bal. eſt tenendum quod non preſcribatur niſi vtile dominium.⁊ de hoc eſt tex. iuncta glo.in.d.§.iulianus in verſic.dominium vbi glo.exponit ſcilicet vtile: ⁊ ratio eſt quia in materia preſcriptionum longi temporis dominium intelligitur de vtili vt per glo.⁊ doct.in aucten. niſi tricēnale.C.de bon.mater.⁊ l.d.l.ij.ff.de vſucap. Uerba autem debent intelligi ſecundum ſubiectam materiā.l.ſi vno in prin.ff.loca.⁊ ita tenet Iaſ. in.d.l.iij.§.fi.in nono not.⁊ ante eum tenuit Alexand. in.l.traditionibus.C.de pac.vbi etiam ſequitur Iaſ.ponentes etiā ibi aliquas alias limi.in quibus acquiritur directum dominium quas obmitto quia ſunt extra materiam noſtram.

10 ¶ Octauo queritur an vno creditore immiſſo ex primo decreto alij immiſſi videantur? ⁊ in hoc pone regulā ampliationes ⁊ reſtrictiones. Regula eſt ergo quod vno immiſſo ceteri immiſſi videntur vt.l.cū vnus in prin.⁊ ibi glo.plena ⁊ Bar.ff.de bon.aucto.iud.poſ. ¶ Amplia prio regulā q̄ talis immiſſio ſicut pdeſt immiſſo ita pdeſt alijs nō imiſſis vt inſimul oēs cōcurrāt ⁊ pariter ad p̄ciū rei pro comuni ratis vocentur non aliter conſiderato ordine immiſſionis vt

habetur in.d.l.cum vnus.et in.d.l.ſi finita.§.ſi plures.⁊ per Barto. et Salic. in.l.ſecunda.C.qui potio. in pig.hab. ¶ Secundo amplia vt.d.regula procedat non ſolum in immiſſione que fit ex contumacia et ſic in pignore pretorio iuxta to.titu.C.de preto.pi. ſed etiam in immiſſione que fit vigore ſententie ⁊ ſic in pignore iudiciali iuxta totum tit. C.ſi in cauſam iudi.pi.cap.ſit.ita tenet glo.in.l.ſi ⁊ iure.ff.qui potio.in pigno. hab.et in lege finali.C.de bono.autori. iu.poſ.et idem tenet Dy.in regula qui prior lib.vi.¶ Contrariam autem opi. tenet Barto.in.d.l.cum vnus.videlicet quod immiſſio facta in pignore iudiciali non proſit aliis creditoribus ⁊ ꝙ prior immiſſus ſit potior aliis et cum Barto.tranſit Angel.in dicta.l.ſi finita §.ſi plures.⁊ in.l.a diuo pio.§.ſi pignora.ff.de re iudicata.et Bald.in lege tertia.C.qui potio.in pigno.habi. ¶ Sed contra Barto.tenent Bald. et Salice. in.d.l.finali.C.de bonis.auto. iud. poſ. Concludentes quod vno immiſſo vigore ſententie vel rei iudicate vel inſtrumenti guarentigiati vel alterius iuris exequibilis talis immiſſio proſit etiã aliis habentibus ius exequibile prout habet immiſſus:⁊ ꝙ omnes debent eſſe equales:nec inter eos debet attendi prioritas:et reſpondent late argumentis Barto.vt ibi per eos candem opin. contra Barto.firmat Ino.in.d.l.ſi finita.§.ſi plures vt ib refert Alexand.qui dicit quod opinio.Bartol. non videtur bene probari de iure et ſic videtur tenenda in hoc opinio. gloſſ. Dyni et ſequatium contra Barto.quod vnius immiſſio vigore iuris exequibilis et ſic in pignore iudiciali proſit etiã aliis prout prodeſt immiſſio facta vigore contumacie et ſic in pignore pretorio. ¶ Intellige tamen:et infra ſubdetur: niſi immiſſus vigore iuris exequibilis puta inſtrumenti guarentigiati pretenderet etiam hypotecam quia tunc illius immiſſio non prodeſſet aliis vt per Bald. in.d.autentica ei qui.C.de bo.auto.iudi.poſ.⁊ dicetur.i.in reſtrictionibus.

¶ Reſtringitur autem ⁊ declaratur ſupradicta regula pluribus modis:⁊ primo ꝙ dicta regula procedat in actione perſonali:non autem in actione reali: quia immiſſio vnius in actione reali non prodeſt aliis : et ratio eſt quia ille qui immittitur in actione reali immittitur tanquã dominus: ⁊ dominus nõ eſt creditor : nec etiam poſſeſſor contra quem fit immiſſio eſt debitor vt.l.vni. C.de alie.iudi.mu. cauſa fac. et ita tenent Bald.et Salice.in.d.l.finali. C. de bonis autori.iudi.poſ. ¶ Secundo reſtringe vt.d.regula non habeat locum etiã in immiſſione facta in actione hypotecaria quia in ea immiſſio vnius nõ prodeſt aliis non pretendentibus hypotecam ita tenet Bald.in.d.autenti.ei qui in.iiij.col.C.de bo.auto.iudi.poſ.et ſequitur Sali.in.d.l.fi.in prin.in vl.co. in verſi.ſi eſt immiſſus in hypotecaria per rationes adductas per Bal.¶ Tertio reſtringe regulam ꝙ licet illa regula olim de iure.ff. eſſet neceſſaria quia de illo iure in actione perſonali fiebat immiſſio in omnibus bonis vt.d.l.cum vnus.in princi.Tamen hodie de iure. C.ſecundum quod fit immiſſio pro mẽſura debiti vt.d.auf.ei qui ⁊ in corpore vnde ſumitur non eſt neceſſe ꝙ vnius immiſſio proſit aliis niſi quando in bonis debitoris non erat niſi illa res in qua fuit facta immiſſio.Nam ſi vltra illam eſſent alia bona alii creditores poterũt obtinere immiſſionẽ in illis:obmiſſa illa re in qua creditor fuit immiſſus pro menſura ſui crediti ita declarat glo.et Bar.in.d.l.cũ vnus.⁊ Bart.in.d.l.ſi et vir.ff.qui po.in pig.hab.¶ Quarto reſtringe regulam ꝙ ita demũ alii creditores poſſunt vti immiſſione illius qui eſt immiſſus ⁊ ex ea iuuari: ſi veniant i.bienniũ et expenſas pro rata reficiat creditori immiſſo et citato debitore faciãt fidẽ de eorũ credito.tũc enim poterunt ingredi ſicut primus:vt eſt tex.in d.l.fi.⁊ no.glo.⁊ Bar.in.d.l.cũ vnus.in prin.¶ Quinto reſtringit dicta regula vt ita demũ ꝓcedat qñ creditores ſunt creditores eiuſdẽ titu.puta qr oẽs ſunt creditores ex ꝯtu:vel oẽs ex legato:vel oẽs ex cã dãni infecti.tũc.n.vnius immiſſio

prodeſt aliis. ſecus autem ſi eſſent creditores diuerſorum titulorum. ita tenet glo. in. d. l. cum vnus. ¶ Sexto reſtringitur regula: vt procedat ita demum ſi dicti creditores omnes pretendant cauſam onerosam. ſecus autem ſi aliqui pretenderent cauſam lucratiuam vel quaſi: quia tunc illis qui pretendunt cauſam lucratiuam vel quaſi non prodeſſet immiſſio facta de illo qui pretenderet cauſam onerosam. ita tenet gloſſ. in. d. l. cum vnus. per text. in. l. is cui. §. ſi plures. ff. vt in poſ. leg. et ita debet intelligi text. in. d. l. ſi finita. §. ſi plures. et hanc opi. tenet Dyn. in. d. regula qui prior. libro. vi. Bartol. autem in. d. l. ſi et iure. ff. qui potio. in pigno. hab. dicit q̃ iſta diſtinctio inter cauſaꝫ onerosam et lucratiuam ſemper ſibi diſplicuit: quia. d. l. cum vnus. loquitur generaliter ⁊ indiſtincte q̃ vno creditore immiſſo alii cenſentur immiſſi. idem etiam tenet Barto. in. d. l. is cui. §. ſi plures. dicens ſe non habere. l. que probet iſtam differentiam inter cauſam onerosam et lucratiuam. ¶ Et ideo Barto. in hoc ponit aliam diſtinctionem in. d. l. ſi et iure. et in dicto. §. ſi plures. et in. d. l. cum vnus. videlicet q̃ aut omnes creditores pretendunt ius obligationis ⁊ vno immiſſo ceteri intelliguntur immiſſi per. d. l. cum vnus. Aut omnes pretendunt iudicis officium. et tūc vno immiſſo alii non cenſentur immiſſi. et habet locum text. in. d. l. is cui. §. ſi plures. et iſto caſu oportet quod etiam ceteri petant ſe immitti. ⁊ facta immiſſione pretor tuebitur omnes: vt in. dictis legib⁹. Aut vnus pretendit ius obligationis ⁊ alter iudicis officium. et tunc vno immiſſo alii non intelliguntur immiſſi: vt. l. ii. C. qui po. in pig. hab. Et ex his infert Bartol. quod ſi ſunt plures pretendentes plures ſententias diuerſas vel habentes diuerſa inſtrumenta guarentigiata que ex diſpoſitione ſtatutorum habent paratam executioneꝫ ſicut ſententie quod vno immiſſo pro executione ſententie vel inſtrumenti ceteri non cenſentur immiſſi: niſi ⁊ ipſi impetrent immiſſionē. et hoc quia in hoc debet impetrari officium iudicis quod ſe non exhibet niſi ſit petitum: vt. l. iiii. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. Ita diſtinguit et tenet Barto. ¶ Sed Bald. et Salice. in. d. l. finali. C. de bono. auto. iud. poſ. in. ii. columna. reprobant diſtinctionem Barto. validis rationibus meo iudicio. ⁊ tenent opin. glo. Dy. et ſequacium. ⁊ vt ibi dicit Salice. iſta opinio. contra Barto. eſt communis. videlicet q̃ aliud ſit in creditoribus ex cauſa onerosa: vt. d. l. cū vnus. ⁊ aliud ex cauſa lucratiua: vt dicta. l. is cui. §. ſi plures. vbi text. facit differentiam inter creditores et legatarios. et ſimiliter ex cauſa quaſi lucratiua: vt ex cauſa noxali vel damni infecti: vt dicta l. ſi finita. §. ſi plures. iſte enim cauſe cēſentur quaſi lucratiue: vt. l. apud celſum. §. autoris autem. ff. de dot. exceptio. et ratio differentie ſecundum eos eſt: quia fauorabiliores ſunt qui tractant de damno quam illi qui tractant de lucro: vt. l. finali. C. de codi. et. l. finali. C. de iure deliberan. et licet cum opi. Barto. teneant Ange. et Paul. de caſt. in. d. l ſi finita. §. ſi plures. et Angel. in d. l. finali. C. de bonis autorita. iudi. poſ. Tamen opi. glo. et Dyn. et ſequacium tenet Imo. in. d. l. ſi finita. §. ſi plures. et reſpondet argumentis Barto. et opin. glo. et Dy. contra Barto. dicit Alexan. poſt Imo. in dicto. §. ſi plures eſſe de iure veriorem. et ſecundum Salice. in. d. l. finali. eſt etiam communis. et ideo tenenda. ¶ Et ex predictis infertur quod quando plures creditores pretendunt pignus pretorium ex diuerſis titulis. tunc non habet locum regula. d. l. cum vnus. ſed qui prior eſt in ordine ex tempore immiſſionis potior eſt in iure. per tex. in. d. l. ii. C. qui pot. in pig. hab. et ibi Barto. et Salice. ¶ Similiter quando aliqui creditores pretendunt pignus pretorium. aliqui vero pignus conuentionale non habet in eis locum. d. regula. d. l. cum vnus. Sed in eis habet locum regula. c. qui prior. de regulis iuris lib. vi. vt. l. ſi poſtquam. ff. vt in poſ. lega. ita tenent Bartol. et Salice. poſt Cyn. in. d. l. ii. ¶ Item infertur q̃ inter

plures

plures creditores pretendentes ſolum
pignus conuentionale: non habet lo=
cum.d.regula.l.cum vnus.ſed preferri
debent ſecundum prioritatem in tem=
pore per.d.regulam qui prior.et ita te=
nent Bar.Sali.et alij in.d.l.ij.& Bart.
in.d.l.cum vnus.et in alijs locis ſupra
11 allegatis. ¶†Ultimo reſtringitur di=
cta regula vt procedat in primo decre=
to:non autem in ſecundo. qr immiſſio
facta de vno creditore ex ſecūdo decre=
to non prodeſt alijs creditoribus.ita te
net glo.in.d.l.cum vnus.in princi.alle
gat tex.in.l.fulcinius.§.illud.in fi.ff.ex
qui.cau.in po.ca.refert et ſequitur Sa
lice.in.d.l.fi.in princi.in vltima.q.C.de
12 bo.auto.iudi.poſ. ¶†Nono queritur
an ſtante dicto ſtatuto de quo.ſ.eſt fa=
cta mentio:vcʒ ꝙ tenutarius lucretur
fructus vſqꝫ in quinqꝫ pro centenario.
prout eſt Florentie:vel in alia quanti=
tate.ſi ſit aliquis creditor immiſſus in
tenutā cui de iure pro ſuo intereſſe de=
beantur vltra quinqꝫ pro centenario.
puta maritus in dote iuxta no.per Ale
xandrū et alios in.l.inſulam.§.vſuras.
ff.ſoluto matrimonio.vel vigore conuē
tionis.puta qr vxor ſoluto matrimo.p
reſtitutione ſuarum dotiū habuit cer=
tum fundum:cum pacto ꝙ ex eo lucre
tur fructus.quod pactum etiam de iu=
re canonico valet:vt late per Lauren.
de ridulfis in tracta.de vſur.in.q.lxv.
vel ſit talis creditor qui ratione damni
emergentis vel lucri ceſſantis pretēdat
maius intereſſe quam ſint quinqꝫ pro
centenario.iuxta not.per doc.et maxi=
me Jaſ.in.l.iij.§.fina.ff.de eo quod cer.
loco an in huiuſmodi caſibus creditor
poſſit lucrari ex dictis fructibus vltra
dicta quinqꝫ taxata a ſtatuto etiam il=
lud plus quod ſibi de iure debetur?
¶Et in hoc Paul.de caſtro.in conſilio
ccclxxxvi.viſis & ponderatis.in vlti.co
lum.determinat quod tales creditores
poſſint lucrari ex dictis fructibus etiā
vltra quinqꝫ a ſtatuto ordinata:qr ſta=
tutum prouidit generaliter omnibus
creditoribus:etiam illis qui nullum lu
crum de iure pretendere poterant.illis
autem qui aliquid lucraturi erāt de iu
re dedit ſuum beneficium vſqꝫ in quin=
qꝫ pro centenario.cū ergo prouiſio ſta=
tutaria veniat in augmentum non de=
bet operari diminutionē.l.legata inu=
tiliter.ff.de lega.j.Ita reſidet ibi Pau.
¶Et ex hac deciſione credo ꝙ florētie
in pnunciandis tenutis inoleuerit pra
ctica quod pronuntientur pro damnis
expen.et intereſſe ſecundum formam
ſtatutorum et vltra: addendo dictum
verbum et vltra.ad obtinendum etiam
tenutam pro illo pluri quod deberetur
creditori de iure vltra quinqꝫ taxata a
ſtatuto.et puto deciſionem de iure pro
cedere:quia in inſtrumētis indiſtincte
apponitur promiſſio refectionis dam=
norum expenſarum & intereſſe patien
dorum in lite et extra litem.Et propter
ea etiam pro dicto intereſſe lucri ceſſan
tis et damni emergentis quod de iure
deberetur poteſt pronuntiari tenuta &
procedi executiue in bonis debitoris:
ſicut proceditur pro ipſa ſorte princi=
13 pali.que not.in practica. ¶†Sed in
predictis vidi vtiliter dubitari. pone
poſt pronuntiatam et confirmatam te=
nutā ſtetit tenutarius per aliquos an=
nos ꝙ fructus tenute non percepit:ſed
interim percepti fuerūt per ipſum de
bitorem vel alium contra quem confir
mata eſt tenuta:et euenit quod poſtea
creditor recepit ſortem principalem:re
ſeruato ſibi iure ſue tenute ſuper quin
qꝫ pro centenario.modo creditor inſtat
ſibi concedi executionem per viam bra
chij militaris in dicta re in tenutā acce
ptam.iuxta.l.qui reſtituere.ff.de rei vē
dica. Dubitatur an hoc obtinere de=
beat?et prima facie videretur dicendū
ꝙ non:qr iſtud lucrum quinqꝫ pro cen=
tenario datur a ſtatuto poſt confirma=
tionē tenute & ſic pro lucro futuro poſt
ſequutam tenutam,merito nō videtur
ꝙ illud fuerit comprehenſum: nec po=
tuiſſe comprehendi in ſententia pronū
tiationis:ſeu cōfirmationis tenute.Nā
videmus quod in ſententia bene poſ=
ſunt comprehendi expenſe facte et fa=
ciende vſqꝫ ad ipſam ſententiam.ſed il
le que future ſunt poſt ſententiam non
poſſunt comprehendi in ea:vt videtur

ter.in.c.auditis.de procurã. et ibi per
Abb.⁊ alios.et no.Ange.in.l.vbi autẽ.
§.pe.ff.de verb.obli.Cum autem iſtud
lucrum quinq; pro centenario in ſentẽ
tia pronũtiationis tenute non fuerit
comprehenſum non videtur q; ad illũ
executiue per viam brachij militaris
agi poſſit. ¶Tamen hoc non obſtan=
te contrariam ſententiam puto verio=
rem.Nam (vt dixi ſupra.) in proxima
qõne non eſt dubium quod pronuntia=
tio tenute fuit facta pro ſorte principa
li damnis expen.⁊ intereſſe ſcḋm formã
ſtatutorum et vltra:non poteſt ergo ne
gari q; dictum lucrum quinq; pro cen=
tenario ordinatum a ſtatuto non com=
prehendatur per verba expreſſa dicte
pronũtiationis tenute. ¶Sed difficul=
tas ſolum reſidet an dictum lucrum ex
quo venit debendum de futuro poſt te
nutam pronuntiatam de iure potuerit
peti ⁊ comprehendi in ipſa pronuntia
tione tenute? Et in hoc etiam puto di=
14 cendum q; ſic. † Quia quando ius de
futuro debetur iure actionis: tũc actor
poteſt ad illud agere et petere illud: et
ſuper eo poteſt ferri ſententia. ſecus au=
tem ſi illud ius veniret ſolo officio iudi
cis mercenario: vt late diſputando fir=
mat per multa Alex.in.d.l.vbi autem.
§.pe.ff.de verb.oblig. dicens hanc eſſe
communem opin.cum autem iſtud lu=
crum quinq; pro centenario detur ex
diſpoſitione ſtatutaria.clarũ eſt q; pro
illo conſequendo cõpetit actio vel con=
dictio ex dicto ſtatuto.iuxta late not.per
Barto.⁊ alios in.l.j.ff. de condi. ex le=
ge. merito licet veniat de futuro poſt
pronunciationem tenute poteſt peti et
deduci in tenuta. ¶Et non obſtat.d.c.
auditis.et deciſio Angel.in.d.§.penul.
quia vt ibi declarat Alexand.predicta
procedunt in expenſis que ſolo officio
iudicis mercenario veniunt.ſecus au=
tem eſt in iure de futuro quod debetur
iure actiõis: vt eſt in caſu noſtro.⁊ iſtud
tanto clarius procederet quando eſſe=
mus in executionem inſtrumenti: in quo
damna expenſe et intereſſe eſſent pro=
miſſa per ſtipulationem: quia tunc illa
quinq; ordinata a ſtatuto pro damnis
et intereſſe deberetur etiam actione ex
ſtipulatu ⁊ diſpoſitio ſtatuti adequare
tur ad ipſum contractum quaſi ſuper
illo declaratiue procedendo: vt docet
Bar.in.d.l.j.ff.de condi.ex.l.in materia
conditionis ⁊ actionis ex ſtatuto. et ita
ſemper tenui ⁊ tenendum puto. Quis
aliqui alij tenuerint contrariũ meo iu=
15 dicio debilibus fundamentis. ¶† Jn=
ſuper in iſta materia iſtius lucri quin=
q; pro centenario debito ex forma ſtatu
ti poteſt dubitari an illa quinq; debeã=
tur a die pronuntiationis tenute ⁊ im=
miſſionis? an vero a die confirmatio=
nis? pro cuius deciſione.q.primo eſt ad=
uertendum quod florentie ex forma ſta
tuti ſit pronunciatio tenute et immiſſio
in bonis debitoris nulla citatione pre=
cedente.et hoc etiam ſi bona poſſidean
tur per tertium et non per debitorem.
⁊ iſtud etiam eſt ex diſpoſitione iuris.
vt tenent Pe.et Cy.in auten.ſi omnes.
C.ſi vt ſe ab here.abſti.et refert et ſequi
tur Paul.de caſt.in.l.fi.in.iij.colum.in
ver.in glo.que incipit ſigillorum.C.de
edic.di.adri.tolle.vbi dicunt q; in pro=
nunciatione et in executione facienda
per nuntium non eſt neceſſaria citatio
poſſeſſoris: quia non agitur de ipſius
preiudicio.nam per hoc nõ expellitur
de ſua poſſeſſione quouſq; fuerit audi=
tus.ſed poſtquam pronuntiata eſt te=
nuta et facta immiſſio per nuntium ſi
miſſus vult quod poſſeſſor expellatur
debet ille citari: et ſi non compareret ex=
pelletur et fieri debet ei preceptum q;
dimittat poſſeſſionem liberam et expe=
ditam.ſi autem compareret et nõ allegat
aliquam iuſtam cauſam ſue poſſeſſio=
nis: ſed duntaxat dicit ſe poſſidere. tũc
diſcutiendum eſt de ſua poſſeſſione.iu=
xta ea que traduntur per Pau.de caſt.
in.d.l.fi.in.iij.colum.et florentie ſtatu=
tum ponit modos quibus poſſeſſor po
teſt iuſtificare ſuam poſſeſſionem et re=
leuare ſe a preceptis. ¶Deueniendo
itaq; ad deciſionem dubitationis no=
ſtre diſtinguendum puto quod aut im=
miſſio in tenutã eſt facta in bonis poſ=
ſeſſis per ipſum debitorem vel eius he
redem.et tunc dictum lucrum quinq;

pro centenario debebitur a die immiſ-
ſionis in tenutam. & ratio eſt quia tunc
tenuta non indiget alia confirmatione
ſed ſequuta immiſſione cauſatur eſt pi
gnus pretorium. iuxta. l. non eſt mirū. &
ibi not. Barto. ff. de pign. actio. nam ne
q debitor neq heres poteſt contradice
re. iuxta not. per gloſſ. & doc. in. l. cū res.
C. ſi alie. res pig. da. ſit. & not. per Bart.
in. l. rem alienam. in. ij. colum. verſicul.
quero circa iſtam partem. ff. de pig. vbi
habetur quod quando agitur cōtra de
bitorem hypothecaria ſufficit probare
ipſum poſſidere cum allegatione do-
minij quia ille non poteſt referre. q. do-
minij. & idem etiam dicendum eſt quan
do immiſſio in tenutam eſſet facta de
bonis exiſtentibus apud ipſum credito
rem. que immiſſio fit per decretum iudi
cis in quo permittit ipſi creditori poſſi
dere ex pſo decreto: vt habet per bart.
in. l. ſi finita. § iulianus. ff. de dam. infe.
in. iij. col. tunc enim immediate ſequit'
16 fuit effectus tenute. ¶ † Aut immiſſio
eſt facta in bonis poſſeſſis per aliū ter-
tium poſſeſſorem. & tunc aut ille non re
leuat ſe a preceptis de diſgōbrando ei
factis per aliquem ex modis traditis a
ſtatuto, de quo precepto meminit bar.
in. l. ſicut. § ſuperuacuum. in. ij. colum.
ff. quibus mod. pig. vel hypo. ſolu. & di-
cta quinq debebuntur a die immiſſio-
nis: quia talis non dicitur poſſeſſor ſed
ingōbrator & occupator qui incontinen
ti expelli poteſt. l. j. § hoc interdicto. et
ibi per Bartol. ff. vti poſſi. & per Alexā.
in. l. idem eſt. § cum igitur. ff. de vi et vi
arma. et potius dicendum eſt iſtum ta-
lem fuiſſe in poſſeſſione quam poſſediſ
ſe inter que eſt differentia: vt. l. ſi quis
ante. ff. de acquirend. poſſeſ. & habetur
per Cor. in cōſilio. cxxxvij. licet multas
in litera. c. j. tertio volumi. et ideo ta-
lis poſſeſſor non eſt in conſideratione:
ſed eſt perinde ac ſi bona fuiſſent imme
diate apud ipſum debitorem: aut ille
tertius poſſeſſor iuſtificat ſuam poſſeſ
ſionem et releuat ſe a preceptis. & tunc
quia adhuc eſt diſputandum ſuper va
liditate dicte tenute et diſcutiendum
ſuper prioritate & potioritate iurium

non cenſetur tenuta data donec fuerit
confirmata cum agatur ex ſententia cō
firmante & non ex confirmata. vt p bar.
in lege eos qui. C. de appella. ideo tunc
non debebitur lucrum niſi ſubſequuta
confirmatione et a die confirmationis:
quia tunc vere dicitur tenutarius et
non ante. nam ſtante contradictiōe act'
tenute nō erat perfectus, & propterea
confirmatio ſubſequens eſt illa q perfi-
cit tenutam & primum decretum. iuxta
not. per Iaſo. in. l. more. in materia con-
firmationis: in. vij. columna in ſecunda
fallenti. ff. de iur. om. iudi. vbi conclu-
dit quod quando actus eſt imperfect'
qui confirmat dicitur de nouo dare.
17 ¶ † Iſtud autem vltimum puto fallere
in dote que repetitur ab vxore ab here
dibus mariti ſoluto matrimonio: quia
ex quo mulier agendo pro dote conſti-
tuerit heredes mariti in mora debea-
tur ſibi alimenta & intereſſe a die more
cum dicatur eſſe in damno emergenti
quando non haberet vnde aliunde ſe
aleret vel aliter damnum pateretur. cō
munis enim eſt concluſio quod quando
mulier poſt mortem mariti non habet
aliunde vnde ſe alat. prout magis fre-
quenter contingit quod tunc ſi mulier
inſtet pro dote dicatur pati damnum
propter moram heredum & ſibi debea-
tur alimenta & vſure pro dote non ſo-
luta in bonis mariti. vt late habet per
Ro. Imol. Alexand. et alios in. l. diuor
tio. in princip. in. vj. & vij. colum. ff. ſolu.
ma. & cum talis mora et damnum ince
perit a die pronunciate tenute dicendū
puto quod dicta quinq in dote debean
tur a dicto die que conſideratio non mi
litat in alijs creditoribus. que omnia
bene no. in practica. quia ſemper vidi
ita obſeruari.
18 ¶ † Vlterius vidi etiam dubitari circa
dicta quinq pro centenario debita te-
nutario ex fructibus ex diſpoſitione ſta
tuti. an ſcilicet illa debeantur ſi ex bo-
nis in tenutam accepit fructus perce-
pti non fuerint: Et prima facie videba
tur dicendum quod non propter illud
verbum ex fructibus. quod vide-
tur poſitum taxatiue et non de-

monſtratiue.iuxta no.in.l.lucius.ff.de alimen.⁊ ciba.lega.⁊.quidam teſtamento.in princip.ff.de leg.j. ¶ Tamen hoc non obſtante puto aliter dicendum.videlicet ꝙ ſufficiat bona in quibus eſt facta immiſſio eē de ſui natura fructuoſa ad hoc vt dicta quinqꝫ pro centenario debeantur.etiam ꝙ ex dicta re fructus percepti non fuerint culpa vel negligentia debitoris:vel alterius poſſeſſoris qui forte bona non coluit nec colere fecit.vel etiam ſi fructus eſſent per
19 cepti ſed per alium. ¶ † Et probatur iſta concluſio per not. per Alexand.et Soci.in.l.de diuiſione.ff.ſol.matrimo. dum examinant an ratione more irregularis debeantur fructus rei non traditre:⁊ diſtinguunt inter rem fructuoſam ⁊ rem de ſui natura ſterilem. nam primo caſu ſi ſunt percepti fructus vel percipi potuerunt.ſed ex culpa vel negligentia nō fuerunt percepti. tunc debentur fructus qui percipi potuerunt ꝑ textum in.l.iulian⁹.§.ex vendito.in verſic.facultatem.ff.de.actio.empt.⁊ in l.venditor domus.⁊ in.l.ſi ea res.eod.tit. In quibus iuribus probatur quod ſi poteſt imputari venditori quare fructus non percepit tenetur etiam de percipiendis.⁊ ideo dicunt quod male fuit conſultum per quoſdam quod venditor domus qui fuit in mora irregulari: non teneatur ad pēſionem ſi ipſe non habitauit nec aliū locauit quia ſm eos ſatis eſt ꝙ potuit habitare vel alteri locare.ſecundo vero caſu quando res eſt de ſui natura ſterilis non debentur fructus ſeu vſure correſpectiue ad fructus.ſed ſolum debentur propter perfidiam ⁊ inobſeruantiam. vt per Soci. in dicta.l.de diuiſione.⁊ pro hac opinione videtur caſus in.l.iulianus.la.j.in fi.prin.ff.de vſur.vbi in petitione nude ꝓprietatis veniunt fructus ⁊ vſure correſpectiue.prout poteſt illa res producere.⁊ ibi no.Ang.⁊ Saly. ¶ Unde cōcluditur ꝙ illa diſpoſitio que vult ꝙ quis lucretur fructus ex re:intelligitur etiam ſi ex re fructus percepti non ſint.dūmodo res ſit fructuoſa ⁊ percipi potuerint.⁊ ſic ſtatutū ꝙ tenutarius lucretur quinqꝫ pro centenario ex fructibus verificat̄ ⁊ procedit dūmodo res ſit fructuoſa.⁊ ex ea fructus percipi poſſint.ſecus autem ſi res eſſet ſterilis ⁊ infructuoſa. Si tamen fructus percepti ſunt ex dicta re.ſiue per debitorem ſiue per tenutarium ſiue per alium. ⁊ non aſcenderent ad quinqꝫ pro centenario tunc tenutarius non poſſet petere ſuppleri dicta quinqꝫ vltra dictos fructus: qꝛ bene in hoc ſtatutum loquitur taxatiue dicendo ex fructibus.⁊ hoc modo procedunt.d.l.lucius.ff.de ali.⁊ ciba.lega.⁊.d.l.quidam teſtamento.in princi. ff.de lega.j.vꝫ quatenus fructus aſcendunt ⁊ non vltra. ¶ Sed in hoc poſſet dubitari quid ſi negetur fructus perceptos per debitorem vel alium tertium poſſeſſorem eſſe tot quot ſufficiant ad dicta quinqꝫ.quis habeat hoc probare:⁊ breuiter puto onus probandi hoc incūbere ei qui percepit dictos fructus qꝛ talis negatio eſt fundamentum intētionis negantis. agens autem fundat ſe in qualitate rei fructuoſe. iuxta not. per Barto.⁊ docto.in.l.in illa ſtipulatione ſi calendis.ff.de verbo.obligatio.

20 ¶ † Decimo dubitatur quid ſi data eſt tenuta alicui creditori in aliqua re ſibi hypotecata.tñ in ea danda fuit proceſſum inordinate ⁊ minus ſolēniter. adeo ꝙ tenuta eſt nulla vel venit annullanda.an ſaltem dicta res per prius obligata poſſit retineri per creditorem ⁊ reſpondetur breuiter ꝙ Bald.in.l.fund⁹ qui lucij titij.in lectura antiqua. ff. de reſcin.ven.tenet ꝙ ſic.per tex.⁊ glo.ibi. ⁊ vere.d.glo.hoc vult intelligi illū text. ꝙ ibi venditio facta fuit minus ſolēniter.tamē qꝛ res erat obligata ob vectigal rei publice que illam vendidit.ideo datur exceptio ⁊ retentio emptori donec ei ſit reſtitutum precium ſolutum per eum reipublice ad vtilitatem debitoris.⁊ ita etiam videtur probari ꝑ tex. in.l.emptor.in princ.ff.d rei ven.quem allegat.d.glo. ¶ Et illud dictum Bald. allegat pro ſingulari Bertachinus in ſuo tractat.de epiſcopo.in primo libro penulti.colū.⁊ ita etiā dicit tenere Veronē.in ſingulari.l.xxv.⁊ dicit eſſe per

petuo tenendum menti. Ad idem text. in.l.ſi nõ ſortem.§.ſi centũ.ibi ager, autem retinebitur donec debita pecunia ſoluatur.iuncta gloſſ.ibi.ff.de condi. in debi.& iunctis no.per Pau.de caſt.in.l. petet.ti.in fi.ff.de pigno.actio. vbi dicit rem datam inſolutum vel aliter nulliter perueniam ad creditorem poſſe retineri pro debito.& ita dicit eſſe intelligendum id quod habetur in.d.§.ſi centum. ¶ Et pro iſta deciſione facit optime dictum Specu.in titu.de contuma.§.ſequitur videre colũ.iij.ver.ſed pone conueni te.quod refert & ſequitur Bar. in.l.iij.§.fi.in fi.ff.de acqui.poſ. vbi concluditur q ſi creditor in hypotecaria fuit immiſſus ex primo decreto. quo caſu efficitur poſſeſſor ante annum ſed reuocabiliter: vt habetur in.d.l.iij.§.fina. et dixi.ſ.in hoc.ij.membro.in.vj.q. nume.xxj.ſi infra annũ debitor velit reuocare immiſſionem.iuxta autenti. ei qui C.de bo.auto.iudi.poſ.non debet audiri ſi incõtinenti creditor eſt paratus docere de ſua hypoteca:& pro ſuo credito et hypoteca poteſt rem retinere. & hãc opi.tenet Alexã.in.d.l.iij.§.fina.& dicit eam procedere: dũmodo creditor offerat incontinenti ſe probaturum de ſuo

21 credito & hypoteca.†Et mouetur quia etiam in iudiciis poſſeſſoriis vbi poſſeſſio peruenit ad poſſeſſorẽ ex iuxta cauſa ſi offerat ſe incontinenti probaturũ de ſuo iure auditur poſſidens.l.fina.cũ gloſ.C.quorum bono. Et non obſtat q in poſſeſſorio recuperande debet prius reſtitui poſſeſſio anteq̃ audiatur poſſidens ſuper ſuo iure: vt.l.ſi quis a ſe fundum.C. vnde vi. Quia illud eſt verum quando agens recuperande fuit deſtitutus poſſeſſione & illa peruenit ad reũ cõuentum ſine culpa agentis. ita dicit ibi Alexan.qui dicit iſtam opi.teneri cõmuniter per doct.concordat idem Alexand.in cõſi.v.in cauſa & lite.ij.volu.in fi.& ita etiam tranſit Iaſ.in.d.§.fi.in fi.

22 ¶ †Facit etiam quia licet alias ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus. d.l. ſi quis a ſe fundum.tamẽ illa regula nõ habet locum in ſpoliatione facta p iudicem vel autoritate iudicis iudicialiter procedentis: quia tunc ante reſtitutionem debet adhiberi cauſe cognitio ſuper exceptis.vt not.glo. in. c. preſentium.vij.q.j.& eſt ratio q pro iudice preſumitur.c.in preſentia.de renuncia. et not.Archid.in.c.quorũdam.lxxiiij.diſt. & Abb.& Fely.in.c.dilectus.el.j.in.j.colum.de reſcrip.& in.c.ſi conſtiterit.de accuſa.& Decius in conſili.cxxv.in cauſa ſpoliationis.ſecus autem eſſet ſi iudex extraiudicialiter vti priuatus proceſſiſſet ad dictum ſpolium.c. conquerente. de reſtitu.ſpolia.vbi Abb.& tradit Hoſtien. in ſumma de reſtitu. ſpolia. in.§. quando facienda in princip. Et ſecundum predicta puto intelligẽda ea que vult Bald.in.l.j.in principio.C. de car. edic.dum vult q quando agitur contra violentum poſſeſſorem ſpoliatus ante omnia debet reſtitui.quem refert Sozi. in.l.iuſte poſſidet.in.iiij.colum. in ver. ſecunda concluſio.ff.de acquirend.poſ. dum infert q ſecundum decretum non rite interpoſitum eſt nullũ & q immiſſus per illud dicitur violentus poſſeſſor.& q per conſequens talis tenuta nõ poteſt cõfirmari autoritate iudicis quãdo ſpoliatus inſtat vt ſibi ante omnia reſtituatur poſſeſſio per allegata ibi p eum. ¶ Quia puto eius dicta procedere quando ſpolium fuit factum per iudicem procedentem vt priuatum.ſecus autem ſi proceſſiſſet iudicialiter lz minus ſolẽniter per allegata ſupra. & probatur per iura que allegat Sozi.vz p l.meminerint.C.vnde vi.& per.l.fin.C.ſi per vim vel alio modo.per que iura infert Sozi.q obtinens ſm decretum minus rite vel ſolẽniter dicitur violentus poſſeſſor.& ita dicit Sozi.velle Bartol. in.d.l.iuſte.& ideo debes aduertere q̃d iſtud debet intelligi quando iudex minus rite interpoſuit ſuum decretum. & poſtea dedit licentiam ipſi parti vt ingrederetur.nam tunc iſte ingreſſus et iſta ſpoliatio dicitur facta nõ iudicialiter ſed priuate: quia ipſa pars que eſt priuata perſona illam fecit.& propterea iſte qui hoc modo fuit ingreſſus dicitur violentus poſſeſſor. & incidit in penam.d.l.meminerint.C.vnde vi.ita ex

p̄reſſe vult Barto.in.d.l.iuſte poſſidet.
⁊ mag.expreſſe hoc vult Bar.in.d.l.me
minerint.in vlti.colū.in ver.hoc premiſ
ſo ⁊c.vbi clare dicit q̄ ſi vigore ſenten=
tie non recte late pars ſua autoritate in
greditur dicitur violentus poſſeſſor et
incidit penam.d.l.meminerint.ſecus ſi
vigore ſententie nō rite late mittatur in
poſſeſſionem per executorē:q2 tunc non
habet locum dicta conſtitutio. ⁊ modo
intelligis quando dicatur iudex ſpolia
re aliquem procedendo vt iudex ⁊ quā=
do dicatur ſpoliare procedēdo vt priua
tus.nam ſi procedat ſentētia ſeu decre=
tum iudicis minus rite ⁊ ſolēniter latū
⁊ iudex vigore dicti decreti faciat agen
tem immitti in poſſeſſionē per executo=
rem ſeu nuncium publicum.tunc dici=
tur ſpoliare poſſeſſorem procedendo vt
iudex.ſi autem det licentiam ipſi parti
vt propria autoritate ingrediatur poſ=
ſeſſionem.tunc dicitur ſpoliare vt pri=
uatus.ita in effectu vult Barto.in.d.l.
iuſte.⁊ in.d.l.meminerint.⁊ ibi etiam
Saly.in.l.ij.col.in ver.iij.opi.⁊c.⁊ hoc
modo (vt dixi) ſunt intelligenda no.per
Soz.in.d.l.iuſte in verſi.ij.cōcluſio.vȝ
quando decretum erat nullum ⁊ pars
vigore dicti decreti vel propria autori=
tate:vel etiam de licētia iudicis ingreſ
ſa fuit poſſeſſionem.tunc enim dicetur
violentus poſſeſſor cum ſpoliatio facta
fuerit per perſonam priuatam.ſecus ſi
fuiſſet ingreſſus introducente eum nun
cio vel executore publico: q2 tunc non
eſſet violentus poſſeſſor.⁊ iſto vltimo ca
ſu nō habet locum.d.l.ſi quis a ſe fun=
dum.ſed licet agatur recuperande de=
bet adhiberi cauſe cognitio ſuper excep=
tionibus rei conuenti ⁊ procedunt not.
per Felyn.in.d.c.dilectus.el primo.de
23 reſcrip.¶ † Et pro confirmatione predi
ctorum faciunt not.per Alexand.poſt
Ange.⁊ alios in.l.ſi finita.in prin.ff.de
dam.infec.vbi vult q̄ poteſt peti vt te=
nuta que data fuit minus rite cōfirme
tur per iudicem.et in ſimili adducit q̄
ſententia nulla poteſt per iudicem ap=
pellationis confirmari:vt per Barto.in
l.j.in fi.in verſicu.quero quid ſi datur
libellus ſuper nullitate.C.quando pro=
uo.non eſt ne.⁊ tradit idem Alexan.in
conſi.lxxxj.in cauſa ⁊ lite.col.fi.vij.vol.
vbi cōcludit q̄ tenuta que eſt nulla cō=
firmari poteſt per iudicem appellatio=
nis vel nullitatis ſi cōſtat ſibi q̄ de no=
uo danda eſſet.⁊ ſic q̄ ille cui data eſt
foueat iuſtitiā.⁊ allegat Bar.in locis ſ̄
allegatis.⁊ cōcordat Ange.de are.in.§.
quadrupli.inſtitu.de act.⁊ Pau.de ca.
in cōſi.lxxxix.in cauſa capture.in fi.vbi
concludit q̄ ſi captura fuit nulla ex de
fectu citationis.ſi tamen conſtat de de=
bito:q2 captus confitetur vel alio modo
apparet non dȝ captus relaxari:ſed de
bet captura cōfirmari per.l.fi.§.fi.ff.q̄d
me.cā.Et iſtud late firmat Bertachi.in
d.trac.de epo.in primo lib.pe.col.ſequi
tur Jaſo.in.l.ſi pacto quo penam in.iij.
colum.C.de pac.que not.q2 in practica
frequēter poſſunt cōtingere.⁊ forte non
inuenies plenius examinata ⁊ declara
24 ta.¶ † Undecimo dubitatur an immiſ=
ſio ⁊ decretum poſſit interponi in nomi
nibus debitorum ⁊ actionibus? ⁊ text.
eſt not.q̄ ſic in.l.j.C.de preto.pign.⁊ ibi
glo.docet q̄ talis immiſſio dȝ fieri hoc
modo.vȝ q̄ debet citari debitor in cu=
ius nomen facienda eſt immiſſio.⁊ ſi cō
fiteatur debitum coram iudice iudex iu
bebit id eſſe pignori creditori.⁊ talis iuſ
ſus habet vim quaſi immiſſionis.⁊ ex
hac quaſi immiſſione dabitur credito=
ri vtilis hypotecaria.vt.l.a diuo pio.§.
ſi quoq̄.⁊.§.ſed vtrum.⁊.§.ſed quid di
cemus.ff.de re iudi.⁊ illam glo.vt nota
bilem ſequit̄ Saly.in.d.l.j.⁊ de mate=
ria vide latiſſime per Alex.poſt Bar.⁊
alios in.d.§.ſic quoq̄.ad cuius dicta ſa
25 tis ſit remiſſio.¶ † Duodecimo querit̄
an ſicut creditor qui cadit a poſſeſſione
pignoris cōuentionalis pōt recuperare
pign° p̄ hypotecariā.ita etiā ſit i pigno
re pretorio? ⁊ breuiter tex.eſt no.in.l.fi.
C.de preto.pig.q̄ idē eſt in vtroq̄ pigno
re.⁊ ita no.ibi Bald.⁊ Saly.⁊ idē tenet
Barto.in.l.ſi quis miſſum.§.j.in fi.ff.de
26 dam.infecto.¶ † In quo vnum eſt no=
tandum q̄ lȝ alias in hypotecaria in=
tentata ex pignore cōuētionali requi=
ratur excuſſio.tamen quando agitur ex
pignore pretorio ad pignus a quo im=

miſſus cecidit.iuxta text.in.d.l.fi.non re
quiritur excuſſio: vt.l. ſi poſtq̃.ff. vt in
poſ.leg. Nam eodem imperio quo miſ-
ſus fuit in poſſeſſionē debet in ea cōſer-
uari.l.ſi quis miſſum.ff. ne vis fiat ei. ⁊
l.ij.§.erit.ff.de iureiurā.⁊ ita tenet Bal.
in.l.j.in fi.prime col.in ver.ſed ego que-
ro ⁊c.C.de reuo.his que in frau.cred. et
dicam infra in.ij.parte huius ſcdi mē-
27 bri.in vlti.diffe.nu.lxvj. ¶ † Decimo-
tertio queritur an cum pignore cōuen-
tionali poſſit concurrere pignus preto
riū in eadem re? Et breuiter reſponde
tur q̄ ſic prout eſt tex.in.l. fundus quē.
ff.de an.lega.⁊ ſentit glo.in.l. cum debi
toris.C.de iudi.⁊ ibi tenent Jac. de are.
Cy.Fran.tigri.Saly.Alexan.⁊ Jaſ. et
propterea habens pignus conuentio-
nale poteſt etiam petere a iudice ſe im-
mitti in poſſeſſionem ex primo decreto
per qđ conſtituitur pignus pretorium.
iuxta.l.non eſt mirum, ff. de pignorati.
actione.

28 ¶ † Et ex predictis inferunt in.d.l. cum
debitoris. Bal.Pau.de ca.Alex. ⁊ Jaſ.
qđ licet dominium non ſit multiplica-
bile: quia eſt ius plenū: vt.l.iij.§.ex plu
rimis.ff. de acquiren.poſ. tamen hypo
theca bene poteſt multiplicari vt ibi q̄
eſt ius ſemiplenum: ⁊ vtilitas iſtius ac
cumulationis pignoris pretorij eſt ſe-
cundum prefatos doc. quia in venditio
ne pignoris conuentionalis requiritur
maior ſolēnitas de qua in.l.fi.C. de iure
domi.impe. q̄ requiratur in pignore
pretorio Item q̄ pignus cōuentiona-
le non adaptatur ad ſecundū decretū.
prout facit pignus pretorium quod eſt
primum decretū.iuxta glo. magiſtram
in.l. ſi finita.§. ſi plures. ff, de damno
infecto.

Sequitur modo ſecunda pars
iſtius ſecundi membri. in qua
videndum eſt in quibus conue
niat pignus conuentionale cū
pignore pretorio. ⁊ deinde in quib⁹ ad-
29 inuicem differant. ¶ † Primo igitur cō-
ueniunt quia in vtroq̄ ⁊ pro vtroq̄ cō
petit actio hypothecaria: vt.l.j.et.ij.C.
de pretio.pig. Secundo conueniunt re-
ſpectu pignoratitie directe: quia ſicut
debito ſatiſfacto competit debitori dire
cta pignoraticia ad repetēdum pignus
conuentionale: vt in toto titul.ff.⁊.C.de
pig.act.ita ⁊ in pignore pretorio ſoluto
debito competit debitori vtilis pigno-
ratitia ad repetendū pignus pretoriū.
vt.l.ſi is cui.§.queri poteſt.ff. vt in poſſ.
leg.⁊ not.Bar.in.l.j.ff.de pig.actio.⁊ vt
ſubdit ibi Barto. idem eſt dicendum in
pignoratitia cōtraria que competit cre
ditori per.d.l.is cui.§.queri poteſt.⁊ idē
not. Bar.in.l.ſi pecuniam.ff. de pig.act,
vbi dicit eſſe tex.pro hoc. Et que ſit ra-
tio quod pignoratitia que datur debi-
tori pro pignore pretorio ſit vtilis ⁊ nō
directa declarat Saly.in.l. que pigno-
ris.C.de pig.ac.vʒ qđ ideo iſto caſu da-
tur vtilis ⁊ non directa: q̄ non procedit
ex conuentione partium neq̄ ex tradi-
tione.qđ eſt neceſſe vt detur directa pi-
gnoratitia.vt inſti.qui.mo. re contrahi.
obli.§.item is ⁊.§.fin. ¶ Uenio nunc ad
differētias inter pignus cōuentionale
⁊ pignus pretorium ⁊ reperio inter illa
30 decē differētias. ¶ † Prima itaq̄ diffe-
rentia eſt in modo cōſtituēdi q̄ pignus
cōuentionale ſolo cōſenſu cōſtituit̄: vt
l.j.ff.de pig.act.pretoriū vero pignus re
quirit actualē immiſſionē vt.l.nō eſt mi
rū.co.ti.⁊ hoc preter q̄ ſi p̄ſtat̄ impedi
mentū in immiſſiōe: q̄ tūc pign⁹ pretoriū
cauſat̄ ſolo aſpectu, tex.⁊ ibi no.bar.i.l.
cū vn⁹.§.fi.ff.de bo.au.iu.po.⁊ h̄r p bar.
⁊ alex.in.l.j.i p̄n. in vl.col.ff.de acq.poſ.
⁊ etiam ſi tale impedimētum eſſet cau-
ſatū per potentiā aduerſarij. tex.⁊ ibi
no.in.c.cōtingit.de do.⁊ cōtuma.⁊ not.
Jaſ.in.d.l.in p̄n.vlti.colum.⁊ hanc pri
mam differentiam ponit glo.⁊ ſequitur
31 Bar.in.l.j.ff.de pign.acti. ¶ † Secunda
differentia eſt ſm gl.in.d.l.j.q̄ ſi in pi-
gnore conuentionali male verſet̄ credi
tor tenetur debitori pignoratitia. ſʒ in
pignore pretorio tenetur actione in fa-
ctum.vt l.pretor.ff.de bo.aut.iudi.poſ.
In hoc tñ Bar.in.d.l.j.ſupplet q̄ lʒ in
pignore p̄torio ſit debitori p̄dita actio
in factum ex illo edicto. de quo in. d.l
pretor.in prin.quod tamen debitor ha-
bet etiam vtilem pignoratitiam. vt ſu-
pra dictum eſt per dictā. l. ſi is cui.§.

32 queri poteſt.ff.vt in poſ.lega.¶†Tertia differentia eſt ſecundum gloſſ.in.d.l.j. quod creditor in conuentionali pignore habet naturalem ⁊ ciuilem poſſeſſionem.iuxta tamen not.per Alexã.in.l.j.§.per ſeruum corporaliter.ff.de acqui.poſ.In pretorio autem nullam habet poſſeſſionem.vt.l.iij.§.creditores.ff.vti poſſi.⁊ ibi hoc late firmat glo.in verſic.non poſſe.⁊ iſtam etiam differentiã approbat Bar.in.d.l.j.dicens quod in cõuentionali pignore facta traditione trãſit poſſeſſio.vt.l.ſerui nomine.ff.de vſucap.ſecus autem eſt in pretorio.vt no.in.l.iij.in fi.ff.de acqui.poſ.⁊ ſic Bar.te-

33 net idem quod tenet gloſſ.¶†Et ex hoc infert Bar.aliam ⁊ ſic quartam differẽtiam.vʒ quod in conuentionali creditor habet interdictum poſſeſſorium vtile.ſ.vti poſſidetis.in pretorio autem ſecus.⁊ ratio eſt quia tale interdictum datur poſſeſſori tantum.⁊ creditor in pignore conuentionali poſſidet.ſecus autem in pretorio vt dictum eſt in precedenti differentia.⁊ de hoc eſt tex.in.l.ſi duo.ff.de bo.auc.iudi.poſſi.⁊ in.d.l.iij.§.creditores.ff.vti poſſi.⁊ hanc etiam differentiã ponit glo.in.d.l.j.ff.de pig.actio.vltimo

34 loco.¶†Quinta differentia eſt quia in conuentionali creditor tenetur de dolo et lata culpa ⁊ leui.In pretorio autem tenetur ſolum de dolo ⁊ lata culpa:vt.l.pretor.§.eſt preterea.ff.de bo.auc.iudi.poſſi.ita tenet glo.in.d.l.j.⁊ ex hoc bar.in.l.ſi finita.§.ſi quis damni.ff.de dam.infec.infert quod ille qui habet pignus conuentionale tenetur indiſtincte reficere.alias de obmiſſo poteſt conueniri a debitore.ſed ille qui habet pignus pretorium non tenetur ad reficiendum.niſi obmiſſio refectionis caderet in dolũ vel latam culpam.vt.d.l.pretor.§.his verbis.⁊.§.preterea.ff.de bo.auc.iud.poſſi.et quod creditor in contractu pignoris conuentionalis obligetur de dolo lata culpa ⁊ leui eſt tex.in.§.creditor quoq;.inſti.quib.mo.re contrahi.ob.⁊ in.l.ſicut.⁊ ibi glo.⁊ bal.C.de pig.⁊ in.l.ſi cũ venderet.§.fi.⁊ ibi no.glo.ff.de pig.act.⁊ habetur per Deciũ in.l.contractus.nu.27.ff.de reg.iur.⁊ adde hic que dicã.j.in.v.mẽbro.v.partis principalis.in.v.ampliatione.vbi tractatur de fructibꝰ pignorũ.⁊ iſtam differentiam obmiſit

35 Barto.in.d.l.j.ff.de pig.ac.¶†Sexta differentia eſt ſecundum gloſ.in.d.l.j.quod in pignore conuentionali ſi debitor dat damnũ in pignore creditor agit contra eum contraria pignoraticia.l.ſeruum.ff.de pig.ſed in pretorio pignore dicit gloſ.per ver.forte ſecus eſſe.⁊ ſic gloſ.dubitatiue ponit hanc differentiã ſed doc.in hoc contrarium tenent.quia extincto debito datur vtilis pignoraticia debitori ad recuperandum pignus pretorium:vt.d.l.is cui.§.queri põt.ff.vt in poſ.lega.ergo ecõuerſo etiã creditori dari debet pignoraticia actio pro dãno illato a debitore in pignore pretorio cum agatur ad exemplum pignoris conuentionalis.vt.d.§.queri poteſt.⁊ lʒ (vt.ſ.dictum fuit) in.ij.differẽtia.in pretorio pignore competat actio in factuʒ.tamen per hoc nõ excluditur vtilis pignoraticia de qua in.d.§.queri poteſt.⁊ ita tenent Bar.⁊ Salyce.in.d.l.j.⁊ ſic

36 iſta.vj.differentia non eſt vera.¶†Septima differentia eſt ſecundum gloſ.in d.l.j.qꝙ pignꝰ pretorium creditori addictum pro toto debito datum preſumitur:vt.l.a diuo pio.§.ſi pignora.ff.de re iudi.in pignore autem conuentionali eſt ſecus:quia etiaʒ qꝙ creditor pro ſuo credito recipiat pignus minus idoneum.tamen in reſiduo ſibi non preiudicat:vt eſt tex.in.l.creditor.la.ij.ff.ſi cer.pe.⁊ ibi no.gl.Bar.Alex.⁊ Iaſ.cum concordãtiis ibi allegatis quãuis vt dicit ibi gl.iſtud veneti non ſeruant.ſed in dicta ciuitate creditores recipientes pignora minus idonea ſibi preiudicant.⁊ idẽ dicit gl.in.l.j.C.de pigno.⁊ glo.in.l.ſi pro mutua.C.ſi cer.pet.vbi Ang.infert qꝙ illud quod dicit gloſ.in venetis eſt etiaʒ dicendum in feneratoribus vſurariis ⁊ iudeis.ſed Alexan.⁊ Iaſon in.d.l.creditor iſtud quod dicit Ang.intelligunt procedere quando in loco extaret talis conſuetudo ⁊ probaretur.al's circũſcripta conſuetudine.dicũt.d.l.creditor indiſtincte procedere.⁊ iſtam differentiã inter pignus conuentionale ⁊ pretoriũ

tenent Alex. ꝛ. Jaſ.in.d.l.ſi pignora. et Jaſ.poſt alios in.d.l. creditor. ¶ Illud tamen quod dictum eſt in pignore intellige tu duobus concurrentibus. vȝ ꝙ datio in ſolutuȝ fiat ſimpliciter ꝛ ꝙ creditor nō contradicat.tunc enim verum eſt ꝙ datio in ſolutum cenſetur facta ꝓ toto debito:etiam ꝙ pignus minus valeret.ſecus autem ſi datio in ſolutū fieret pro certa eſtimatione facta de re in pignus accepta.nam tunc non preiudicaret creditori in reſiduo.ꝛ ſimiliter ſecus eſſet ſi creditor contradiceret dationi in ſolutuȝ ei per iudicem ſimpliciter facte:qꝛ eo inuito non poteſt iudex adijcere ei pignus in ſolutum vltra iuſtam eſtimationem.etiam ꝙ factis publicis ſubhaſtationibus emptor non reperiretur. Iſta videtur eſſe magis vera ꝛ cōmunis concluſio quam videtur ſentire glo.in.d.§.ſi pignora.in ver.contentus. ꝛ illam tenent Rapha.cu.Jmo.Alex. ꝛ Jaſ.ibi qui dicit illam eſſe tutiorem et equiorem.licet Bar.ibi teneat contrarium videlȝ ꝙ iudex dando ſimpliciter pignus pretorium creditori in ſolutum cenſeatur dare pro toto debito etiam ſi creditor contradiceret ꝛ idem videt̄ velle glo.in.l.ordo.C.de execu.rei iudi. Tamen precedens opin. videtur verior et equior.ꝛ illa in pratica ſeruatur.ꝛ illaȝ etiam tenet Salycc.in.d.l.j.ff.de pigno.

37 act. ¶ † Adde tamen in predictis ꝙ in dubio pignus conuentionale datū creditori preſumitur idoneum.ita no. glo. in.l.ij.in ver.redigere.C.de pigno.ꝛ per dictam glo.bal.in.d.l.creditor. infert ꝙ cum pignus in dubio preſumatur idoneum creditor qui dictum pignus accepit non poterit facere capi debitorem tanꝙ̄ ſuſpectum de fuga.ꝛ ita referūt ꝛ ſequuntur Alexand. ꝛ Jaſon dicta.l.

38 creditor. ¶ † Octaua differentia additur per barto.in.d.l.j. vltra glo.ibi vȝ ꝙ in bonis minorum vniformiter conſtituitur pignus pretorium ſicut in bonis maiorum.vt.l.apud iulianum.§.j. ff.ex quibus cauſis in poſ.ca. ꝛ.l.ſi minor.ff.de bo.auto.iudi.poſſi. Jn conuentionali autem eſt ſecus.quia bona immobilia minorum non poſſunt obligari ſine decreto iudicis:vt.l.j.in fi.ꝛ.l.ſeque.ꝛ ſeq.ff.de rebus eorum.

39 ¶ † Nona differentia additur etiam per barto.vltra gloſ.in.d.l.j.videlȝ quod pignus cōuentionale non poteſt recuperari per debitorem niſi prius ſoluto debito.vt.l. ſi rem.§.omnis.ff.de pigno.act.ſed pretorium recuperatur ſtatim cum debitor comparet obſeruatis tamen his de quibus in auten.ei qui iurat.C.de bo. auto.indi.poſ. ¶ Decima differētia ponitur etiam per barto.vltra glo.in.d.l.j. videlȝ quia in conuentionali pignore qui prior eſt in tempore potior eſt in iure.vt.l.creditor.in princi.ff.qui potio.in pigno.habean. Sed in pretorio eſt ſec° in quo tamen remittit ſe ad no.in.l. cuȝ vnus.ff.de bo.auto.iud.poſſi.ꝛ in.l.ſi et iure.ff.qui po.in pigno.habe.ꝛ dictum fuit.s.in hoc ſecundo membro.in.viij. q.nume.10. vſqꝫ ad.ix.q.vbi vide. ¶ Sȝ licet poſuerim.x.differentias.tamen qꝛ vj.differentia.s.relata non eſt vera.ꝛ ſic non remanent niſi nouem.vnde ego addo.x. differentiam prout premiſi.

40 ¶ † Decima differentia eſt quod in pignore conuentionali non poteſt creditor agere contra tertios poſſeſſores dicti pignoris niſi prius facta excuſſione principalis debitoris:vt in auten.hoc ſi debitor.C.de pigno. Sed in pretorio pignore eſt ſecus:quia etiam non excuſſo principali debitore poteſt creditor agere actione in factū aduerſus extraneos poſſeſſores ad quorum manus peruenit res in quam creditor immiſſus fuit ex primo decreto.ita ſingu.tenet bald. in.l.j.in ſecunda colūn.C.de his que in frau.credi.quia ſecundum eum eodem imperio quo creditor immiſſus fuit eodem tueri debet.l.ſi quis miſſum.ff.ne vis fiat ei.ꝛ ita refert Alexan in apoſtil. ad barto.in.d.l.j.ff.de pigno.act.et refert ꝛ ſequitur Jaſon in.d.l.creditor qui non idoneum.ff.ſi certum petatur ꝛ in d.l.a diuo pio.§.ſi pignora.in primo no. dicens quod dicta deciſio bal.eſt ſingularis.ꝛ dixi.s.in hoc ſecundo membro. in.xij.queſtione nume.lj. ¶ Cetera autem pertinentia ad materiam primi et ſecundi decreti non proſequor aliter.

tum q2 ordinarie ponuntur per Bart. Alex. & alios in l. ſi finita. §. Julianus. ff. de dam. infec. & in l. a diuo pio. ff. de re iudi. & Fely. & alios in c. conſultationibus de offi. delega. Tum etiam q2 non pertinēt in totum ad materiam pignorum: que reſpicit ſolum bona poſt immiſſionem factam. iuxta l. non eſt mirū. ff. de pigno. actio.

¶ Summarium.

1 Pignus iudiciale quod dicatur et qualiter conſtituatur.

2 Pignus iudiciale an et in quo differat a pretorio.

3 Executio facta vigore ſententie per primum decretum non reuocatur per ſatiſdationem de iudicio ſiſti ſicut reuocatur primum decretum in contumacia interpoſitum ſed requirit ſolutio debiti.

4 Executio facta vigore inſtrumenti habentis vim ſententie non reuocatur niſi debito ſoluto.

¶ Tertium membrum tertie partis.

Sequitur modo tertium membrum huius tertie partis in quo tractandum eſt aliquid de pignore iudiciali.
1 ¶ † Primo ergo queritur quomodo conſtituatur pignus iudiciale? Et reſpondetur quod tam pignus iudiciale q̄ pretorium cōſtituitur per immiſſionem in poſſeſſionem ex decreto iudicis. vt eſt tex. in l. ij. C. qui po. in pign. hab. & ibi not. gloſſ. Sed proprie pretorium pignus dicitur quando nulla precedente ſententia iudex immittit creditorem in poſſeſſionem ex primo decreto. iudiciale vero cum ex ſententia precedente vel re iudicata iudex agentem ex primo decreto immittit. ita declarat glo. in d. l. ij. & gl. in l. ij. C. de preto. pig. licet glo. in vtroq3 loco dicat largo modo vtrunq3 poſſe dici iudiciale cū vtrūq3
2 ipſorum detur a iudice. ¶ † Sed quod in aliquo differant apparet ex diuerſitate titulorum: videlz. C. de preto. pign. et C. ſi in cauſam iudic. pig. capi. ſit. ſi enim non differrent non eſſent poſita in diuerſis titulis iuxta l. imperator. ff. de in diem adiec. ¶ Et quod pignus iudiciale & pretorium differant tenet Alex. in l. a diuo pio. §. in venditione pe. colū. in ver. querit Bar. pone quod fuit facta
3 executio &c. ff. de re iudic. ¶ † Et ego inuenio inter dictum pignus pretorium & iudiciale vnam notabilem differentiā vz quia in pignore pretorio quando eſt facta immiſſio ex primo decreto nō precedente re iudi. debitor infra annum in reali & in perſonali. ſ. xxx. annos poteſt recuperare tenutam reficiendo expenſas & cauēdo de iudicio ſiſti. iuxta auc. ei qui iurat. C. de bo. auc. iudi. poſſi. et c. j. de do. & contu. lib. vj. declarando tamē iuxta not. per Bart. in d. l. ſi finita. §. iulianus. in iiij. col. in verſi. procedo vlterius. & addita ibi per Alex. in xvj. colū. in ver. item adde in q̄ſtum Bar. hic tangit infra q̄tum tempus. Sed in pignore iudiciali vz quando facta eſt immiſſio pro executione ſnie eſt ſecus. quia in eo non audit reus volens recuperare poſſeſſionem licet offerat expenſas & ſatiſdationem predictam. ita not. Bart. in l. properandum. §. ſin autē reus. C. de iudi. & mouetur per tex. in l. ſi pecunie. §. fina. ff. vt in poſ. leg. quem text. idem Bar. in l. conſentaneum. pe. col. C. quō & quando iud. in terminis proprijs dicit non eſſe alibi. & ita etiam tenent Bal. et Saly. in d. §. ſin autem reus. Sed oportet ſi debitor contra quem eſt facta immiſſio in pignore iudiciali vult recuperare pignus vt ſoluat illud in quo eſt condemnatus. & ita etiam tenet Alexā. in dicto. §. ſi autem reus. in j. colum. in verſic. in ca ibi perpetuo auditur. et ibidem Jaſ. in vltima columna. in verſicu. item in quantum concludit Bart. quod
4 ſi facta eſt immiſſio &c. ¶ † Et idem videtur dicendum in inſtrumento guarētigiato vel publico habente vim ſententie ex forma ſtatuti. quia facta immiſſione eorum vigore ex primo decreto non erit locus reuocationi tenute per ſolutionem expenſarum & cautionem de iudicio ſiſti. ſed erit opus ſoluere debitum pro quo eſt facta immiſſio ita videtur tenere dominus Benedictus de barzis in tractatu guarentigie. in chart. 230. quarta colum. cum ſequen. & latius in char. 233. in decimaoctaua. q. Et facit

quod no. Bar. in d. l. cum vnus. in fi. pn ci. ff. de bo. auto. iu. poſ. dum equiparat pignus qđ capitur vigore inſtrumenti guarentigiati pignori quod capitur ex cauſa rei iudi. ⁊ faciunt no. per Alexã. in d. l. a diuo pio. in §. ſi ſuper rebus. in vj. colũ. dum examinat an miſſus in poſſeſſionem ex cauſa iudicati efficiat̃ poſſeſſor. ⁊ lʒ ibi firmet opi. gl. contra Barto. q̈ talis immiſſus non fiat poſſeſſor ⁊ bene. vt notaui. ſ. in ſecũdo membro huius tertie partis. in. v. q. nu. xij. Tamen ſubdit q̈ ſi opi. Barto. eſſet vera q̈ immiſſus ex cauſa iudi. efficeretur poſſeſſor idem quod dicitur de immiſſo vigore rei iudicate deberet etiam dici de immiſſo vigore inſtrumenti habentis executionem paratam ex forma ſtatuti. Et ita etiam tenet Bart. in. l. ſi ⁊ iure. in fi. ff. qui po. in pigno. habe. ⁊ Bald. in d. l. conſentaneum. in. iiij. colũ. quos refert Alexand. in d. §. ſi ſuper rebus. ⁊ ſic procedit equiparatio de immiſſione facta ex cauſa rei iudi. ad immiſſionem factã vigore inſtrumenti quod ex forma ſtatuti habet vim ſententie. ⁊ ita puto tenendum ⁊c. Et per hec eſt expedita tertia pars principalis.

¶ Quarta pars principalis.

Capio nunc quartam partẽ principalem tractatus noſtri in qua examinatur materia diuerſorum pactorum que in pignoribus frequenter apponi ſolent. Et primo ponemus pactum. l. commiſſorie. ſecundo pactum occupandi pignus propria autoritate. tertio ſubdemus quedam alia pacta.

¶ Summarium.

1 Pactum legis commiſſorie in contractu emptionis ⁊ venditionis dicitur illud qđ concipitur per verba directa.
2 Pactum legis commiſſorie eſt in pignoribus improbatum.
3 Pactum legis cõmiſſorie in pignoribꝰ cõſtitutum an firmetur iuramẽto.
4 Pactum firmari iuramento ⁊ iuramẽtũ metu periurij eſſe ſeruandũ differũt.
5 Conſuetudo an validet pactũ legis cõmiſſorie in pignoribus cõſtitutũ.
6 Pactum legis commiſſorie in pignore adiectum non a principio tempore contractus ſed poſt ex interuallo adiectuʒ eſt validum.
7 Priuilegium dotis non extẽditur vltra ſuos limites: nec argumentũ q̈ in omni caſu dos ſit priuilegiata eſt validum.
8 Pacta in pignoribus cõſtituta an ſint ſemper ⁊ de iure valida niſi reperiantur prohibita.
9 Pactum q̈ de ingrediẽdo ⁊ occupãdo propria autoritate pignus excuſat creditorẽ occupãtem ꝯ pena vi bonorũ raptorum valet.
10 Ingredi in poſſionẽ ⁊ eſſe in poſſeſſiõe ⁊ poſſidere differunt.
11 Pactũ initum cũ creditore de ingrediẽdo excuſat a pena ingreſſus: ſed nõ excuſat ſi perſeueret vel retineat niſi hoc expreſſum ſit in pacto.
12 Pactũ de ingrediẽdo ⁊c. põt fieri etiam in vltimis volũtatibus ⁊ in alijs cõtractibus ꝙ pignoris.
13 Pactũ de ingrediendo excuſat a vitio clandeſtinitatis.
14 Pactũ de ingrediẽdo ⁊c. põt executioni mãdari etiã ſi debitor verbo ꝯtradicat.
15 Pactũ de ingrediẽdo ⁊c. nõ põt exequi niſi mora debitoris precedente vel ſuſpitione de fuga.
16 Debitor ſuſpectus de fuga poteſt capi etiam pendente cõditione.
17 Executio pacti de ingrediendo ⁊c. põt exerceri etiã cõtra heredem debitoris: etiam ſi heres eſſet pupillus vel minor.
18 Pactum de ingrediẽdo ⁊c. an poſſit fieri cum tutore vel pupillo.
19 Pactũ de ingrediendo ⁊c. an poſſit fieri cum eccleſia.
20 Pactũ de ingrediẽdo an poſſit exerceri cõtra ſingularẽ ſucceſſorẽ: vel qñ in pacto fuit appoſitũ cõſtitutũ vel p̄cariũ. Itẽ an trãſmittat̃ ad heredẽ creditoris.
21 Pactũ de ingrediẽdo ⁊c. cedi i aliũ. Itẽ põt exerceri cõtra debitorẽ ſine iudice contra tertiũ poſſeſſorem non.
22 Pactũ de ingrediẽdo ⁊c an poſſit exerceri ante liquidationem debiti.
23 Pactũ de ingrediẽdo p creditorẽ deductũ ad iudicẽ: ⁊ iudex dedit licentiã ſine citatione partis an ſit validum.

24 Pactum de ingrediendo poteſt dupliciter ad iudicem deduci.
25 Pactum de ingrediendo delatum ad iudicem an poſſit propria autoritate exerceri.
26 Proteſtatio ſeruat ius proteſtanti.
27 Pactum de ingrediendo non operatur niſi creditor exprimat vim pacti.
28 Actus diuerſo modo intelligibilis per quem veniat interpretandus.
29 Actus quantuncunq; perfectus nihilominus recipit formam declaratoriaꝫ.
30 Pactum inter creditorem ⁊ debitorem quod debitori non liceat luere pignus ante annum valet: quod autem in perpetuum non liceat non.
31 Pactum quod debitori in perpetuum non liceat luere pignus non valet etiã in vim alienationis.
32 Pactum quod debitor non poſſit luere pignus infra .xxx. annos non valet.
33 Pactum quod res vendita ſit ſpecialiter et prius obligata vni creditori ipſi⁹ emptoris an poſſit adijci in preiudiciuꝫ anteriorum creditorum ipſius emptoris.
34 Venditor an poſſit in venditiõe rei ſue apponere pactum ſpecialis hypotece in preiudicium aliquorum creditoruꝫ.
35 Venditor non habet ius pignoris in re vendita et tradita emptori.
36 Res empta ex pecunia vnius creditoris eſt nihilominus obligata priori creditori emptoris: preferturq; ſecũdo creditori ex cuius pecunia res eſt empta.
37 Adminiſtratores rerum alienarum an poſſint in actu contrahendi preiudicare principalibus.
38 Diſpoſitio in vltimis voluntatib⁹ ſemper reputatur conditionalis.
39 Traditio rei in contractu emptionis et venditionis id operatur quod licet contractus nondum ſit abſolutus tranſit nihilominus dominiũ rei tradite in emptorem.
40 Regula quod ea que incontinenti fiũt cenſeantur ineſſe dicitur quedaꝫ fictio: nec in multis caſibus locum habet.
41 Debitorem non poſſe preiudicare creditori hypotecario in acquirendis qualiter procedat.
42 Factum in eadem oratione et factum in diuerſa differunt.

¶ Quarta pars principalis.

DEueniendo igit̃ ad pactum .l. cõmiſſorie pro intelligentia eſt premittendum quod pactum l. commiſſorie in pignoribus fit ad ſimilitudinem pacti .l. commiſſorie. quod ſolet fieri in cõtractu emptionis et vẽditionis. ¶ † In contractu autem emptionis ⁊ venditionis pactum .l. cõmiſſorie: dicitur illud quod concipitur per verba directa. puta niſi precium ſolutum ſit infra tale tẽpus res ſit inempta: quo caſu dominiũ retransfertur ipſo iure in venditorem. vt .l. j. ⁊ per totum. ff. de lege commiſſa. Sed ſi pactum concipiatur per verba inflexa ⁊ obliqua que non importãt retranſlationem dominij ipſo iure in venditorem. ſed requiritur retraditio vel reſtitutio rei ⁊ ſic factum hominis tũc nõ dicitur pactum .l. commiſſorie ſed dicit̃ pactum ſimile pacto .l. commiſſorie. vt eſt tex. ⁊ ibi declarat glo. in .l. j. in gloſ. in ver. pertineret. C. de pac. inter emp. ⁊ vẽdi. ⁊ tex. ⁊ glo. in .l. qui ea lege. eod. titu. ¶ Similiter dicendum eſt ⁊ in pignoribus quod quando pactum in eis concipitur per verba directa importãtia trãſlationem dominij ipſo iure ſit pactum legis commiſſorie. puta niſi debitor ſoluerit .ſ. tempus conuentum res pignorata ſit creditoris vel ſit ei vendita vel in ſolutum data pro ſuo credito vel ſit ei creditori ius faciendi quod vult: vel ſimile pactum conceptum per verba directa importantia tranſlationem dominij in creditorem ipſo iure. ¶ Sed ſi pactum cõcipiatur per verba obliqua vel inflexa. puta quod ſi debitor non ſoluerit in termino res detur in ſolutum creditori vel ipſe debitor promiſit dare in ſolutum. tunc non eſt pactum .l. cõmiſſorie. ſed eſt ſibi ſimile. iſte eſt tex. in .l. j. C. de pac. pig. ⁊ ibi declarat gl. Barto. ⁊ Saly. Et quando nos ſumus in pacto .l. commiſſorie in pignore. tunc ſi illud

pactum eſt efficax ſaltem ad retinendū
quod quando fit infra declarabitur ela
pſo termino debitor non admittetur vl-
terius ad offerendum vel ſoluendū cre-
ditori pro liberatione pignoris. l. vt ti-
tius.ff.de pig.ac. Si autem ſumus in
pacto ſimili pacto.l.commiſſorie. tunc
illud pactū eſt inutile ꝛ nihil plus ope-
ratur ꝙ eſſet de iure.ꝛ prout ſine dicto
pacto creditor poterat vendere pignus
vel petere ſibi in ſolutum dari. ita ꝛ ſer
uabitur cum dicto pacto. vt eſt text.in
d.l.j.ꝛ ibi gl.j.ꝛ fina.C.de pac.pign.vn-
de ſtante dicto pacto ſimili pacto.l.cō-
miſſorie.etiā quod ſit lapſum tempus
prefixum ad ſoluendum cum illo pa-
cto quod elapſo termino creditor poſſit
petere in ſolutum vel per ſimilia verba
inflexa.non propterea debitor erit exclu
ſus a iure offerendi ꝛ ſoluendi ꝛ liberā
di pignus: dummodo offerat ꝛ ſoluat
ante factam venditionem vel dationē
in ſolutū.vt eſt tex.et ibi declarat bal.
in.l.iij.C.de pig.actio.ꝛ colligit ex not.
per gl.in.d.l.j.que not.ne equiuoces.qꝛ
alias vidi doctorem non mediocris do
ctrine in hoc errare. ¶ Iſtis preſuppo-
ſitis deueniendo ad materiam dicti pa
cti.l.commiſſorie in pignoribus pro fa-
ciliori intelligentia ponam regulam
2 ampliationes ꝛ fallentias. ¶ † Regula
ergo ſit quod pactum.l. commiſſorie in
pignoribus eſt improbatum: vt.l.j.ꝛ fi.
C.de pac.pig.licet ſecus ſit in cōtractu
emptionis ꝛ venditionis: vt.l.j.ꝛ per to
tum.ff.de lege commiſſo.ꝛ.l.commiſſo-
rie.C.de pactis inter empto.ꝛ vendito.
ꝛ ratio differentie aſſignatur: quia com
muniter venditio ſolet fieri pro iuſto p̄-
cio.ꝛ licet aliquando aliud contingat.
tamen iſtud raro eſt.ꝛ iura adaptantur
ad ea que frequenter contingunt.l.nā
ad ea. ff. de legibus.vnde etiam quod
tale pactum valeat in contractu emp.ꝛ
vendi.non reſultat aliqua deceptio. ſꝫ
econuerſo pignus magis frequenter ſo
let pignorari pro multo minori quanti
tate ꝙ valeat.ꝛ ideo ſi tale pactū in eis
valeret debitores multum deciperent̄.
¶ Secunda etiam ratio aſſignatur qꝛ
tale pactum videtur quodammodo fo-
uere vſuram cum tendat ad effectū vt
creditor aliquid vltra ſortem cōſequa-
tur.ꝛ qꝛ vſure ſunt prohibite ideo non
valet.c.quia in omnibus.de vſur.ꝛ iſte
due rationes differentie inter pignus.
ꝛ contractum emptionis ꝛ vēd.aſſignā
tur per Abb.poſt Jo.an.in.c.ſignifican
te.de pigno.vbi Abb.nu.7. ¶ Firmata
ergo regula ꝙ pactum. l. commiſſorie
in pignoribus non valeat: amplia dictā
regulam quinqꝫ modis. ¶ Primo am-
plia vt regula procedat non ſolū quan
do pignus datur creditori pro mutuo
recepto: ſed etiam ſi detur pro alio de-
bito ꝙ mutuo.vt probatur in.l.fi.C.de
pac.pig.que generaliter loquit̄ in quo-
cunqꝫ creditore: ꝛ cum generaliter lo-
quatur generaliter debet intelligi.l.j.
§.generaliter.ff.de leg. preſtan. Idem
probatur in.d.c.ſignificante.de pigno.
vbi tex.generaliter loquitur ꝛ generali
ter reprobat pactum. l. commiſſorie in
pignoribus. Ad idem text. in.l.ij.C.de
pac.pig.ſecundum ſecundam lec.Bar.
ibi quam etiam alij ſequuntur vbi pi-
gnus fuit datum pro alio debito quā
mutuo.ꝛ adiectum fuit pactum.l.com-
miſſorie.ꝛ dicitur quod ita demum va-
leat quo ad excipiendum vel retinendū
ſi ſit adiectum ex interuallo.ſꝫ ſecus ſi ab
initio contractus.ꝛ ita firmat Alexā.in
conſi.clxxviij.viſo proceſſu.vij.vo.nu.j.
¶ Secundo amplia etiam ſi tale pactū
apponeretur in fauorem mulieris cre
ditricis pro reſtitutione dotis ſue: vt vi
detur ad literam eſſe tex.in l. quamuis
alias incipit callipodius.ff.de ſolu.vbi
dicitur quod non obſtante tali pacto
maritus pōt offerre dotem vxori. ¶ Sꝫ
in veritate ibi non fuit pactum.l. com-
miſſorie.ſed fuit pactum ſimile pacto.
l.commiſſorie.quia non fuit factū per
ver.directa importantia ipſo iure tran
ſlationem dn̄ij.ſed fuit factum per ver.
obliqua.qꝛ ibi dicit textus ꝙ maritus
ꝓmiſit vxori ſo.ma.dare ei in ſolutum
predia ꝓ dote erant obligata ꝛ ſic per
ver.obliqua ꝛ nō directa: vt dictū fuit.
§.in premiſſis.nu.1.nimirū ergo ſi in il-
lo tex.dr̄ ꝙ ſatis eſt ſi maritus offerat
dotis quantitatē.qꝛ illud pactum fuit

inutile: vt per tex. & gl. in l. ſ. C. de pact. pi. & dictum fuit. s. & ideo per illud non fuit debitori ablata facultas ſoluendi & offerendi. quod ho. licet Barto. ibi ad hoc nõ aduerterit. ſed idem intelligit eẽ in tali pacto. quod eſt in vero pacto. l.
3 commiſſorie. ❡ † Tertio amplia etiam ſi in tali pacto interuenerit iuramentũ qꝛ per tale iuramentũ non confirmatur pactum: licet metu periurij tale pactũ ſit obſeruandum. vt firmat Bart. in l. ſi quis pro eo. in ver. iiij. dixi. ff. de fideiuſ.
4 & vt ſubdit ibi Bar. iſta duo. ſ. † pactuꝫ firmari iuramento vel iuramentuꝫ metu periurij eſſe obſeruandum differũt. & ſunt magni effectus propter aliqua que. ipſe ibi ſubiungit. Et ita etiam tenet Ab. in d. c ſignificante. in iij. not. de pigno. & Abb. in c. cum cõtingat. in vij. colum. in ver. venio ad ſecundam. in ſi. de iureiuran. & Cor. in conſil. cxxxiij. vi-
5 ſo copioſa. litera. g. primo vo. ❡ † Quarto amplia etiam ſi tale pactum. l. commiſſorie in pignoribus approbaretur per conſuetudinem: qꝛ dicta conſuetudine non obſtante omnino pactum non valeret. vt per Bal. in l. conſuetudinis. in iij. col. in verſicu. tertij dicunt. C. que ſit long. cõ. ❡ Quinto amplia etiam ſi dictum pactũ conciperet̃ hoc modo. vꝫ qꝫ elapſo termino nõ liceat ſoluere vel offerre pro luendo pignore. & omne ſimile pactum qꝛ oino non valet: vt tenet gl. in d. l. fi. C. de pac. pig. & ibi per doc. et late per Alex. in l. item qꝛ § fi. ff. de pac. Qui poſt Bar. in l. qui rome. in princ. & Pau. de caſt. ff. de ver. ob. concludit qꝺ aut tale pactum fuit adiectum ad tollẽdum dãnum creditoris & fraudem debitoris & valet. aut eſt factum in vtilitatem creditoris & leſionem debitoris et non valet per late allegata ibi per Alexand. cum quo ibi ſimpliciter trãſit Jaſo. & fuit diſtinctio Barto. in d. l. qui ro-
6 me. in prin. ❡ † Fallit aũt. d. regula q̃nqꝫ modis. Et primo fallit quando pactuꝫ. l. cõmiſſorie in pignore nõ fuit adiectum a principio tẽpore contractus. ſed poſt ex interuallo vt eſt text. in d. l. quãuis ſm vnam lec. & ibi tradit Bart. in. ij. oppo. tex. & ibi bar. in d. l. titius. ff. de pig. act. & rõnem differentie inter pactum adiectũ a principio vel poſtea ex interuallo aſſignat Bar. in d. l. quãuis & in d. l. titius. & eſt qꝛ debitor qui eget pecunia faceret creditori de pactum qꝫ ipſe vellet ab initio donec habeat pecuniam ideo reprobatur. continet enim in ſe quandã aſperitatẽ & violentiam. vt. d. l. fi. C. de pac. pig. que rõ ceſſat q̃n iã habita pecunia ex interuallo debitor dictum pactũ apponit. & ita etiam tꝫ Cor. in d. cõſi. cxxxiij. in litera. g. primo vol. ❡ Et iſta fallentia eſt etiam ſane intelligenda vt. ſ. procedat qꝫ pactũ ex interuallo poſtea factum valeat quo ad retẽtionem & exceptionẽ querendã ipſi creditori pignore apud eũ exiſtente. nõ autem quo ad actionẽ ad petendũ dictam rem in ſolutũ exiſtentem apud debitorem. ita tenet Bar. in d. l. quãuis. in. ſ. & ſ. oppo. & Abb. in d. c. ſignificante nu. vj. & Alex. in cõſi. clxxviij. viſo proceſſu cauſe in j. col. nu. j. vij. vo. & etiã in cõſi. ſeq. vbi plene de materia. ❡ Secundo fallit dicta regula q̃n pactum fuit conceptum qꝫ pignus eſſet venditũ creditori. vel datũ in ſolutũ ꝓ iuſto precio. tũc enĩ pactũ valeret. regula ergo procedit q̃n pactum initum fuit qꝫ pignus eſſet venditum vel datũ in ſolutum creditori ꝓ debito. vt eſt text. in l. ſi fundus. in fi. ff. de pigno. & ibi Bar. & idẽ no. Bart. in d. l. quãuis. in iij opp. dicẽs qꝫ iſto caſu iuſtum preciũ eſtimabit̃ per bonũ virum. i. iudicem: vt. l. fi. circa fi. C. de iure do. impe. ❡ Tertio fallit dicta regula q̃n pactum eſſet initum. qꝫ pignus eſſet venditum creditori ſimpliciter non exprimendo nec ꝓ debito nec ꝓ iuſto precio. nã etiam tunc intelliget̃ pro iuſto precio etiam quod non ſit dictum. & valebit pactum. ita not. Bart. in d. l. ſi fundus in fi. & Bart. in d. l. quamuis. in ſua diſtinctione. et Abb. in d. c. ſignificante ſecus autem ſi dictum eſſet quod pignus eſſet datum in ſolutum: quia tũc intelligeretur pro debito et non valeret ſm Bar. in d. l. quamuis. et faciunt not. in l. a diuo pio. § ſi pignora. ff. de re iudica. ❡ † Quarto fallit regula predicta quando pactum non fuit fa...

ctum cum creditore ab ipſo debitore: ſed factum fuit per debitorem cum fideiuſſore vel alio extraneo a creditore: tūc enim pactum valet. vt eſt tex. in.l. finali.in prin.⁊ ibi Bar.ff.de contrahē. emptio.et ſequuntur Bald. et Salic. ibi.et etiam Abb.in.d.c.ſignificante.nu mero.6.declarando. vt per Alexan.in d.conſilio.clxxviij.vij.volu. numero.7. ibi vide.
7 ¶ Quinto fallit regula predicta ſecundum aliquos fauore dotis. puta ſi mulier vel ſocer promiſit dotē marito in pecunia:⁊ dedit fundū in pignus cum pacto q̄ ſi intra certum tempus pecunia non ſoluatur fundus ille ſit in dotem datus.iſto enim caſu videtur quod tale pactum valeat fauore dotis.ita no.vult Bal.in.c.j.de feu.da. in vim.l.commiſ.alle.id quod habetur in l.ita conſtante.ff.de iure do.et in.d.l.ꝗuis. Et iſtud non obſtat his que dicta ſunt.ſ.in ſecunda ampliatione.quia illa procedunt quando agitur de fauore mulieris creditricis pro dote. tūc enim improbatur dictum pactum. l.commiſſorie ⁊ habet locū.d.l.ꝗuis. Sed quando agitur de dote danda marito et ſic agitur de fauore dotis principaliter et mulieris.in conſequentiam dicendum videtur quod pactum valeat.⁊ hoc modo poteſt ſaluari dictum Bal. in.d.c.j. ſm Bal.nouel.in tractatu dotis in.vj. parte principali in priuileg.liiij. et ibi etiam reddit rationem diuerſitatis inter contractum dotis et alios contractus vcʒ q̄ illa ratio per quam improbatur pactum.l.commiſſorie in pignoribus ſcilicet q: debitor pro habenda pecunia faceret omnem pactum ceſſat in promiſſione dotis:quia promittens non indiget pecunia ſed dilatione. in qua dilatione concedenda mariti communiter ſolent eſſe faciles:et quia frequentius ſolet contingere quod ipſi viri magis ſolet allici ad pacta proficua mulieri quam ſibi.vt dicebat Cyn.poſt Pet.in.l.contractibus.poſt princip.C. de non numera.pecu.et etiā q: tale pactum non tendit ad merum lucrū mariti creditoris.prout contingit in alijs creditoribus cum tale pactum in dote cedat etiam in fauorem mulieris. ⁊ q̄n vertitur intereſſe alterius quam creditoris.tunc reſpectu alterius non eſt improbatum tale pactum.d.l.fin.in principio.ff.de contrahen.emp.ita in effectu firmat Bald.no. in dicto loco. dicens ita conſuluiſſe apud lucam.licet in illa.q. in qua conſuluit pactum illud in dote eſſet adiectum ex interuallo. quo caſu pactum valet ad retinendū. d.l. titius. ff.de pig.actio. ¶ Tamen in hoc articulo quāuis ſit magna autoritas prefati Excellentiſſimi doct. puto in contrarium eſſe veriorem opi.vcʒ q̄ etiam in dote pactum.l.commiſſorie indiſtincte:tam ex parte mulieris cui dos venit reſtituenda quam ex parte mariti cui dos venit danda.non valeat nam licet.d.l.ꝗuis.loquatur in dote reddenda vxori tamen idem dicendum eſt in dote danda marito:q: nō minora priuilegia cōceduntur mulieri in dote recuperanda quam concedantur marito in dote recipienda:vt.l.vni.§.et vt plenius.C.de rei vxo.actio.et in.l.aſſiduis. C.qui potio.in pigno. habe. ⁊ habetur in.l.j.ff.ſo.ma.et probatur etiam q: pro nulla cauſa etiam pia permittitur vſura.c.ſuper eo.de vſur.vnde etiam in dote danda marito debet cenſeri improbatum pactum.l.cōmiſſorie. quod etiā ad effugiendam vſurariam prauitatē fuit reprobatum : vt no. cano.et maxime Abb.in dicto.c.ſignificante. et licet maritus lucretur fructus rei pignorate pro dote.iuxta capitu. ſalubriter.de vſur.tamen illud intelligitur de vſuris reducibilibus ad intereſſe conſiderabile vt tenet Jo.de ana.in.d.c.ſalubriter. ¶ Et nō ob.d.l.fi.ff.de ꝯhen.emp.q: ibi illud pactū fuit adiectū in fauorē fideiuſſoris ⁊ nō tēdebat aliquo modo in fauorē creditoris:ſecus aūt eſt in marito q: marit9 eſt creditor dotis ⁊ pro dote recipit pign9:⁊ ſic negari nō pōt q̄ pactū nō ſit adiectū fauore creditoris principalis ⁊ Bal.in.d.c.j.non firmat q̄ in dote valeat pactū.l.cōmiſſorie:ſʒ remittit ſe ad.d.l.ꝗuis que ꝓbat ꝯtrariū:⁊ imo qui indiget pecunia pro dote danda marito ita veriſi'r induceret ad adijciendum

dum omne pactum in pignore quod dat pro promiſſione dotis:ſicut ille qui indiget pecunia mutuata a creditore: vtroqꝫ enim caſu ſubeſt neceſſitas ⁊ rationis identitas:⁊ imo magis frequenter contingit ꝙ mariti in dotibus habēdis volunt habere vtiliora pacta quaꝫ dare:difficilius enim reperiuntur mariti quam vxores:vt experiuntur ⁊ bene ſciunt q̄ habēt filias nubiles. 9
¶ Nō obſtat ꝙ ſaltē ſpeciali priuile.dotis ita debeat dici iuxta no.in.l.j.ff.ſo. mat.qꝛ iſta argumentatio multa conceſſa ſunt in priuileg.dotis contra regulas iuris cōmunis ergo etiam iſtud debet concedi non valet qꝛ vt inquit Bar.in.l.ſi inſulam in.iiij.oppo.ff.de verb.obli.iſtud eſt multiplicare inconueniens et facit l.ius ſingulare.et.l.quod vero cōtra.ff. de legi.⁊ recurrere ad ſpecialitates eſt refugium miſerorum vt dicit glo. in.l. filium quem habentem.C.fami. her.et qꝛ iſtud pactum tendit ad vſurariā prauitatem et per cōſequens tractatur de periculo anime:ideo in dubio debet fieri interpretatio vt euitetur periculum anime vt dixit gl.no.in.c.vnico.de ſeruti.facit tex.in.c.iuuenis.de ſponſali. Et per iſta et plura alia copioſius relata ita conſuluit Alex.in cōſi.clxxviij.viſo proceſſu.vij.volu.nu.9.cū ſequētibus: ⁊ ſubdit ꝙ cū iſta ſit communis opi. nō eſt ab ea recedendum:et ita puto tenendum:licet articulus ſit valde diſputabilis et ſic iſta non erit fallētia: ſed erit ampliatio ad regulam vcꝫ ꝙ etiam in dote danda pactū.l.commiſſorie ſit improbatum. ¶ Cetera autem ad materiam huius pacti. l. commiſſorie. vide per Guid.pape in ſuis deciſionibus.q. vj.vbi plura ponit ⁊ ꝑ Veronen̄.in ſuis cautelis car.28.in cau. incipiente pactum pignoris et per eundem Guido. in tractatu de vſur.;nu.24.⁊.25. ¶ Secundo tractandum eſt de pacto quod frequenter miri ſolet inter creditorem ⁊ debitorem vcꝫ ꝙ nō ſoluto debito creditor poſſit pignus propria autoritate
8 occupare. ¶ † Et primo premittēdum eſt ꝙ tale pactū de iure vcꝫ per regulā generalem ꝙ omnia pacta in pignoribus de iure valent niſi reperiantur ꝓhibita vt eſt tex.⁊ ibi no.in.l.fi.§.j. C.de iure domi.impe.⁊ de hoc eſt tex.in.l.iij. C.de pigno.ſm̄ lectu. Bar.ibi:⁊ cū materia ſit valde diffuſa vt clarius et breuius explicetur ponā illam per concluſiones:⁊ erunt quindecim ꝯcluſiones.
9 ¶ † Prima igitur ſit concluſio : ꝙ pactum de ingrediendo ⁊ occupādo propria autoritate pignus excuſat creditorem occupantem a pena vi bon.rap. vcꝫ l.ſiquis in tantā.C.vnde vi et a pena edicti diui marci de qua in. l.extat ꝙ me.cau.⁊ a pena.l.iulie de vi vt optime declarat glo.in.l.pignoris.C.de pigno.actio.in glo.in ver.preſidalē ⁊ ibi per Sali.⁊ per Bar.⁊ Sali.in.d.l.iij.in j.colū. Si tamen talis creditor poſt ingreſſum ⁊ occupationē intenderet perſiſtere in poſſeſſione ⁊ poſſidere: tūc incurreret dictas penas qꝛ iſtud non deuenit in pactum vt.ſ.poſſit propria autoritate poſſidere ſed ſolum ꝙ poſſit in
10 gredi et occupare. † ⁊ aliud eſt ingredi poſſeſſionem:⁊ aliud eſſe in poſſeſſione ⁊ poſſidere vt.l.iij.§.fi.ff.de acqui.poſ.⁊ l.qui legatorum.ff.ex quib.cau. in poſ. ea.et.l.ij.in prin.ff.pro here.⁊ aliud cōſequitur qui intrat poſſeſſionē et aliud qui poſſidet ⁊ poſſeſſionē acquirit vt.l. is cui.in prin.et.§.ſi legatorum.ff.vt in
11 poſ.lega. ¶ † Unde ad hoc vt creditor excuſetur etiam a poſſeſſione : neceſſe eſt in pacto addere ꝙ licitum ſit creditori non ſolum ingredi poſſeſſionē: ſed etiam poſſidere ⁊ poſſeſſionē acquirere ⁊ retinere propria autoritate:prout notarij frequenter in inſtrumentis ſolent facere dicentes quā poſſeſſionē intrandi accipiendi ⁊ retinendi ſua autoritate ⁊c.et ita firmat Barto.in.d.l.iij.in.ij. col.C.de pign.et idem Sali.ibi in prin. qui licet ad.d.l.iij. non teneat intellectum Bar. Tamen bene firmat ꝙ de iure pactum poſſit concipi modo predicto et ꝙ valeat. ¶ Secunda concluſio eſt ꝙ etiā in tali pacto poteſt adijci ꝙ creditor poſſit dicta pignora vendere vel ea ſibi empta habere pro iuſto pretio:nam etiam tale pactum de iure valet vt tenet Barto.in.d.l.iij.in.ij. col. in verſi.

verſi. iuxta predicta: et ibidem ſequitur Salic. in. vij. q. et iſto caſu practica erit vt iuſtum pretium eſtimetur per iudicem iuxta not. in. l. continuus. §. cũ ita. ff. de verb. oblig. et ibidem no. Bar. et in tali eſtimatione citari debet pars ſi velit aliquid opponere et adhibita ſummaria cauſe cognitione ſine alio libello: ſi pars citata nihil releuans opponat iudex faciet per partes eligi duos bonos eſtimatores: vel ipſe iudex eos eliget et eos faciet iurare de eſtimatione legaliter facienda: et facta per eos relatione eſtimationis iudex ſecundũ dictam eſtimationẽ relatã per dictos eſtimatores faciet ſuam declarationez ita tenet Bar. in. d. l. iij. col. fin. verſi. iuxta premiſſa et ſequitur ibi Salic. in. xv. q.

12 ¶ † Tertia concluſio eſt q̃ tale pactuz ſeu licentia poteſt etiã adijci in vltima voluntate et etiã in alijs cõtractibus q̃ in pignore vt etiã no. Bar. in. d. l. iij. col. ij. in. ij. prin. q. et ibi ſequitur Sal. in. iij.

13 q. ¶ † Quarta concluſio eſt q̃ tale pactum non ſolũ excuſat a pena violentie vt dictũ eſt in prima cõcluſione: ſed etiã excuſat a vitio clandeſtinitatis: et per conſequens tale pactũ reſpectu ſolius ingreſſus in poſſeſſionẽ poteſt exerceri per creditorem etiã ignorante debitore ita tenet Bar. in. d. l. iij. in. iij. col. in ver. ſed an a vitio clandeſtinitatis et ſequi-

14 tur ibi Sali. in. ij. q. ¶ † Quinta cõcluſio eſt q̃ tale pactũ poteſt per creditorẽ exequi etiã ſi debitor verbo cõtradicat et reſiſtat: niſi tamen cõtradiceret ex iuſta cauſa puta q2 iam ſoluiſſet debitũ: ſecus aũt ſi reſiſteret de facto: quia tũc creditor nõ poſſet armis ingredi: quia iſtud poſſet eſſe cauſa maioris rixe et tumultus: quod de iure nõ licet nec permittitur etiam ſi de hoc eſſet initũz expreſſum pactum vez q̃ creditor poſſit ingredi inuito debitore et reſiſtente de facto nam talẽ pactũ non valeret. l. conuenire. ff. de pac. dot. et ita tenet Bar. in d. l. iij. in lectura non in repeti. in. j. colũ. ¶ Iſtud tamẽ limitatur vtiliter niſi in inſtrumento eſſet adiectũ conſtitutum per quod vtraq3 poſſeſſio tã naturalis q̃ ciuilis transfertur in creditorez. l. q̃ meo in prin. ff. de acqui. poſ. vel ſaltem precariũ per quod in creditorẽ trãſfertur ciuilis: et naturalis remanet penes debitorem vt no. in. d. l. q̃ meo. Nã iſtis caſibus debitor reſiſtendo de facto dicitur ſpoliare creditorẽ ſua poſſeſſione: et ideo licet creditori incontinenti per vim ingredi quia dicetur creditor magis ſe defendere q̃ debitorez oppugnare ita no. Bar. in. d. l. iij. in. iiij. q. prin. et ibi ſequitur Sali. in. q. j. Addit tamen Sali. q̃ etiam quãdo debitor reſiſteret de facto et non eſſet cõſtitutũ poſſet creditor de facto ingredi dũmodo violentia creditoris nõ habeat aliquod delictũ adiunctum: puta ſi creditor coadunatis hominibus vellet per vim ingredi vbi talis coadunatio nõ eſſet permiſſa: vel vbi interueniret ſanguinis effuſio que eſt prohibita. Alias ceſſante delicto dicit Sali. q̃ creditor poteſt per vim ingredi etiam debitore de facto reſiſten-

15 te. ¶ † Et predicta intelligũtur ſemper mora debitoris precedente vel ſaltẽ iuſta cauſa ſuſpitionis de fuga iuxta tex. in. l. queſitum. et ibi glo. et Bar. ff. de pigno. ita declarat Bar. in. d. l. iij. in. iij. q. in fi. ſed Sali. ibi in. xij. q. tenet q̃ indiſtincte ante moram tale pactum exerceri non poſſit: q2 eſt cõditionale et q̃. d. l. queſitũ procedit in hypo. que iam eſt in eſſe deducta: ſed ego non video rationẽ differentie inter iſtud pactũ et hypotecã: nã ratione cõtractus vtrũq3 dicitur in eſſe deductũ: et etiã hypoteca pẽdente termino vel conditione intentari nõ poteſt vt. l. ſoluitur. §. ſi paciſcatur. ff. qui. mo. pi. vel hy. ſol. et. l. cum ſoluẽde. ff. de diſtrac. pi. et tñ ex cauſa ſuſpitionis poteſt exerceri pendente conditione. d. l. queſitũ ergo idez dicendũ eſt

16 in pacto. ¶ † Et facit q2 debitor ſuſpectus poteſt capi etiã pendente conditione vt habetur per Bald. in. l. j. C. de condi. ex lege ſaltẽ vt caueat. l. in omnibus. et ibi Bar. ff. de iudi. et talis etiam captura põt fieri ꝓpria autoritate creditoris vt. l. iiij. §. ſi debitorẽ. et ibi Bar. ff. de his que in frau. credi. et habetur p Alex. in. l. ij. in. ij. col. ff. de iuriſ. om. iudi. et ideo remanet vera deciſio Bartol.

17 ¶†Sexta concluſio eſt ꝙ executio ta-
lis pacti põt exerceri cõtra heredẽ de-
bitoris:⁊ iſtud nõ habet dubiũ qñ he-
res eſt eiuſdẽ cõditionis cuius erat de
bitor puta qꝛ eſt maior prout erat debi
tor:ſed difficultas eſt quãdo heres eſt
pupillus vel minor ⁊ in hoc Bar.in.d.
l.iij.in.v.col.in verſi.quid in ſucceſſore
vniuerſali.remittit ſe ad no.per Cy.in
aut.quas actiones in.5.q.C.de ſacro.
eccle.⁊ ex no.ibi per Cy.et Bar.in vl.q.
⁊ per Jaſ.in antepe.co.colligitur ꝙ pri
uilegium heredis ſuccedentis debito-
ri non extinguit nec impedit tale ius
pacti executiui ⁊ ita etiam tenet Bart.
in.l.ſiquis curialis.C.de epiſ.⁊ cleri.et
ſequitur Sali.in.d.l.iij.in.v.et.vij.q. et
mouetur per tex.⁊ gl. in. l.pupillus.§.
ſed et ſi creditor.ff.de auto.tut.quod di
cit eſſe tenendum cordi: ad idem opti-
mus tex.in.l.j.C.qñ decre.opus nõ eſt.

18 ¶†Sed maius dubium eſt an tale pa
ctum poſſit a principio fieri cum tuto-
re vel cum pupillo autoritate tutoris?
⁊ in hoc Bar.in.d.l.iij.in.j.q.diſtinguit
ꝙ aut creditor vult vti iſto pacto pro
executione iuris realis.i.ipſius pigno
ris ⁊ tũc ſi pignoris conſtitutio valuit
valebit etiã pactũ vt.l. ſi pupillus.§.j.
ff.de rebus eorũ:aut conſtitutio pigno-
ris nõ valuit ⁊ tũc nõ valet etiã pactũ
vt.l.curator.⁊.l.pen.C.ſi alie.res pi.da.
ſit ⁊.l.cũ principalis.ff.de reg.iur. Aut
creditor vult vti pacto ad executionẽ
iuris perſonalis quod reſpicit ipſum
ingreſſum:⁊ tũc ſi pactũ fuit initũ ꝙ li-
ceat ingredi tm̃ ⁊ vꝫ qꝛ cõditio perſo-
ne pupilli non eſt impedimento vt.l.
apud iulianũ.in prin.et.§.ſequit.ff.ex
qui.cau.in poſ.ea.aut pactũ fuit initũ
ꝙ liceat ingredi ⁊ poſſeſſionẽ adipiſci
⁊ tũc reſpectu rerũ que ſeruãdo ſerua-
ri nõ poſſunt ⁊ ſic que poſſunt per tuto
rẽ alienari vꝫ vt.l.lex que tutores.C.
de admi.tu.ſed quantum ad alias res
non valet ſine decreto vt.l.pupillus.ff.
de acqui.re.do. et.l. magis puto.§.j.ff.
de re co.¶Sed in hoc vlti.membro di-
ſtinctionis Jmo.in.l.ij.§.ſi a pupillo.ff.
pro empto.tenet cõtrariũ per glo.in.d.
§.ſi a pupillo in ſecũda ſo. que vult ꝙ
lꝫ pupillus nõ poſſit alienare res mo-
biles vel immobiles que ſeruãdo ſer-
uari poſſunt ſine decreto iudi.d.l.ma-
gis puto.§.nec paſſiꝫ tñ bene poſſit alie
nare poſſeſſionẽ taliũ rerũ ſine aliquo
decreto ⁊ ita etiã firmat Alex.in.l.poſ-
ſeſſionem.ff.de acqui.poſ.in fine. Unde
verior videtur opi.ꝙ pactum de ingre
diẽdo poſſeſſionẽ ⁊ retinẽdo initũ cũ tu
tore vel pupillo ei⁹ autoritate ſine alio
decreto valeat ꝗ̄uis ipſa cõſtitutio pi
gnoris nõ valeat cũ pactũ reſpiciat ſo-
lã poſſeſſionẽ ⁊ ius perſonale que non
eſt ꝓhibita alienari etiã per pupillũ
cũ autoritate tutoris vt late per Alex.
19 in.d.l.poſſeſſionẽ. ¶†Similiter dubi-
tari poteſt an tale pactũ valeat in reb⁹
eccl'ie?⁊ Bart.in.d.l.iij.in.d.j.q.tꝫ ꝙ ſi
ꝓceſſit valida cõuẽtio tale pactũ valeat
ꝓterq̄ in reb⁹ cõſecratis ⁊ ita refert te-
nere Hoſt.in.c.verũ.de foro cõpe. ⁊ ita
etiã tꝫ ibi Abb.in.vj.col.in verſi. ſed cir
ca hoc quero loquẽdo in acquirẽdis ec
cleſie ⁊ nõ in acquiſitis nã in acquiren
dis vꝫ cõuẽtio nõ in acquiſitis: decla
rãdo tñ hãc deciſionem duob⁹ modis:
primo vt talẽ apprehẽſionẽ debeat pre
cedere declaratio iudicis: ſcdo vt non
detur reſiſtentia de facto vt ibi late per
Abb.ſed primã declarationẽ non puto
verã ſtãtibus verbis pacti ſine licentia
⁊ requiſitione alicuius iudicis: ſecũdã
aũt declarationẽ intelligendã puto vt
20 declaratũ fuit.ſ.in.5.cõcluſiõe.¶†Se
ptima concluſio eſt ꝙ qñ tale pactũ eſt
adiectũ ad executionẽ iuris realis.i.pi
gnoris:tũc illud põt exerceri etiã cõtra
ſingularẽ ſucceſſorẽ habẽtẽ cãm a debi
tore ſi tñ debitũ erat liqdũ in ipſo inſtr̃o
iſtã opi.tꝫ gl.⁊ Bar.in.d.l.iij.in.iiij.col.
in verſi.itẽ dubitat̃ qd de ſingulari ſuc
ceſſore:⁊ idem tenẽt ibi Pe.Cy.Ray. ⁊
Bal.⁊ Spe.in tit.de pigno.§.j.verſi.itẽ
quid ſi debitor fundãtes ſe ꝑ.l.ſi titius.
ff.de ſeruis expor.eſt bene verũ ꝙ vbi
Bar.⁊ alij dicũt ꝙ dictũ pactũ adiectũ
in pignore eſt iuris realis executiuum.
Bal.dicit ꝙ eſt iuris realis cõſequuti-
uũ. ¶Et iſta opi.vr̃ cõmunior ⁊ ſaltẽ
in iudicãdo ⁊ cõſulendo tenẽda: ꝗ̄uis
ꝯtrã opi.teneat Mar.antiquus gl. Ja.

7 ibi Bar.¶ † Probatur etiā hoc ex no.
per Bald.in.l.fi.in.iij.col.in ver.quero
in iſto verſiculo.C.de peti.here.vbi di=
cit q in alternatiua exigēdi eſt electio
agentis.licet in alternatiua ſolutionis
ſit electio debitoris per iura que ibi al
legat.ꝛ iſtud dictum allegat et ſequi=
tur Feli.in.c.inter ceteras.ij.colum.et
ij.fallen.de reſcript.vbi etiam appro=
bat dictam deciſion.in Bar.cum ergo
in caſu Bartol.non ſit in ſolutione:niſi
8 quantitas promiſſa.† Datio autem pi
gnoris fit pro ſecuritate ꝛ ad facilitan
dam executionem ꝛ abſq eo q det ro=
bur cōtractui:vel obligationi.vt.l.qui
autē.§.j.ff.de cōſti.pecu.ꝛ no.Sal.in.l.
ea lege.in.xiij.oppo.C.de cōdi.ob cau.
ꝛ refert ꝛ ſequitur Jaſ.in.l.ſi ita quis.
§.ea lege.viij.col.ver.adde etiā q Sal.
ff.de ver.obli.ſequitur q nō pōt cadere
electio debitoris qui tūc eligit qn̄ alter
natiua cadit inter duo que ſunt in obli
gatione ꝛ ſolutione:vt dicit Bar.in.d.
l.ꝗuis.ꝛ nō obſtat q pign9 poſſit vēdi
ꝛ inde haberi pecunia.vt dicit Jaſ.q2
totū iſtud reſpicit modū exigēdi.ꝛ cre=
ditor pro ſua ſolutione pōt eligere execu
tionē quā vult.vt p bar.in l.preſentaneū.
in vlti.col.C.quō ꝛ quando iud.ſed per
hoc nō eſt dicēdū q datio pignor ſit in
ſolutione vel in modo ſoluēdi: ſed ſolū

in modo cauendi ipſi creditori: vt.ſ.in ſ ac poſſit conſequi ſolutionē. ⁊ ſic nō obſtat difficultas mota per Iaſ. ⁊ vera eſt deciſio Bar. quam doct. cōmuniter ſequuntur. ¶ Inquantū tamē dictū fuit ſ. proxime q̄ datio pignoris introducta eſt ad facilitandā executionem. non autem q̄ ex ea magis roboretur cōtractus. d.l. qui aūt. §.j. ff. de conſti. pecu. cū alijs ſ. allegatis. Intellige et declara q̄ nihilominus debitum pro quo ſunt data pignora eſt grauius q̃ illud pro quo non ſunt data pignora: ita q̄ ſi vnus eſt debitor in vna quātitate cū hypoteca vel pignoribus. In alia aūt ſine hypoteca. Soluendo ſimpliciter ⁊ nō exprimendo pro quo debito ſoluat cenſetur ſoluere ꝓ illo debito in quo eſt hypoteca. vt eſt tex. in.l. cū ex pluribus la j. ff. de ſolu. ⁊ no. Bar. in.l. cum ex pluribus. la. ij. eo. tit. ⁊ refert ⁊ ſequit̃ Soci. in cōſi. cccxiij. preſens conſultatio.j.co.

9 ver. primū probatur. ij. volu. ¶ †Quarto dubitatur an ille qui tenetur ad nudam cautionē teneatur saltē promittere ſub hypoteca ſuorum bonorum? et Bar. et Ange. in.l. pretorie. lultima. ff. de preto. ſtip. ⁊ Bar. in.l. ſi prius. in. iij. q. ff. de no. ope. nū. ⁊ in.l.j. ff. qui ſatiſd. cog. tenent q̄ ſic: q2 iſtud promittere eſt facile. per.l. ſi filio. in fi. ff. ⁊ in poſ. leg. et ita etiā tenent Imo. ⁊ Paul. de ca. in l. diuortio. §. interdum. ff. ſol. matrimo. ¶ Sed contrariā opi. ſ. q̄ imo nō teneatur promittere cū hypote. tenet Imol. in. d.l. pretorie. ⁊ in. d.l. ſi prius. ⁊ iſtam ſecundā opi. tanq̄ veriorē tenet Alexā. ibi in. d. iij. qō. ⁊ in. d.l. diuortio. §. interdum. in. ij. colū. ⁊ in vtroq̄ loco reſpondet ad. d.l. ſi filio. in qua Bart. ⁊ ſequaces ſe fundant. ¶ Tamen primā opin. Bar. tenet Roma. in. d.l. ſi prius. ⁊ illā ſequitur Alex. ſibi contrarius in.l.j. ff. qui ſatiſdā. cog. ⁊ illam late defendit ⁊ comprobat Iaſ. in. d.l. ſi prius. in pen. colum. per multa que ibi allegat ⁊ idē tenet Iaſ. in. d.l.j. in penul. colū. ⁊ iſtam opin. dicit Bar. in. d.l. pretorie ſeruari de communi conſuetudine. ⁊ propterea illa omnino eſt tenenda: vez q̄ qui tenetur ad nudam cautionem vel promiſſionem faciendam alicui teneatur promittere cum hypoteca bonorum.

10 ¶ †Quinto queritur an res hypotecata pro ſorte ſit etiam hypotecata pro vſuris? Et diſtinguendū eſt quod aut obligatio ⁊ hypoteca fuit facta pro ſorte ſpecifice exprimendo certam quantitatē puta pro centum. ⁊ tunc dicta obligatio non continet vſuras: vt.l. fideiuſſores magiſtratuū. in princi. ⁊ §.j. ff. de fideiuſ. ⁊ glo. in.l. quero. in prin. ff. loca. ⁊ habetur per Bar. in.l. centum capue ff. de eo quod certo loco. ⁊ h[abe]tur per Alex. in.l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſeuiſſimo. ad fi. ff. ſol. ma. ⁊ dixi. ſ. in. iiij. membro. ij. partis. nu. xlviij. et. xlix. declarando vt ibi. Aut obligatio et hypoteca fuit ſimpliciter facta ſine reſtrictione ad certam quantitatē. puta pro obligatione ſeu ꝓmiſſione qua tibi teneor in tali inſtrumeoto vel chirographo oblIgo et hypoteco tibi omnia bona mea. talis enī hypoteca dicitur ſimpliciter facta etiam q̄ in promiſſione ⁊ inſtrumento ſit expreſſa certa quantitas. dummodo in hypoteca quantitas illa non exprimatur: ſed relatio habeatur ſimpliciter ad obligationē de qua in inſtrumento. ita colligitur ex not. in d.l. fideiuſſores magiſtratuū in prin. et §.j. ⁊ in.l. quero. in prin. ff. loca. Et tunc ſubdiſtinguit quia aut vſure ſunt naturaliter tm̄ debite. et tunc pro eis non tenetur hypotecaria niſi ſpecialiter ſit dictum. ita tenet Bar. in.l. ſolutum. §. ſi in ſortē. ff. de pig. ac. per text. ibi in ver. ſiue autem. ⁊ per tex. in.l. per retentionem. C. de vſur. Aut vſure debentur naturaliter ⁊ ciuiliter: ⁊ tunc pignus ſeu hypoteca ſimpliciter acceptum (vt dictum eſt) tenetur etiā pro vſuris ſicut dicimus in fideiuſſore: vt. d.l. centū capue. ita dicit Bart. in. d.l. ſolutum. §. ſi in ſortem. Aut vſure debentur ſolo officio iudicis. ⁊ in hoc etiam Bar. in. d. §. ſi in ſortem tenet idem eſſe quod in fideiuſſore. et idem Bar. in.l. fi. penul. colū. in verſi. pro declaratione preſentis materie. ff. de eo quod cer. lo. In fideiuſſore autem concludit quod aut mora ex qua veniunt vſure officio iudicis precellit

[illegible] ſup. 2 [illegible] 4 [illegible] 55.56.

ceſſit obligationẽ fideiuſſoris q̃r.ſ.tẽpore fideiuſſionis iam vſure debebantur. ⁊ tunc ſine dubio fideiuſſor ſimpliciter acceptus ad illas tenebitur: vt.d.l.quero.in prin.ſm lect.Azo. Aut mora non preceſſit fideiuſſionẽ ſed ſequuta eſt. et tũc Bar.ſequẽdo opi.Jo.tenet q̄ etiã ad illas fideiuſſor teneatur. et ratio eſt ſm eum: q̃r licet tales vſure veniãt officio iudicis propter morã tamen veniunt ſm naturã actionis bonefidei.d.l.quero.in prin.⁊.l.ſi poſtea.ff.rem pu.ſal.fo. Et iſtam opi.dicit eſſe verã ⁊ cõmunẽ Jaſ.in.d.l.centũ capue.in pe.co.in verſi.quinta fuit ſolutio Jo.vbi late ⁊ clare explicat.⁊ quod dictũ eſt in fideiuſſore: dicendũ eſt etiã in pignore ſm Bar.vbi.ſ. ¶ Adde etiam predictis q̄ ſi ſecundus creditor ſoluat priori creditori ſortem ⁊ vſuras q̄ etiam habebit obligatum pignus pro dictis vſuris: non tamen pro vſuris vſurarum.vt eſt tex.⁊ ibi gloſſ.⁊ Bar.in.l.ſi prior.§.j.ff.
11 qui po.in pig.ha. ¶ †Sexto queritur an tacita hypoteca introducta a iure pro legatis.iuxta.l.j.C.cõmu.de leg.cõpetat etiã pro vſuris legatorũ? Et quid etiã alijs tacitis hypotecis? ⁊ dicendũ eſt q̄ ſi bona tacite hypotecata reperirĩtur penes heredẽ vel alium debitorem tẽpore quo vſure deberi incipiunt q̄ bona erũt obligata etiã pro vſuris. Ita tenet Bar.poſt Jaco.de are.in.l.ſi cum dotem.§.ſin aũt in ſeuiſſimo.ff.ſol.ma.⁊ mouet Bar.per.l.lucius.ff.q̄ po.in pig.habe.que licet loquatur in expreſſa hypoteca.tñ illam Bart. extẽdit etiã ad tacitã hypotecã.⁊ cũ opi. Bar. tenet Alex.in.d.§.ſin autẽ in ſeuiſſimo. cõcludendo q̄ ſicut pro dote bona mariti ſũt tacite obligata.ita ⁊ pro alimẽ
12 tis ſeu vſuris pro dote debitis. ¶ †Sz dubitatur an iſta tacita hypoteca reſpectu vſurarum que conditionaliter debẽtur.vez ſi ſors ſoluta nõ ſit attẽdatur habito reſpectu ad diẽ purificate cõditionis qua vſure deberi incipiũt. An aũt trahatur retro ad initiũ: vez in legatis ad diẽ mortis teſtatoris.in contractibus vero ad diez contractus? Et in hoc Pau.de caſt.in cõſi.viij. ad primũ reſpondetur in fin. ſub dubio tenet q̄ pro alimentis dotis bona mariti ſint hypotecata ſo.ma.vſq̄ ab initio.ſ.tempore dotis cõſtitute allegat no.in.d.l j.ff.qui po.in pig.habe.⁊ ſic vult allegare no.ibi per glo.dũ allegat.d.l.lucius. Ad idẽ optime facit tex.in.l.cum oportet.§.ſed cum tacitas.C.de bo.que libe. vbi bona patris ſunt tacite obligata filijs ab initio recepte adminiſtrationis bonorũ maternorũ pro mala adminiſtratione poſtea facta per patrẽ.⁊ dicit ibi Bal.q̄ inſpicitur initium vnde aliquid euenire poteſt. ¶ Sed cõtrariam opi.tenet Soci.in conſi.xlj. in preſenti conſultatione.iiij.volu.in.iiij.colum.in verſi.ſed contrariũ puto verius.Et mouetur principaliter q̃r promiſſio reſtitutionis dotis cõfeſſate dicitur cõditionalis vez ſi dos numerabitur: vt.l.ſi.C.de nõ nume.pecu. ⁊ habetur in.l.cum quis.C.de iur.⁊ fac.igno.⁊ tamẽ in dote nõ introducitur tacita hypoteca: niſi ſequuta numeratione. l. aſſiduis. C. qui po.in pig.ha.licet in hypoteca expreſſa in dote bene attendatur tempus contractus: vt habetur in.l.j.ff.qui po.in pign.habean. ¶ Si igitur in tacita hypoteca dotis iſtud eſt que eſt fauorabilis vt.l.j.ff.ſo.ma.fortius dicendũ eſt in legato conditionali q̄ ſcilicet in eo non introducatur tacita hypoteca donec non ſit purificata cõditio ⁊ effectualiter debeatur.⁊ pro hoc etiam adducit.l.ſi conſtante.C.de dona.ante nupt. vbi in augmento dotis tacita hypoteca oritur tempore facti augmenti.⁊ nõ retro trahitur ad diem dotis promiſſe vel date.Et reſpõdet ad.d.l.cum oportet.§.ſed cum tacitas poſt Sali.in.d.l.ſi conſtante.q̄ ideo ibi attenditur tempus inchoate adminiſtrationis.q̃r illo tempore bona ad patrem peruenerunt ⁊ corroboratur quia ſi attenderemus initium.prout dicit Pau.de caſt. in.d.conſi.viij.plura ſpecialia circa idẽ concurrerent contra tex.⁊ ibi not.in.l.j.C.de do.promiſſio.et in.l.cum poſt.§.gener.ff.de iure do.primum q̄ tacita hypoteca induceretur ſuper vſuris pendente conditione.et ſic ante ortam obli

gationem.per ea que habentur in.l.po
tior.§.j.ff.qui pot.in pig.ha.ſecundũ ꝙ
alia tacita hypoteca que de iure nõ eſt
inducta induceretur cõtra tit.ff.in qui.
cau.pig.taci.cõtraha.tertiũ ꝙ pro vſu
ris a quibus debitor poteſt ſua volũta-
te ſe excuſare ſoluendo ſortẽ obligatio
retrotrahatur ad diẽ initi contractus
contra no.in.l.j.ff.qui po.in pig.habe.
Et ideo concludit Soci.ꝙ tacita hypo
teca conditionalis oriatur tempore exi
ſtentis cõditionis ⁊ nõ trahatur retro
ad initium ꝯtractus facti.¶Et ex hoc
infert ipſe ꝙ ſi heres obligat creditori
bona teſtatoris pendente conditione le
gati:⁊ poſtea eueniat cõditio legati ꝙ
potior erit in dictis bonis creditor quã
legatarius.⁊ mouetur q̃r reſultaret tri
plex ſpecialitas ſi aliud diceretur con-
tra regulas iuris.nam primo conditio
traheretur retro in legatis contra not.
per glo.⁊ docto.in.d.l.ſi filius.in prin.
ff.de verb.oblig.ſecundo ꝙ cum eſſet in
poteſtate heredis non incidere in obli-
gatione vſurarum de iure conditio re-
trotrahi nõ deberet.iuxta.l.j.ff.qui po.
in pigno.hab.tertio ꝙ tacita hypoteca
que de iure non inuenitur inducta tali
caſu induceret in vſuris contra titu.ff.
⁊.C.in qui.cau.pi.taci.ꝯtraha.¶Ego
autem in iſto ſubtili articulo puto pro
veritate eſſe aduertendum ꝙ aut nos
loquimur in contractibus:aut in lega-
tis.primo caſu quando ſumus in con-
tractibus cenſeo tacitam hypotecam
de iure inductã ſm diuerſos caſus.ſ.
notatos in ſecunda parte.iiij.membro.
ſiue ſumus in actu vel.contractu con-
ditionali ſiue puro fuiſſe conſtitutã mi
niſterio iuris ab initio ipſius actus ſeu
cõtractus:q̃r tacita hypoteca que in-
ducitur miniſterio iuris inducitur: q̃r
ius fingit dictam hypotecam fuiſſe ab
ipſis cõtrahentibus adiectam in actu
etiam ꝙ de hoc nihil dictum fuerit.iſta
concluſio probatur in.l.vni.§.et vt ple-
nius.C.de rei vxo.act.ibi hypotece ineſ
ſe dotibus intelliguntur ⁊ ibi.ſimili mo
do intelligi factam ſtipulationẽ ⁊ hy-
potecam ex vtraqꝫ parte quaſi fuerit
ſcripta.Idem etiam probatur in.l.iij.
C.in quib.cau.pig.ta.contraha.ibi ta-
cita pactione ineſſe.⁊ idem apparet in
toto titu.ff.et.C.in quib.cau.pig.ta.con
tra.lex enim in omnibus tacitis hypo-
tecis fingit pactionem ⁊ conuentionem
partium contrahentium ꝗ̃uis expreſ-
ſa ⁊ ſcripta nõ fuerit ⁊ eſt perinde ac ſi
in veritate illa hypoteca fuiſſet conſti-
15 tuta per conuentionem partiũ.¶†Nã
de natura fictionis eſt ꝙ illud quod in
facto non eſt verum fingatur eſſe verũ.
⁊ illud quod fingitur habet iuris effe-
ctum perinde ac ſi in veritate eſſet.vt
declarat Bar.in.l.ſi is qui pro empto-
re.ff.de vſucap.in.j.q.circa diffinitionẽ
fictionis.vnde ſicut expreſſa hypoteca
conſtituit per partes ab initio ꝯct⁹ ſiue
ꝯctus ſit purus ſiue cõditionalis.ita ⁊
14 in tacita a iure introducta.¶†Sed in
contractu conditionali ꝗ̃uis conſtitua
tur ab initio:tamen conſtituitur ſub cõ
ditione:⁊ nõ oritur niſi demum purifi-
cata conditione.l.cedere diem.ff.de ver.
ſignifi.⁊ ſicut obligatio perſonalis et
conditionalis ab initio cõuentione par
tium conſtituitur ⁊ in contractum de-
ducitur.⁊ tamen non oritur actio niſi
purificata conditione.d.l.cedere diem.
ita ⁊ realis ⁊ hypotecaria ab initio ſub
conditione conſtituta nõ oritur niſi ad-
ueniente conditione.vt eſt text.expreſ-
ſus in.l.grege.§.finali.ff.de pig.⁊ ſic eſt
concluſio ꝙ ſicut expreſſa hypoteca tã
pura quam conditionalis conſtituitur
ab initio conuentione expreſſa.ita ⁊ ta
cita miniſterio ⁊ fictione iuris et pure
et ſub conditione conſtituitur:ſed tam
expreſſa quam tacita conditionalis nõ
oritur niſi purificata conditione.ex qui
bus infertur quod ſicut hypoteca exp̃ſ
ſa purificata conditione caſuali:⁊ que
non conſiſtit in poteſtate debitoris tra-
hitur retro ad diem contractus:vt.l.ſ.
et.l.qui balneum.in prin.⁊.§.primo.et
l.potior.in prin.⁊.§.primo.ff.qui potio.
in pig.ha.ita ⁊ in tacita dicendum eſt.
arg.l.cum quid.ff.ſi certum petatur.et
probatur etiam ex no.per Bar.et com-
muniter doc.in.l.aſſiduis.C.qui pot.in
pig.hab.vbi habetur ꝙ tacita hypote
ca in dote trahitur retro ad diem pro-

miſſionis: quia .ſ. maritus cui fuit promiſſa dos ⁊ poſtea data cenſetur obligatus ad reſtitutionem dotis a die promiſſionis ⁊ ab illo die conſtituta fuiſſe cenſetur tacita hypoteca. quamuis enim promiſſio de reſtituendo dotem ad quã maritus per tacitam ſtipulationẽ obligatur ſit conditionalis. videlicet ſi dos promiſſa ſibi ſoluat. iuxta .l. fi. C. de non nume. pe. ⁊ eodem modo conſtitutio hypothece tacite. iuxta. d. l. vni. §. ⁊ vt plenius. Tamen ſubſequuta poſtea datione dotis ⁊ ſic purificata conditione ſub qua maritus tacite erat obligatus. ⁊ illius bona tacite hypothecata illa conditio trahitur retro ad diem promiſſionis dotis facte marito quo die tacite maritus fuit conditionaliter obligatus ad reſtitutionem dotis ⁊ eius bona tacite fuerunt ſub conditione obligata. et ita eſt communis ⁊ magis vera opinio doc. vt dictum fuit. ſ. in. iiij. membro ſecunde partis nu. 87. ⁊ iſtam eſſe communem opini. atteſtatur idem Sozi. in conſi. cclxix. pro inueſtigatione. in. iij. et iiij. col. in ver. iiij. ⁊ vlti. ij. volu. Et ideo non eſt verum illud qđ dicit Sozi. in. d. conſil. xlj. iiij. vol. in. iiij. colum. in ver. ij. principalis reſponſio. vbi vult qđ licet in expreſſa hypotheca attendatur tempus obligationis. tamen in tacita attenditur tempus date dotis: quia licet iſtam opi. teneant aliqui quos ipſe ibi alleg. tamen in contrarium eſt opi. Bar. ⁊ communis: vt dictũ eſt. ſ. proxi. ¶ Et ſicut tam expreſſã q̃ȝ tacita hypoteca bonorum ſub conditione conſtituta trahit retro ad diem contracte obligationis pro ſorte principali ita ⁊ trahi debet pro vſuris dicte ſortis per. l. lucius. ff. qui po. in pig. habe. quia hypoteca ſimpliciter cõſtituta cenſetur etiam conſtituta pro vſuris: vt. l. ſolutum. §. ſi in ſortem. ff. de pig. act. ⁊ ibi firmat Barto. vt dixi. ſ. in hoc primo membro. in. v. q. nume. xiiij. et ideo ſicut trahitur retro pro ſorte principali ita debet trahi pro vſuris. quia vſure ſunt acceſſorie ad ſortem ⁊ priuilegium principalis obligationis trahitur etiam ad acceſſorium per regulam acceſſorium. cum materia de regu. iur. lib. vi. ⁊ ita proprie. eſt intentio. d. l. lucius. vt eſt de mente Bar. dũ ſummant quod qui potior eſt in ſorte potior eſt in vſuris. ⁊ ibi expreſſe hoc vult gloſſ. et ſequitur etiam Saly. ſi ergo hoc dicimus in ſorte que eſt debita ſub conditione fortius dicendum eſt in ſorte que eſt debita pure: quia licet vſure debeãtur ſub conditione: videlicet ſi ſors non ſoluatur. tamen quod omnino purificata conditione propter ſortem non ſolutam conditio trahatur retro ad diem promiſſionis ſortis ex dicta ratione acceſſorij

15 per. d. l. lucius. ¶ † Et iſtam opi. de vſuris quod in eis conditio trahatur retro ad promiſſionem ſortis ratione. d. regule acceſſorium per. d. l. lucius. tenet etiam ibi bal. ⁊ Ang. ⁊ tenent Bar. Bal. Saly. ⁊ Ange. in. l. j. ff. qui po. in pig. hab. poſt gl. ibi que. d. l. j. limitat in vſuris per. d. l. lucius. ⁊ ſequitur Ang. in. d. l. ſi filius ff. de ver. ob. ⁊ hanc opi. in tacita hypoteca tenet Bart. in. d. l. ſi cum dotem. §. ſin aũt in nouiſſimo. ff. ſo. ma. poſt Jac. de are. ibi. vbi voluit quod ſicut bona mariti ſunt tacite obligata pro dote. ita etiã pro alimẽtis. ⁊ hoc per. d. l. lucius. idẽ vult Bal. in. d. l. vni. §. ſed vt plenius. allegãdo. d. l. j. idem tenent Raph. cu. ⁊ Alex. in. d. §. ſin autem in nouiſſimo. ⁊ Pau. de ca. in conſi. viij. ad primum reſpondet in fi. qđ allegat Alexã. in. d. §. ſin autẽ in nouiſſimo. Et non obſtant allegata per Sozi. ⁊ primo quod ipſe dicit de tacita hypoteca dotis quod in ea attendatur tempus numerationis dotis ⁊ non promiſſionis. iuxta no. in. d. l. aſſiduis: quia vt dixi. ſ. in hoc. opi. contraria eſt magis vera ⁊ cõis: vt etiam atteſtatur ipſe Sozi. in. d. cõſi. cclxix. ij. vol. ¶ Non obſtat qđ ex quo eſt in poteſtate debitoris qđ vſure nõ debeãt ſi ſolueret ſortẽ qđ nõ debeat cõditio trahi retro. iuxta. l. j. ⁊. l. qui balneũ. in prin. et. §. j. ff. qui poti. in pig. hab. quia iſta deciſio habet locum in ſorte et in principali debito: quia in eo cõtrahendo debet inſpici an ſit in poteſtate debitoris facere qđ nõ contrahatur. ſed eo contracto non ſpectatur in vſuris an fuerit in poteſtate debitoris in illas incidere vel non. ſed in illis omni=

no conditio hypotec: retrotrahitur ad diem obligationis ſortis.ita firmat glo. in.d.l.j.in glo.in verſi.compellitur.in fi. per.d.l.lucius.⁊ facit regula predicta acceſſorium.⁊ faciunt not. per Bald.in l.⁊ ſiis.C.de predi.mi.⁊ in.l.ſi tibi.§.de
16 pignore.ff.de pac.¶ † Nõ obſtat ꝙ plures ſpecialitates videantur circa idem concurrere cõtra.l.j.C.de do.pmiſſio. qꝛ reſpondetur ꝙ quando plures ſpecialitates circa idem ſunt inducte a iure communi.poſſunt concurrere et admittuntur.Ita tenet Bald.in.l.j.ad fi. C.quando lic.ab emp.diſce.per tex.in.l. ſi ita facta.ff.de iniuſto rup.⁊ irri.teſtamen.⁊ refert ⁊ ſequitur Jaſon in.l.quoniam in prioribus.ad fi.in verſicu. tenco iſtud vltimum.C.de inoffi.teſtamẽto.ſed iſte ſpecialitates vʒ ꝙ purificata conditione caſuali hypoteca retrotrahatur.⁊ ꝙ hypoteca pro vſuris cõpetat ſicut competit pro ſorte.⁊ q: reſpectu vſurarum que acceſſorie debentur ad ſortem non attendatur an ſit in poteſtate debitoris eas non iri debitas ſunt omnes inducte a iure cõmuni: vt habetur in locis preallegatis. Preterea plures.ſpecialitates admittuntur circa idem quando vna venit in conſequentia alterius.ita tenet Barto.in.d. l.ſi is qui pro emptore.in penultma columna per tex.inſtitu.quib.modis ius pa.po.ſolu.§ ſi ab hoſtibus. ⁊ per alia que allegat.ſed ſpecialitates que inducuntur in vſuris veniunt in conſequentiam illius que inducte ſunt circa ſortem merito tolerantur. ⁊ cum Bartol. tranſit etiam Jaſ.in.d.l.ſi is qui pro em
17 ptore.colũ.fi.¶ † Non obſtat.d.l.ſi conſtante.C.de dona.ante nup. qꝛ hypoteca tacita que a principio fuit introducta pro dote non ſe extendit ad augmentum dotis.⁊ ratio eſt qꝛ tempore date dotis non erat in cõſideratione augmẽtum poſtea factum:ſicut ſunt alimenta dotis que acceſſorie veniũt ad ipſam dotẽ.vt expreſſe no.Pau.de ca.in.d.cõſi.viij.ad primũ reſpondetur ⁊c.in pñc. ⁊ in fine.vbi vult ꝙ alia eſt hypoteca tacita que oritur pro dote data ⁊ alia q̃ oritur poſtea pro augmento dotis facto ex interuallo poſt dotẽ:qꝛ prima oritur tempore dotis date ⁊ ſecunda tempore augmẽti facti.⁊ prima habet hypotecata bona que marit⁹ habebat tẽpore dotis date.ſecũda autẽ habet hypotecata bona que maritus habebat tempore augmenti facti et ſic diuerſa eſt ratio in augmento dotis ꝙ̃ ſit in alimentis.⁊ augmentum non venit p modum acceſſorij ſed eque principaliter ad dotem:ſicut veniunt alimenta.vt colligitur ex not.per Bar.in.l.fi.C.p quas perſo.nõ acqui.⁊ per Dy.in dicta regula acceſſorium.eſt ergo cõcluſio ꝙ ſicut hypoteca conditionalis expreſſa in cõtractibus trahitur retro ad initiũ con
18 tractus ita ⁊ tacita ¶ † Et probatur vltra predicta qꝛ tacita hypoteca nõ eſt deterioris conditionis ꝙ̃ ſit expreſſa. ſʒ quo ad proprietatem a pari procedũt. vt not.Dy.in regula qui prior.de regu. iur.lib.vj.⁊ Barto.in.l.is qui.ff.de iure. fiſ.⁊ eſt caſus in.l.vni.C.rem alie.gerẽ. ⁊ in quarto lib.C.⁊ late per alia firmat Pau.de caſt.in conſi.cccxciiij.ꝙ̃ mul ta copioſe.in penulti.colum.in verſicu. circa ſecundum queſitum.¶ In ſecun
19 do autem caſu quando.ſ.ſumus in legatis.Tunc etiam puto ꝙ etiam legatum ſit conditionale.tamen tacita hypoteca ſit conſtituta pro illo tempore mortis teſtatoris miniſterio iuris ⁊ iſta etiam concluſio probatur per tex.in.l.j. §.cum enim.C.cõmu.de lega. vbi dicit text.ꝙ ſicut teſtator in ſuo teſtamento poteſt hypotecam rerum ſuarum dare cui voluerit.ita non ab re eſt tacitã hypotecam induci a lege nullo verbo precedente.⁊ ſic tacita hypoteca pro legatis inducitur a lege ad inſtar expreſſe quam teſtator poteſt in ſuo teſtamento dare.ſicut ergo expreſſa poteſt conſtitui per teſtatorem etiam pro legato cõditionali a tempore ſue mortis.ita ⁊ dicendum in tacita a lege introducta. qꝛ lex fingit illam fuiſſe conſtitutam a teſtatore.prout etiam diximus.ſ.in tacita que inducitur a lege in contractib⁹ ⁊ actibus inter viuos arguendo a natura fictionis.iuxta no.per Barto.in.d. l.ſi is qui pro emptore.in prima.q.Sed

licet (vt dictum eſt) tam in legato puro ꝙ̄ conditionali conſtituta ſit hypoteca tacita a principio tempore mortis teſtatoris. prout etiam in contractibus conditionalibus. tamen actio ex dicta hypoteca non oritur neqꝫ datur niſi demum purificata conditione legati. iuxta. l. cedere diem. ff. de ver. ſigni. ⁊ hoc modo procedit id quod dicit Bal. in. d. l. j. in. iij. colū. in ver. quero nunquid an te diem certum. cum alijs allegatis per Soʒi. in. d. conſi. xlj. in. vij. colum. vꝫ ꝙ licet ſit conſtituta hypoteca in legato conditionali per legem vſqꝫ in tempus mortis teſtatoris. tamen ꝙ actio hypotecaria nō oritur niſi demum purificata conditione legati. ſtant enim iſta ſimul ꝙ hypoteca conditionalis ſit conſtituta: tam in legatis conditionalibus ꝙ̄ in alijs actibus inter viuos. ⁊ tñ ꝙ ex ea actio non oriatur niſi purificata ⁊ exiſtente conditione ſub qua cōſtituta fuit: vt eſt tex. in. d. l. grege. §. fi. ff. de pigno. qui loquitur in expreſſa ⁊ in tacita eadem eſt ratio. ergo idem debet eſſe ius. l. illud. ff. ad. l. acquil. ⁊ facit in arg. l. cum quid. ff. ſi cer. peta. cum alijs. ſ. in primo caſu contractuū allegatis. ¶ Et ſic puto tenendum ꝙ etiam in legato conditionali tacita hypoteca ſit conſtituta ſub eadem conditione ab ipſa lege vſqꝫ in tempus mortis teſtatoris. ſed ꝙ actio ex ea non oriatur niſi purificata ⁊ exiſtente conditione. ⁊ ſicut ante purificatam conditionē dicta actio non oritur pro legato principali. ita dicendū eſt ꝙ non oriatur etiam pro vſuris dicti legati per. d. regulam acceſſoriū. lib. vj. ⁊ eſt clarum.

20 ¶ † Sed difficultas eſt an purificata cōditione legati ⁊ hypotece tacite pro eo a lege inducte dicta conditio retrotrahitur ad tempus mortis quo inducta fuit. an vero in ea attendatur tempus exiſtentis conditionis. ⁊ in hoc putarem dicendum ꝙ non trahatur retro. q2 licet in contractibus regulariter conditio caſualis vel mixta que non dependet a poteſtate debitoris trahatur retro ad initium contracte obligationis: ⁊ illud attendatur ⁊ non tempus exiſtentis conditionis. vt late habetur per Barto. ⁊ alios in. d. l. ſi filius in princip. ff. de verb. oblig. ⁊ in. d. l. j. ⁊ in. d. l. qui balneum. in princip. ⁊ §. j. ⁊ in. d. l. potior. in princip. ⁊ §. j. ff. qui po. in pigno. habeā. ¶ Tamen in legatis eſt ſecus. nam in illis non trahitur retro conditio: ſed attenditur tempus exiſtentis cōditionis: vt. l. mater. §. eandem. ff. de exceptio. rei iudi. ⁊. l. j. §. ſerui appellatione. ff. ad ſille. ⁊ habetur ꝑ glo. Barto. ⁊ alios in. d. l. ſi filius. in p̄n. ⁊ per Barto. late in. d. l. ſi is qui pro emptore. in. v. q. principa. in fictione tranſlatiua. ⁊ ibi etiam per Jaſo. ⁊ eſt tex. in l. que legata. ff. de regu. iur. ⁊ text. iuncta gloſſ. in. l. ſi legati. ff. de pign. Cum ergo diuerſa ſit natura. ⁊ ratio inter legata ⁊ actus inter viuos nimirum ſi diuerſitas effectus debeat reſultare: vcꝫ quod in hypoteca tacita vel expreſſa contractuum purificata conditione inſpiciatur tempus contracte obligationis: vt. ſ. in primo caſu concluſum fuit. In legatis vero inſpiciatur tp̄s exiſtētis conditionis ⁊ tacita hypoteca non trahatur retro. ex quo repugnat natura ipſius legati. que autem ſit ratio diuerſitatis in hoc inter contractus ⁊ legata. doctores valde laborant. in ea aſſignāda in. d. l. ſi filiuſfam̄. in princi. ⁊ in d. l. ſi is qui pro emptore. ⁊ aſſignantur quinqꝫ rationes differētie: vt in dictis locis videri poteſt. ¶ Concluditur ergo ꝙ in legatis conditionalibus purificata conditione attendi debet tacita hypoteca ſm̄ tempus exiſtentis conditionis. ⁊ non ſm̄ tempus mortis et ſic non trahitur retro prout retrotrahitur in contractibus.

21 † Et non obſtat text. in d. l. qui balneum. §. j. verſicu. ſed ſi heres. vbi legatarius cui heres dedit pignus pro legato conditionali prefertur in dicto pignore purificata conditione legati alteri creditori cui heres idem pignus poſt pignorationem legatarij obligauit: quia ille textus loquitur in pignore conuentionali: ⁊ per modum contractus dato per heredem de re ſua legatario. ⁊ ſic licet pignus ſit datum pro legato. tamen ſumus in pignore cō tractus ⁊ in obligatione, q̄ oritur ex cō-

tractu pignoris.nimirum ergo ſi puri-
ficata cõditione legati que adiecta fuit
in contractu pignoris illa conditio tra-
hitur retro.⁊ facit legatarium preferri
in dicto pignore:qꝛ non agitur detrahẽ
do retro conditionem legati ſed de tra-
hendo retro cõditionẽ pignoris conuẽ
tionalis que ſecundum regulas iuris
retrotrahitur.iuxta not.in dicta .l. ſi fi-
lius.in princip.cum alijs ſupra allega
tis:⁊ ita ad dictum textum reſpondet
Jaſo.in dicta.l.ſi filius.⁊ in dicta.l.ſi is
22 qui pro emptore.lꝫ nõ ita clare.¶† Et
ex predictis infertur quod purificata cõ
ditione legati ex tunc bona teſtatoris
erunt tacite obligata pro legato ⁊ etiã
pro vſuris dummodo tunc dicta bona
reperiantur penes heredẽ.Nam ſi fuiſ-
ſent alienata vel alteri hypotecata pẽ
dente conditione legati preferri debe-
ret emptor vel creditor cui heres obli-
gaſſet pendente conditione legati cum
ipſe reperiatur prior in tempore ꝙ le-
gatarius ex quo in legato attenditur
tp̄s purificate cõditionis:⁊ cõditio nõ
trahit̃ retro ad tp̄s mortis teſtatoris:vt
.ſ̃.eſt ꝓbatũ.¶ Et nõ obſtat.d.l.luci⁹.
ff.qui potio.in pigno.habe.quia illa lo-
quitur in contractibus in quibus con-
ditio retrotrahitur:vt dictuꝫ eſt. ⁊ ideo
vſure que acceſſerunt ad ſortem etiam
poſt pignus alteri obligatum purifica
ta earum conditione trahuntur retro ⁊
perinde eſt ac ſi a principio obligatio-
nis ſortis pure promiſſe fuiſſent. vt in
ſimili dicit textus in dicta .l. potior .§.
primo ad finem. Nos autem ſumus in
legatis in quibus conditio non retro-
trahitur. ſed conſideratur ſecundum
tempus purificate conditionis: ⁊ con-
ſiderato illo tempore inuenitur dictus
emptor vel creditor cui heres obliga-
uit vel vendidit pendente conditione le
gati prior et anterior in tempore dicto
legatario. et ideo ei preferri debet in
hypoteca tam in ratione legati condi-
tionalis quam vſurarum illius per re-
gulam qui prior libro ſexto. Et idem
putarem dicendum quando legatum
fuiſſet purum. Nam reſpectu vſura-
rum decurrendarum propter legatum
non ſolutum ⁊ ſic conditionaliter debi-
tarum videlꝫ ſi legatum ſolum nõ eſſet
non putarem earum conditionem vel
hypotecam purificatam elapſo termi-
no ad ſoluendum legatum trahi retro
ad tempus mortis obſtante eadem re-
gula quod in legatis conditio non tra-
hitur retro.dicta.l.ſi legati. ⁊ dicta.l.ſi
filius. Nam licet acceſſorie veniant
ad legatum. et ideo videbatur dicen-
dum illas retrotrahi prout habetur in
dicta.l.lucius.Tamen iſtud acceſſoriuꝫ
operatur ſolum quod non attendatur
amplius an ſit in poteſtate debitoris
illas non iri debitas.vt habetur in di-
cta.l.lucius.per gloſſ.⁊ in dicta .l. pri-
ma eodem titulo. Non autem opera-
tur quod retrotrahatur contra natu-
ram legatorum.vnde ille qui ante pu-
rificatam conditionem vſurarum lega
ti acquiſiuit obligationem in bonis te-
ſtatoris preferri deberet dicto legata-
rio non quidem reſpectu ipſius lega-
ti quod fuit purum. ⁊ pro eo orta fuit
actio hypotecaria ante obligationem
factam creditori:ſed reſpectu vſurarũ
debitarum ſub conditione,⁊ poſt obli-
gationem decurſarum per rationem
predictam.et ſic erit caſus in quo ac-
ceſſorium non ſequetur naturam ſui
principalis. et hoc propter diuerſita-
tem rationis. iuxta textum ⁊ ibi not.
in.l.⁊ ſi is.C.de predijs mi. quia lega-
tum eſt purum. et debetur a morte te-
ſtatoris: et tunc oritur hypoteca pro
eo in alijs bonis teſtatoris. vſure au-
tem debentur conditionaliter propter
moram commiſſam vel committendaꝫ
in ſoluendo legatum. et pro illis non
poteſt competere nec oriri hypoteca
niſi commiſſa mora ⁊ ſic purificata
conditione ſub qua debentur. et tunc
pro illis oritur hypoteca que retro-
trahi non poteſt per iura ſupra al-
legata. que omnia nota. quia per ea
reſoluuntur et redduntur clara mul-
ta que fuerunt poſita per Sozinum
in dicto conſilio duodecimo ſatis ob-
ſcure et inuolute coniungendo con-
tractus cum legatis. ⁊ idem in am-
bobus firmando. que tamen meo

iudicio ſunt ſeparanda ꝛ diſtinguēda. vt.ſ. ¶ † Septimo notandum eſt pro
23 alio effectu inſurgente ex pignoribus. quod quando aliquis promittit ſoluere ſempronio aut titio quod cēſetur pmiſiſſe ſoluere titio vt adiecto ſolutioni ꝛ non obligationi.neq; actioni: vt.l. eū qui ita.§.qui ſibi.ꝛ ibi not.ff.de verborum obli. Et ꝗuis tali adiecto recte ſolui poſſit: vt.d.§.qui ſibi.ꝛ.l.vero procuratori.ꝛ.l.quod ſi ſtipulatus.in fi.ff. de ſoluti. Tamē talis adiectus nō habet actionē nec petere poteſt.d.l. quod ſi ſtipulatus.in princi.ꝛ facit.l.cui recte.ff.de noua. Et ex hoc etiam infertur quod tali adiecto ſolutioni non poteſt conſtitui nec dari pignus per debitorē. ꝛ ſi datū fuerit repeti poteſt.vt eſt tex. in.l.is qui.ff.de pigno.ꝛ ibi not.Barto.
24 Bald.ꝛ Salyce. ¶ † Octauo inſurgit alius conſiderabilis effectus ex hypoteca.nam ſi aliquis emat rem alteri hypotecatam.talis emptor etiam quod dicta res ſibi tradita ſit non tenetur ſoluere precium venditori niſi prius res liberetur a dicta obligatione ad qđ etiā dictus emptor principaliter agere poteſt.ſcilicet vt res liberetur.vt eſt text. ꝛ ibi no.per gloſ.Barto.Bald.ꝛ Salycec.in.l.ex prediis.C.de euictioni. Similiter dictꝰ emptor poteſt agere ad quāti intereſt ſua dictam rem venditam ſibi non fuiſſe nec eſſe alteri obligatam. ꝛ ſic ad quantum res minus valet propter dictam obligationem.ita no.Ang. in.l.j.§.ſi heres.ff. ad trebel. per illum textum.ꝛ ibi refert ꝛ ſequitur Alexan. ꝛ eſt tex.in.l.ſi rem meam.ꝛ ibi Barto. ff.de ſolutio. Et illud quod dicitur in venditione dicendum eſt etiam in ceſſione iurium.quia ceſſio iuriū ex precio inſtar habet venditionis: vt per totum titu.ff.de here. vel actio.vendi. et facit tex.in.l.ſi plus.§.fi.ff.de euictio. ꝛ habetur per Pau.de caſtro in conſi.ix. viſo puncto.ꝛc. ¶ Sed difficultas magna eſt an predicta procedant ſolum quando obligatio ꝛ hypoteca eſt pura? An vero etiam quando obligatio ꝛ hypoteca eſſet conditionalis puta pro reſtitutione dotis vel alia obligatione cōditionali? Et quod predicta procedant etiam in obligatione conditionali puta pro dote.iuxta not.in.l.ſi conſtante.§.j.ff.ſoluto matrimonio.ꝛ in.l.in rebus.§.omnes.C.de iur.dotiū.videt velle Alexan.in.d.l.j.§.ſi heres.dum dicit quod per deciſionem Ange.qui vult ꝙ emptor poſſit agere quanti ſua intereſt rem ſibi venditam non eſſe obligatam poteſt decidi illud quod indeciſum reliquit Bald.in dicta.l.ex prediis.et ſic videtur velle Alexand.quod etiam in hypotheca conditionali emptor poſſit agere cōſiderato illo dubio euentu obligationis conditionalis: ſubdit tamen Alexan.quod de hoc nihil ponit pro cōſtanti quia articulus magnam exigeret diſputationem. Bald.autem in.d.l. ex prediis.vltima colum.ſentit contrarium.videlicet quod in obligatione dotali ꝛ ſic conditionali (vt dictum eſt) agi non poſſit vt liberetur. ¶ Sed idē Alexand.in conſilio.lxvij.fortificatur.iij.volumi.tenet expreſſe quod dictum Ange.in dicto.§.ſi heres.procedat etiā in re obligata ſub conditione.ꝛ quod vigore dicte obligationis conditionalis emptor agere poſſit contra venditorem ad intereſſe quanti minus dicta res vēdita fuiſſet habito reſpectu ad dubium euentum dicte obligationis conditionalis.ꝛ fundat ſe in text.in dicto.§.ſi heres.ꝛ in.l.ſi ſeruus.in princi.ff.de condi.fur. In quibus eſtimatur ꝛ attenditur dubius euentus conditionis. et dictum conſiliū.lxvij.eſt particula alteriꝰ conſilij Alexandri, videlicet conſi.lxiij. diligenter inſpectis.vj.volumine.

¶ Tamen idem Alexand.in dicta.l.ex prediis.C.de euictionibus.in apoſtil. ad Bald.videlicet in prima apoſtil.tenet quod dicta.l. intelligatur de obligatione pura.non autem de conditionali.et ſic quod in conditionali obligatione non poſſit agere emptor vt res liberet vel excipere vt non teneatur ſoluere precium donec res liberetur a dicta obligatione conditionali.ſed in obligatione pura ſic. et iſtud etiam tenet Alexander in conſilio ſexageſimoquinto obmiſſis argumentis quinto

volumi.vbi ſequitur opi.Bald.in dicta
l.ex predijs.in fi.ſcilicet quod quando
obligatio eſt conditionalis emptor nō=
dum moleſtatus pro ea non poſſit age=
25 re contra venditorem. ¶ † Et mouetur
quia tex.in.d.l.ex predijs.loquitur quā
do predia erant obligata. ſed pendente
conditione ſuſpenſiua res non dicitur
obligata.vt volunt Barto. ⁊ alij in.l.fa
cere.ff.ſoluto matrimonio iuncta.l.ce=
dere diem.ff.de verborum ſignificatio.
26 ¶ † Et ad hoc etiam ponderat text. in
d.l.ex predijs. in ver.creditore. nam il=
le qui ſub conditione creditor eſt non di
citur proprie creditor:vt per Barto. et
alios in.l.j.in vltima colum.ff.ſi certum
petatur per.l.debitor.ff.de verborum ſi=
gnifica. Et iſtam etiam opinio. tenuit
Alexand. in.d.l. ex predijs . in apoſtil.
27 ad Bal.in prima apoſtil. ¶ † Et iſta ſe=
cūda opinio iudicio meo eſt verior per
fundamenta Alexād. Et non obſtat.d.
l.ſi ſeruus.in princi. quia non eſt ſem=
per verum qd fiat eſtimatio dubij euē
tus conditionis.imo aliquando eſtima
tio ⁊ exactio differtur in tempus exiſtē=
tis conditionis.vt in.l.in lege acquilia
ſi deletum.ff. ad legem acquili. Et de
hoc articulo poſuit vnam diſtinctionē
Barto.in.l.iij.§.condemnando.ff.de ta=
bu.exhib. ⁊ ibi habetur per Alexand.
poſt Barto. ⁊ per Barto. ⁊ Imo.in.l.ſi
finita.§.fina.ff.de dam.infe.⁊ inter alia
ſit iſta concluſio ad propoſitum noſtrū.
quod quando quis tenetur ex dolo tūc
fit extimatio ante euentum conditio=
nis.⁊ condemnatio ⁊ exactio repreſen=
tatur ante cōditionem.ſed quādo quis
tenetur ex culpa tunc condemnatio dif=
fertur in euentum conditionis.per tex.
in dicta.l.in lege acquilia ſi deletum.et
ita etiam not.Barto.in dicto.§. condem
natio.Sed quando venditor vendit rē
alteri hypotecatam ſub cōditione.etiā
quod de dicta hypoteca non certiora=
uerit emptorem non videtur ex hoc te=
neri de dolo.ſed ſi tenetur de culpa te=
netur.iuxta not.in.l.ſi quis cum aliter
ff.de verborum obliga.⁊ nulli dubium
eſt quod venditor ex hoc non tenetur
de dolo cum ſufficiat ſibi actio ex ven=
dito.vt.l.ſi quis affirmauerit.in princi.
ff.de dolo.⁊.l.iulianus.§.ſi venditor.cū
§.ſequen.ff. de acti.emp. non enim ex
hoc emptor ſi ſciuiſſet hanc obligatio=
nem non fuiſſet non empturus.ſed mi=
nus emiſſet:vt declarat gloſ.in dicta.l.
ſi quis affirmauerit. cum ergo non te=
neatur venditor de dolo;ſed actione ex
vendito.vt in.d.ll.⁊ in.l.prima.§.j.ff. de
actio. emp. ſequitur quod condemna=
tio non poteſt fieri de preſenti.ſed quod
differri debet in euentum conditionis.
iuxta not.in dicta.l.iij.§. condemnatio.
⁊ in.d.l.lege acquilia ſi deletum.
¶ Interim autem ſolum inſtari poſſet
pro parte emptoris vt venditor ſibi ca=
ueat de conſeruando eum indemnem
a dicta conditionali obligatione:vt per
Bald.⁊ Salycetum in.l.ſecunda in ver=
ſicu.modo quero de co.C. de ſententia
que ſine cer. quantita. et habetur in.l.
j.ff.qui ſatiſda.cogātur.† Et talis cau=
tio poteſt fieri cum hypoteca bonorum
abſqꝫ fideiuſſore:qꝛ nō refert an fideiuſ
ſoribus an hypoteca bonorū caueat vt.l.
j.§.an pignoribus.ff.de colla.bonorū. Et
late per Alexand.in dicto conſilio.lxv.
in fi.v.volumine. ¶ Et ſic illud quod di
xit Ange.in dicta.l.j.§.ſi heres.debet
intelligi in obligatione pura non con=
ditionali. Et ſimiliter illud quod vult
Bald.in.l.iij.C.de euic.dum dicit quod
quando emptor eſt pauper ⁊ non po=
teſt ſoluere precium poteſt excipere cō
tra venditorem quod non tradidit rem
liberam.quia eſt obligata pro dote vxo
ris ⁊ alijs creditoribus. ¶ Puto enim
intelligendum quod emptor poſſit ex=
cipere vt non teneatur ad precij ſolu=
tionem:donec res liberetur a dicta obli
gatione.ſi tamen dicta liberatio preſta
ri non poſſit:quia ille cui res eſſet obli=
gata nollet conſentire vt liberaretur:
ſatis eſſet facere emptorem ſecurum ꝙ
damnum ex dicta obligatione paſſu=
rus non ſit vel per fideiuſſorem vel per
obligationem bonorum.vt firmat Ale=
xander in dicto conſilio.lxv.ad fi. et ſic
quando obligatio eſt conditionalis nō
poteſt preciſe venditor cogi ad liberan
dum. nec etiam quanto minoris em=

ptor empturus fuiſſet. ſed ſatis eſt qđ emptor reddatur ſecurus a venditore aduerſus damnum futurum ex dicta obligatione etiam per ſimplicem hypotecam bonorum. ſed quando obligatio eſſet pura. tunc bene poſſet agi quãto minoris. et ita etiam puto intelligenda not. per Bald. in. l. quoniam liberuꝫ C. de compen. ꝛ per Alexand. in conſil. cxl. viſo ſummario. in. j. ꝛ. ij. colum. vij. volumine. ¶ Nec obſtat text. in dicta. l. j. §. ſi heres. quia non apparet ibi quod res illa retinenda per heredem pro ſua trebellianica eſſet obligata ſub conditione: vt vult Alexand. in dicto conſilio lxvij. ſed ſimpliciter ibi dicitur quod ille fundus erat pignori datus. debet ergo intelligi pro debito puro ꝛ non conditionali. nimirum igitur ſi fit extimatio dubij euentus: id eſt euictionis faciende per hypotecariam: vt dicitur ibi in text. Non obſtat etiam text. in. l. ſi ſeruus. in principio. ff. de conditio. furt. in quo etiam ſe fundat Alexand. in dicto conſilio. lxvij. quia licet ille text. loquatur in ſeruo furtiuo legato ſub conditione: Tamen ideo agitur de preſenti contra furem ad extimationem ſerui: quia vt declarat ibi bart. illud eſt: quia agitur de dolo contra furem. ꝛ ideo nõ differtur condemnatio in euentum conditionis legati. ſed agitur de preſenti propter dolum. Et ſic puto tenendum quod pro re vendita obligata alteri ſub conditione non poſſit agi de preſenti quanto minoris fuiſſet empturus ꝛ facere extimationem dicti dubij euent⁹. ſed quod iſtud differri debeat in euentum dicte conditionis. Interim autem caueri debeat de indemnitate ꝛ de defendendo. Et ſi in inſtrumento venditionis cũ hypoteca bonoruꝫ eſſet promiſſa refectio dannorum ꝛ intereſſe ſatis eſſet abſ͡q noua cautione preſtanda; alias orirentur ſuper venditionibus quotidie infinite lites: quia vix poteſt reperiri venditor qui in aliquo cõtractu non obligauerit ſua bona et nimis durum eſſet quod ex hoc venditor deberet impediri in exactione ſui precij: vel cogi diminuere de precio propter dubium euentum dicte obligationis conditionalis que not. quia nõ inuenies alibi examinata. ¶ Sed quando immineret euictio in limine contractus. iuxta. l. ſi poſt perfectam. C. de euictio. aliud eſſet dicenduꝫ circa exactionem precij: quia niſi venditor preſtet fideiuſſorem de euictione et non ſolum pro lite mota. ſed etiaꝫ generaliter pro omni euictione non tenebitur emptor ſoluere precium: vt. l. fina. ff. de reſcin. vendi. Et cum materia illa non pertineat ad terminos noſtros. Ideo quo ad illam remitto te ad nota. per Ange. de are. inſtitu. de ſuſpec. tuto. §. fina. vbi copioſe loquitur circa terminos dicta. l. ſi poſt perfectam. ꝛ per Roma. in conſilio. viij. iij. dubio. ꝛ per Fabianum in tracta. de emp. ꝛ venditi. in. vj. parte principali. in. xij. membro.

29 ¶ † Nono alius effectus conſiderari poteſt: quia ſicut viro vergente ad inopiam permiſſum eſt vxori agere ad cõſignationem ſue dotis. iuxta not. in. l. ſi conſtante. in principio. ff. ſoluto matrimonio ꝛ in. l. vbi adhuc. C. de iure do. Ita etiam eſt permiſſum eidem per viã exceptionis comparere in iudicio moto per creditores mariti contra illius bona excipiendo de dote ſua anteriori ꝛ impedire executionem allegando et probando vergentiam viri ad inopiaꝫ non obſtante quod aliter per prius nõ egerit contra maritum ſuper inopia et fecerit diſcuſſionem bonorum illius. iuxta auto. hoc ſi debitor. C. de pigno. Ita firmat bald. nouel. in tracta. dotis. in ſeptima parte. in priuilegio. xviij. in fine. et latius in priuile. xxiiij. licet (vt ipſe refert) aliqui aduocati tenuerint contrarium. quorum fundamentis ipſe reſpondet: et maxime quod ſicut alij creditores poſſunt in iudicio executiuo comparere et impedire executioneꝫ abſ͡q eo quod prius egerint ꝛ diſcuſſerint de bonis debitoris. iuxta not. in. l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudicata ita ꝛ debet poſſe facere vxor. ꝛ qđ dicta autenti. hoc ſi debitor. habet locum quando agitur contra tertiũ poſſeſſorem. non autem quando per mo-

dum exceptionis creditor comparet ad impediendum executionem. et ita refert tenere Joan. de Imo. in dicta.l.a diuo pio.§.ſed illud. ⁊ quod ſicut vxor per viam actionis poteſt agere pro inopia viri: dicta.l.ſi conſtante. in principio ita debet poſſe facere per modum exceptionis: quia cui damus actionem fortius damus exceptionem.l.muitum.§.cui damus.ff.de regulis iuris.

¶ Fatetur tamen quod iudex in tali cō paritione vxoris per viam exceptionis debet premittere cauſe cognitionem ſuper allegata inopia ⁊ ſuper ea interlocutorie pronunciare ⁊ demum vxorem admittere in ſua exceptione. Et hoc modo procedat illud quod vult Paul. de caſtro in.l.ſecunda in princi.ff. ſoluto matrimonio qui allegabatur in contrarium per aduocatos aduerſe partis: videlicet in ſecundo not.

¶ Subdit etiam eſſe aduertendum q̄d iſto caſu non ſeruabitur forma tradita in dicto.§.ſed illud vt ſcilicet procedatur ad venditionem bonorum mariti et de precio ſatiſfiat prius anteriori creditori ⁊ ſucceſſiue aliis: quia quando vxor comparet in cauſa inopie poteſt vxor obtinere ſe velle incumbere pignori vt inde alatur cum viro ⁊ familia. iuxta dicta.l.vbi adhuc vt infra immediate dicetur. Et iſtam opinionem tenet etiam idem Bald. nouel. in eadem.vij. parte in penulti. ⁊ vltimo priuilegio. Iſtam etiam partē videtur tenere bar. in.l.ſi conſtante.in principio.in.viij. queſtio.tertie partis principalis vbi firmat quod vxor in caſu inopie poſſit ſibi conſulere per viam retentionis tam contra ipſum maritum quam contra extraneos agentes hypotecaria. allegat c.per tuas. de donatio. inter virum et vxo. Sed iſta diſputatio ceſſat in ciuitate Florentie in qua extat ſtatutum quod mulier in caſu inopie poſſit agere ad bona mariti et etiam ea defendere contra quoſcunqȝ creditores. obtenta tamen prius licentia a conſilio.

30 ¶ †Sed extra caſum inopie non video quod mulier conſtāte matrimonio poſſit agendo vel excipiendo bona mariti defendere contra creditores illius: quia conſtante matrimonio non competit regulariter actio pro dote: vt.l.ſecunda ff.ſoluto matrimonio ⁊.l.ſi conſtante.§.j. ⁊ ibi per Alexand. eodem titulo et dictum ſtatutum florentinum quod mulier poſſit defendere bona mariti contra creditores obligatos ad dotem vel ad augmentum dotis vel donationem puto debere intelligi vel in caſu inopie vt dixi vel ad hoc vt ei caueatur in caſu reſtitutionis dotis de reſtituendis bonis hypotecatis. iuxta text.in.l.grege.§.fina.ff.de pignori. vel tertio contra illos creditores qui tenentur vxori pure ad ſoluendum dotem. vel augmentum dotis vel donationem ex promiſſione preambula. tunc quaſi per modū cuiuſdam compenſationis poſſit mulier defendere bona mariti plus tamen placet ſecunda intelligentia.

¶ Sed extra iſtos caſus non video q̄d vxor habeat conſtante matrimonio ius defendendi bona mariti cum nondum habeat actionem aliquam. iuxta.l.cedere diem.ff.de verborum ſignifica. ⁊ in l.ſi conſtante.§.j.ff. ſoluto matrimonio
31 vbi per Alexan. ¶ †Sed dubitatur an mulieri agēti vel excipiēti in caſu inopie mariti ad bona illi⁹ ſibi hypotecata pro dote poſſit ei per creditores offerri dos in pecunia ⁊ peti relaxatio bonorum cum ceſſione iurium dotalium. iuxta.l.creditor.§.ſi pignus.ff. qui po. in pigno.hab.⁊.l.j.C.ſi anti.credi.

¶ Et in hoc articulo maxima eſt contrarietas inter doctores. Nam q̄ ſit locus tali oblatiōi tenēt Bal. Ang. Imo. Roma. Pau. de ca. ⁊ Alex. in.d.l.ſi conſtāte. in prin. ⁊ dicit ibi Alex. in.vj.q. tertie partis poſite ibi per bar. q̄ iſta opi. videt̄ de iure verior ⁊ q̄ ex rōnib⁹ bal. patet reſpōſio ad rationē Cy. in qua videtur fundata opi.ʒ̄ria. Cōtrariā autē opi. vez q̄ non ſit loc⁹ tali oblationi tȝ Jo.an. in addi. Spe. i ti. de dona. iter vi. ⁊ vxo.§.ſi ſup. ver. ſȝ cū mulier. ⁊ Jac. d are. ⁊ Cy. in.l. cū tibi. C. q̄ po. i pig. habe. ⁊ ibidē Pe. Bar. Saly. ⁊ Raph. Fulgo. eandē opi. tenet Bar. in.d.l.ſi cōſtante. in.vij.queſtio. tertie partis principalis

ſtam etiam ſecundā opi. tenent Bald.
et Ange. ſibi contrarij in. l. j. ff. ſo. matri.
et Bal. in. d. l. vbi adhuc. et hanc firmat
Cor. preceptor meus in conſi. lxxxv. vi=
detur primo in litera. d'. quarto volu.
¶ Et iſtam opi. latiſſime diſputando et
arguēdo ad vtrāqz partem. et omnia re=
ferendo approbat. Sozi. in cōſi. cxl. viſa
cognitione. in. iii. volumi: vbi refert etiā
alios tenentes hanc partem et vltimo
dicit q iudex qui recederet ab hac opi=
nio. poſſet de temeritate reprehendi.
32 ¶ † Et maxime cum in ambiguis in
cauſa dotis ſit iudicandum in fauorem
ipſius: vt. l. in ambiguis. ff. de iure do.
etiam ſi pauciores doc. pro ea eſſent vt
in. c. fi. vbi ita firmat Abb. de re iud. Eā=
dē opi. vltra allegata per Sozi. tz etiā
Veronē. in ſuis cautel. car. xvij. colū.
prima. et ſeq. Maxime quando in inſtru
mento dotis dictum fuit q mulier in ca
ſu reſtitutionis dotis poſſit petere dotē
in pecunia vel in bonis ab eius electio=
nem: vt ibi per eum. Et ego ſemper ſm
iſtam opiū. vidi iudicari. et ita puto te=
33 nendum. ¶ † Intellige tamen ſane pre=
dicta q mulier in iſto caſu inopie non
poſſit occupare omnia bona mariti ſi=
cut poſſunt alij creditores hypocarij.
iuxta. l. creditoris. ff. de diſtrac. pigno. et
l. q̄diu. C. eo. tit. Sed tenebitur de mul=
tis bonis eligere vnum predium: vel
vnum petere ſorte de melioribus vſqz
ad concurrentem eſtimationem ſue do=
tis. argumen. dicta. l. creditoris. et ibi no
ta. per Barto. Alias ſi ſecus diceretur
eſſet in poteſtate mulieris quādo vide
ret virū labi facultatibus eludere alios
creditores dicendo ſe velle omnia bona
pro ſua dote retinere quod eſſet captio
ſum. et ideo non eſt tolerandum. iuxta
l. in fundo. ff. de rei vendica. et quia eſſet
aperire viam fraudibus. et ita tenet Bal=
dus nouel. in tractatu dotis in ſeptima
parte. in priuileg. xlvij. et ita ante eum
tenet Bartolus in dicta. l. ſi conſtante
in quarta queſtione principa. in. iij. que
ſito. et ita refert tenere Cynus in dicta. l.
vbi adhuc. in. xiiij. queſtiōe et iſtam opi
nionem tenet ibi Alexander vz in dicta
ſi. q. iiij. q. principa. et alij communiter
excepto Roma. vt refert ibi Alexander.
34 ¶ † Item illud quod dictum eſt quod
vxor conſtante matrimo. non poteſt de=
fendere bona mariti vltra caſum in=
opie: Intellige preterquam in bonis do
talibus que eſſent fundus dotalis. nam
iſta bona mulier poteſt indiſtincte defen
dere etiam conſtante matrimoni. con=
tra quoſcunqz etiam ſi fieret executio
in dictis bonis pro debito cōmuni ma=
riti et vxoris: qz talis executio eſſet que=
dam alienatio que in fundo dotali eſt
prohibita per. l. iuliam de fundo dota.
Ita not. glo. in. l. ſed ſi alia. ff. de bo. dā.
et ſequitur Baldus in. l. ob maritorū. C.
ne vxor pro mari. et ita latiſſime firmat
Bald. nota. in tracta. dotis. in ſeptima
35 parte. in priuileg. xviij. ¶ † Similiter
idem dicendum eſt ſi bona mariti eſſent
fiſco publicata: quia tali caſu vxor in=
continenti poſſet bona dotalia vendica
re a fiſco non obſtante q hodie matri=
monium non ſoluatur ex aliqua con=
demnatione facta de viro. vt in autenti.
ſed hodie. C. de donatio. ante nuptias.
Ita vult gloſſ. in dicta. l. ſed ſi alia. et vi=
detur textus in. l. ſi quis poſt hāc. C. eo=
dem titu. et facit textus in. l. ſi marito pu
blico. ff. ſoluto matrimonio et late habe
tur per Bald. no. in dicto tractatu in. d.
vij. parte. priuileg. xvij. et illud quod di=
citur de bonis viri in caſu inopie debet
etiaz dici de alijs correis obligatis vna
cum viro vt per Roma. in conſi. cccxcij.
circa primum. vlti. col. ſuper. iij. dubio.
vbi ſuper ſtatuto florentino decidit in
caſu inopie poſſe etiā agi cōtra bona il
lorum q̄ vna cū viro ſunt obligati pro do
36 te. ¶ † Decimo circa effectū hypotece q̄
cōpetit vxori pro reſtitutione ſue dotis
ſol. ma. dubitat an ſi vxor agat executi
ue contra heredes mariti ex publico inſtrō
quod ex forma ſtatuti hz executionē pa
ratam. et ipſa vxor forte geſſit tutelam
filiorum et inuentarium conficit et obli=
gauit ſe in forma ad redditionem admi
niſtrationis tutele et reſtitutionem reli=
quorum cū obligatione bonorū in for=
ma ex publico inſtrō. An tali caſu filijs
et heredibus pdictis cōpetat retētio do
tis pdicte donec eiſdē fuerit reddita rō

nis poſtea queſitis idem latius firmat
Bar. in. l. ix. C. qui po. in pig. hab. ⁊ Bar
to. in. d. l. ſi is qui ⁊ vt ipſe refert in lo-
cis predictis ita ante eũ tenuerunt Jac.
de are. Cy. ⁊ Oldra. ¶ Idem etiã tenet
Barto. in. l. in rebus in princip. C. de iu
re do. dicẽs ibi eſſe quaſi caſum de hoc
eandem opinio. tenet Bald. in. l. hac edi
ctali. §. his illud vlti. col. in verſi. ibi ⁊ ſi
quis. C. ſecund. nup. Dicens hanc eſſe
cõmunem opi. ⁊ veritatem: ⁊ ita tenen-
dum cẽſeo q̃uis Sal. in. d. l. lz ſequut⁹
fuerit opi. gl. ſ. q̄ prior ⁊ poſterior credi
tor ꝯcurrãt in bonis poſt primã obliga
tionẽ queſitis ⁊ conat̃ rñdere argumẽ-
tis Barto. ⁊ ſequaciũ. ſed (vt dixi) opi ſi.
Barto. eſt magis cõis ⁊ vera: ⁊ de facili
põt rñderi argumẽtis Saly. ¶ Sed ob
miſſis alijs ad vnũ rñdebo in quo Sa-
lyc. facit maiorem vim. Dicit em̃ q̄ rei
aliene obligatio non valet: niſi ſub iſta
cõditiõe cũ ſua erit vt. l. ſi fundus. §. alie
na. ff. de pigno. ſed exiſtẽte cõditione q̄
ſua ſit; non põt fingi retro ſua vere: qꝛ a
principio: ſm veritatem fuit alterius:
neq̄ etiã ficte qꝛ eſſet fingere q̄ res vni⁹
eſſet alterius qḋ eſt impoſſibile ⁊ cõtra
iura. ¶ Sed iſta ver. Saly. meo iudicio
licet ſint ſubtilia: tñ non obſtant cõmu-
ni opi. ⁊ imo qñ fuit obligata res alie-
na ſub illa cõditione ſi ſua erit: purifi-
cata cõditione q̄ ſua efficiatur: fingi-
40 tur vſq̄ a principio fuiſſe ſua. ¶ † Et
non obſtat allegata impoſſibilitas: qꝛ
in fictione tranſlatiua de tempore ad tẽ
pus requirit̃ duplex extremũ vz extre-
mum a quo ⁊ in hoc requiritur habili-
tas in eſſentia: ⁊ extremum ad qḋ: et in
hoc ſufficit habilitas in potẽtia lz non
ſit in eſſentia vt declarat barto. cũ quo
alij tranſeunt in. d. l. ſi is qui pro empto
re. ff. de vſuca. in materia fictionis trãſ-
latiue de tempore ad tpˢ: in propoſito
ergo lz tempore obligationis contracte
dominium rei obligate eſſet alterius ⁊
non debitoris ⁊ propter hoc obligatio
non poterit cõſiſtere a principio tanq̄
in re aliena: ⁊ ſic extremum ad qḋ non
eſſet habile in eſſentia: tñ dicta res bene
potẽtialiter poterat eſſe dicti debitoris:
qꝛ etiã a principio poterat dñium tranſ
ferri in debitorẽ: ſicut etiam potuit trãſ-
ferri poſtea: ⁊ ideo acq̄ſitio dñij poſtea
facta a debitore fingitur retro ⁊ vſq̄ a
principio cõtracte obligationis: qꝛ etiã
a principio potuit fieri talis acquiſitio
dominij etiam q̄ tunc in eſſentia fue-
rit alterius. ¶ Et nõ obſtat tex. in. l. ob-
ſeruare. §. fi. in fi. ff. de offi. procõ. ⁊ lega.
quẽ allegat pro ſuo fundamẽto Sal. qꝛ
in illo tex. extremũ ad qḋ nõ fuit habile

tiã in potentia. eſt eñi ibi tex. q̄ procon ſul anteq̄ eſſet ingreſſus prouinciam delegauerat iuriſditionem ſuo legato: dicit ibi q̄ talis delegatio nihil valuit q̄ proconſul anteq̄ ingrediat̃ prouinciã nullã habet iuriſditionẽ nec in eſſentia nec in potentia: ⁊ ideo licet poſt delegationẽ proconſul ingrediat̃ prouinciam ⁊ duret in eadẽ volũtate d̃r ibi q̄ legatus cenſet̃ habere iuriſditionẽ non exinde ex quo delegatꝰ fuit ſed ex quo prouinciam proconſul ingreſſus eſt: ⁊ ratio eſt vt dixi: q̄ proconſul tẽpore facte delegationis nõ habeat aliquam iuriſditionẽ nec erat potentialiter habilis ad illam habendã anteq̄ eſſet ingreſſus prouinciam: loquendo tñ de iuriſditione contentioſa vt. l. j. ⁊ ij. ff. de offi. procõ. ⁊ leg. ¶ Nam licet eſſet homo: tñ iſta potẽtia nõ eſt in conſideratione q̄ non eſt potẽtia ppinqua ad iuriſditionem. Nã potentia ppinqua eſt ipſa prouincia in qua debet exerceri iuriſditio ⁊ illa requirit̃ ad eſſe iuriſditionis cõtentioſe de qua loquitur tex. in. d. l. obſeruare. §. fi. ⁊ propterea cum ibi (vt dixi) deficiat potẽtia in extremo ad qd̃: q̄ tẽpore delegate iuriſditionis proconſul non poterat iuriſditionẽ delegare: nõ poteſt voluntas proconſulis poſt ingreſſum prouincie trahi retro ad tp̃s demãdate iuriſditiõis: in caſu aũt noſtro eſt ſecus: q̄ extremũ ad qd̃ tp̃e cõtracte obligationis erat habile in potentia: q̄ dñs potuit etiã illo tp̃e transferre dñium in debitorẽ ſicut trãſtulit poſtea: ⁊ p̄dicta optime declarãtur per Iaſ. in repeti. d. l. ſi is qui pro emptore in. iij. q. principali Bar. in. iiij. oppo. quã facit contra illam ⁊ eſt mihi

41 ſignata nu. 22. ¶ † Et predicta procedunt in extremo ad qd̃; ſed in extremo a quo aliud eſt dicendũ. Nã ſi extremũ a quo non reperit̃ habile in eſſentia tẽpore exiſtentis conditionis ad obligationẽ cõtrahendã vel ex parte rei vel ex parte pſone tunc conditio non trahitur neq̄ fingitur retro ad tp̃s cõtractus: et ex parte rei dicetur ſi tp̃e exiſtentis cõditionis res debita eſſet perempta: ex parte aũt perſone dicetur quando ante purificatã cõditionẽ perſona que pmiſerat ſub cõditione eſſet mortua. ¶ Tunc eñi diceret̃ extremum a quo nõ eſſe habile in eſſentia ⁊ ppterea conditio non poſſet retro trahi. ita vult Barto. in. l. quotiens in fi. ff. de noua. dicens eſſe ppetuo tenendũ menti ad limi. l. qui balneũ ⁊. l. potior. ff. qui po. in pi. hab. et eſt pulchra ⁊ plena apo. Alex. in. l. ſub cõditione. ff. de ſolu. ¶ Et pbatur optime iſta concluſio per tex. in. d. l. qui balneũ. §. j. ⁊ ibi declarat Bar. Nã ibi res aliena fuit pignori data per debitorem primo titio ſcd̃o Gaio. tertio debitor illam emit: quarto debitor illã vendidit ſempronio ⁊ de precio ſatiſfecit titio primo creditori: deciditur ibi q̄ Gaius ſecundus creditor nõ poterit illã rem auocare ab emptore: q̄ illa nunq̄ ei fuit obligata: ⁊ ratio illius tex. ſm glo. ⁊ Bart. ibi eſt. q̄ illa res fuit obliggata ſcd̃o creditori ſub conditione vez ſi primo creditori obligata eſſe deſierit. Unde cum tẽpore exiſtentis conditionis vez ſatiſfactionis facte primo creditori per quã deſijt illi eſſe obligata res; non inuenit̃ illa res in bonis debitoris: q̄ ante fuit vendita ſempronio: ⁊ ſic deficiat extremũ a quo in eſſentia nõ poteſt illa obligatio facta ſcd̃o creditori retro trahi et cõfirmari ⁊. d. limi. Bar. in. d. l. quotiẽs ſequit̃ Alex. in. d. l. qui balneũ. §. j. et ſic remanet firma iſta cõcluſio q̄ prior creditor pferri d3 ſcd̃o etiã in bonis queſitis per debitorem poſt obligationẽ fa-

42 ctã ſcd̃o. ¶ † Sed iſta cõcluſio fallit in fiſco: q̄ ex priuile. fiſcus ſcd̃o loco creditor p̄fert̃ primo creditori in bonis q̄ſitis per debitorẽ poſt obligationẽ cõtractam cũ fiſco vt eſt tex. in. l. ſi is qui. ff. de iure fiſ. in bonis aũt q̄ſitis ante cõtractam obligationẽ cũ fiſco p̄fertur primꝰ creditor fiſco indiſtincte ſiue primꝰ creditor habuerit gñalẽ ſiue ſpãlem hypotecã vt no. gl. ⁊ bar. in. d. l. ſi is q̄: ⁊ idẽ eſt ẽt ſiue obligatio prla ſit exp̄ſſa ſiue tacita q̄ creditor ex ea p̄fert̃ fiſco in bonis q̄ſitis ante obligationẽ cõtractam cũ fiſco vt. l. j. C. rẽ alie. geren. ⁊ no. bar. in. d. l. ſi is qui ꝫ gl. in. l. ſi pignus. ff. qui po. in pigno. hab. voluerit cõtrariũ ⁊ male ſm bar. i d. l. ſi is qui poſt Dyn. in. l. priuilegia

ff.de priui.credi.⁊ in reg.qui prior.lib.vj.⁊ ita etiã vult Alex.in cõſi.lviij.nu.4.vj.volu. ¶ Adde tñ ꝙ illud qđ dictũ eſt de fiſco vt.ſ.preferatur primo creditori in bonis queſitis poſt obligationẽ cum fiſco cõtractam procedit qñ prim⁹ creditor nõ habet aliud priuile.ꝙ̃ prioritatẽ tẽporis:ſed ſi vltra prioritatẽ tẽporis creditor haberet aliud priuilegiũ puta qꝛ eſſet creditor ex cauſa tutele: tũc ratione duplicis priuilegij.ſ.prioritatis tẽporis ⁊ tutele priuatus preferretur fiſco etiã in bonis queſitis poſt obligationẽ fiſci tex.eſt in.l.fi.in princi.ff.qui po.in pigno.hab.⁊ ita illum tex. intelligit ibi glo.in prima ſo.⁊ ſequitur ibi Bar.⁊ glo.⁊ Bar.in.d.l.ſi is qui prima oppo.que ſit de.d.l.fi. ¶ †Quinto
43 queritur iuxta predicta quando datur prelatio in bonis queſitis ante vel poſt aliquam ex dictis obligationibus iuxta terminos.d.l.ſi is qui.quis debeat probare acquiſitionem eſſe factã ante obligationem cum fiſco factam:⁊ dicẽdum eſt ꝙ qui agit ſiue dicat prioritatẽ ſiue poſterioritatẽ habet eam probare:vnde ſi prior agit cõtra fiſcum ſecũdum creditorem debet ꝓbare acquiſitionem factã prius ꝙ̃ fuiſſet cõtractũ cum fiſco arg.l.quotiẽs.C.de rei vendi. ſed ſi fiſcus ageret cõtra primum creditorẽ priuatũ deberet ꝓbare acquiſitionem bonorũ factã poſt ſuam obligationem.l.mater.C.de rei vendi.⁊ faciũt no.in.l.nõ ſolum.§.ſed vt probari.ff.de no.op.nũ.⁊ in.l.cum actum ⁊ ibi glo.in fi.ff.de nego.ge.⁊ in cle.fi.de reſcrip.et ita firmat Bart.poſt Cldra.in.d.l.ſi is qui ad fi. Adde no.per Bart.in.l.j.C.de iure fiſ.lib.x.⁊ per Imo.⁊ alios modernos in.l.in illa.ff.de verborũ obligatio. ¶ Sexto dubitatur ſi debitor obligauit rem vni:⁊ eodem die candẽ rem alteri vendidit:⁊ non apparet de prioritate ⁊ poſterioritate dicte obligationis ⁊ vẽditionis:⁊ poſſeſſor conuenitur per creditorem hypotecaria: quis habeat ꝓbare an creditor agens prioritatez ſue obligatiõis:an poſſeſſor cõuentus prioritatẽ ſue emptionis:⁊ in hoc bar.in.l.⁊ que nondũ.§.j.ff.de pigno.dicit ꝙ on⁹ probandi incũbit creditori agenti: al's (non ꝓbata p eũ prioritate) ſuccũbet ⁊ vincet poſſeſſor allegat.l.de rebus.C.de dona.ante nup. ¶ Fallit tñ ſm Bar.in fiſco:qꝛ poſſeſſori cõuento a fiſco incũbet onus ꝓbãdi rẽ fuiſſe ſibi prius obligatã ſeu alienatã:⁊ hoc fauore fiſci al's poſſeſſor ſuccumbet per text.in.d.l.j.C.de iure fiſ. ¶ Bald.aũt in.l.matrẽ.C.de ꝓba.tenet indiſtincte ꝙ onus ꝓbandi incũbat creditori ſiue agat ſiue ꝯueniatur ⁊ ita refert tenere Jac.de are.⁊ mouetur ratiõe qꝛ quocũqꝫ tẽpore emptio facta ſit:emptor eſt effectus dñs rei et ideo abſqꝫ cõſideratione tẽporis hꝫ ius ſuũ fundatũ:ſed creditor nõ poteſt habere hypotecam niſi probet ꝙ ante vẽditionem ⁊ traditionẽ alteri factam ſibi res obligata fuerit qꝛ rei aliene non conſiſtit hyp.vt.l.rẽ alienam.ff.de pig. actio.⁊ ſic apparet ꝙ ipſe fundat ſe ex tẽpore ergo illud dꝫ probare ⁊ idem tenet Bal.in.l.de rebus.C.de dona.ante nup.⁊ dictã opi.Bal.⁊ Jaco.de are.in d.l.matrem tenet etiã Saly.ibi ⁊ Pau. de ca.⁊ illa videt᷑ meo iudicio meli⁹ fundata:qꝛ negari nõ poteſt ꝙ creditor nõ fundet ſe in tpe:nõ autẽ emptor per rationẽ Bal.Unde cũ fundet ſe in tẽpore
44 onus ꝓbandi illud ei incũbit † p illam reg.ꝙ qñ tps eſt fundamentũ intentionis alicuius illud dꝫ ꝑciſe probari al's ꝓbatio eſt inualida per no.per Bart.⁊ alios in.d.l.nõ ſolum.§.ſed vt ꝓbari.ff. de no.op.nume.⁊ per Bal.⁊ Saly.in.l. fi.C.ne ſer.ex ſuo fac.⁊ per glo.not.in.c. venerabilibus de ſen.excõ.li.vj. ¶ Adde tamen in hoc arti.ꝓbationis prioritatis pulchram apo.Andree barba.ad Bald.in.l.cum res.C.ſi alie.res pi.da. ſit.vbi multa ſimilia adducit multũ tamen a remotis more ſuo. ¶ †Septimo 45
dubitari poteſt quãdo iſta ꝓbatio prioritatis ⁊ poſterioritatis eſt faciẽda qũo fieri debeat:⁊ in hoc Bal.in.d.l.de reb⁹ C.de dona.ante nup.dicit ꝙ ſi quilibet probat de ſua die:ex tali probatiõe colligitur prioritas ⁊ poſterioritas: ſed ſi probetur de eadem die tunc erit melior conditio rei conuenti niſi per agentem ꝓbetur prioritas hore vel tpis. qñqꝫ tñ

prioritas quū ... ſerui ſcripture ...

dicit ipſe q ex ſerie ipſius ſcripture po
terit coſtare de prioritate ⁊ poſterioꝛita
te:puta ſi manu eiuſdē notarij ſint am=
bo cōtractus celebrati:nā primus in oꝛ
dine ſcripture dicetur prioꝛ ⁊ potioꝛ in
tempoꝛe arg.l.ſi ſeruus cōmunis.ff.de
ſtip.ſeruo.ita dicit ibi Bal.pro quo etiā
optime facit qđ vult Ang.in auť. de he
redi.⁊ falci.§.ceterū vbi vult:q ſi in eo=
dem inſtrumento ſunt obligata bona
titio deinde ſeio:q hypo.ſeij cenſenda
erit poſterioꝛ ꝓpter oꝛdinem ſcripture:
facit etiā qđ inquit Bal.in.l.aduerſus
C.de fur.vbi dicit q prioꝛ eſt in tpe qui
prioꝛ eſt in oꝛdine ſcripture: ⁊ dixi ſu=
pra in.iiij. membꝛo. ſcđe partis vbi vi=
de.¶Et predicta ꝓcedunt inter priua
tas perſonas non priuilegiatas nā in=
ter illas ꝓbatio prioritatis vel poſte=
rioritatis debet fieri vt.ſ. declaratū eſt:
ſed qñ ex vna parte eſt perſona ſeu cā
priuilegiata:⁊ ex alia parte eſt perſo=
na ſeu cauſa non priuilegiata:⁊ nō ap=
paret de prioritate vel poſterioritate:
tūc abſq alia ꝓbatione prioritatis vel
poſterioritatis preſumptio prioritatis
eſt pro cauſa priuilegiata vnde inſtru=
mentum dotis tanq priuilegiatū pre=
ſumetur anterius inſtrumento mutui
vel alterius ſimilis cōtractus non pri=
uilegiati.l.in ambiguis ⁊ ibi Barto.ff.
de iure do.⁊ no.Bar.in poſitione caſus
in.l.j.ff.ſo.ma.⁊ ita refert ⁊ ſequit̃ So=
zi.ibi in primo no. ¶Niſi ſecundū eum
appareret de hoꝛe prioritate qꝛ ratio=
ne vnius hoꝛe ⁊ etiam minoꝛis tēpoꝛis
vnum inſtrumentum dicit̃ prius alte=
ro ſm glo.in.l.ſi ex pluribus.ff. de ſolu.
⁊ Bal.in.l.imperatoꝛ.ff.de ſtatu hom.
⁊ no.in.c.ij.de confeſ.⁊ in.c. paſtoꝛalis
de reſcrip.⁊ idem dicit Sozi.ibi eſſe in
cauſa libertatis fauoꝛe illius ſm Cyn.
in.l.in exercendis.C.de fide inſtru. in.ij.
q.⁊ ſimiliter in cauſa pia vt dicit cōſu=
luiſſe elegantem doc.d. Franc.de alber
go.de aretio:vt etiam refert ⁊ ſequitur
Roma.in autē.ſimiliter.C. ad.l.falci.in
xiij.priuilegio in contractibus facti.
¶Idem etiam ⁊ tertio infert Sozi.eſſe
in fiſco vt ibi late per eum: ⁊ idem ante
eum tenuit ⁊ poſuit Bal.not.in tracta.
dotis.in.ix. parte in primo priuilegio
in fine:⁊ late poſui.ſ.in.iiij.mēbꝛo ſi cū
46 de partis.¶†Sed dubitatur an ſi cre=
ditoꝛ ꝓbat de die ſue obligationis:poſ=
ſeſſoꝛ autē nihil ꝓbat de tēpoꝛe ſue em
ptionis vel acquiſitionis quis obtine=
re debeat?⁊ in hac difficultate Cyn.in
d.l.de rebus.C.de dona.ante nup. dicit
q ꝓbans de die ſue obligationis vin=
cit:qꝛ licet talis probatio de neceſſitate
non concludat q prius ipſe acceperit
obligationem q alius: cum poſſit eſſe
q ille qui nō probat de ſuo die contra=
xerit ante:tamen ſatis eſt q ille qui ꝓ=
bat de die omnino certius ꝓbat q ali⁹
qui nihil probat ⁊ ita etiā tenet Bald.
in.d.l.de rebus: ⁊ iſtud dictum refert
Alex.in.l.⁊ quenendum.§.j.ff. de pign.
in apo.ad Bar.⁊ relinquit ſuper eo co=
gitandū per no.ibi per Bart. Illud ta=
men ſequitur Sozi.in.d.l.j.in.iij. limi.
ff.ſo.ma.⁊ ibi coꝛroboꝛat per plura ac
etiā inducit ad no.q. de diuerſis colla=
tionibus de beneficio factis a papa et
oꝛdinario eodem die:q ſi in collatione
oꝛdinarij eſſet appoſita hoꝛa:illa debe=
ret preferri tanq continēs tempus ma=
47 gis certū vt ibi latius per eū. ¶†Octa
uo qꝛ ſupra aliquid dictū fuit de.l.ſcri=
pturas.C.qui po.in pi.hab.⁊ quia ma=
teria illa eſt contingibilis:dicenda ſunt
aliqua circa intellectū.d.l. Et primo q
ad hoc vt ille qui nititur ſcriptura pri=
uata gaudeat priuilegio prioritatis cō
tra alium qui habet inſtrumentum pu
blicum poſterius:requiritur q illi tres
teſtes qui ſe ſubſcripſerunt illi ſcriptu=
re priuate(qñ illa negatur) debeant ſe
recognoſcere ⁊ probari debet illa ſcri=
ptura per eos:vel ſaltem per compara
tionē literarum ita firmat Sozi.in cōſi.
cclxxiiij.in cauſa.d.liſe.vij.cel.verſi.cir
ca tertiū.ij.volu.vbi etiam reprehendit
Pau.de ca.in conſi.cccxciij.in cauſa ſer
Ludouici qui tenuit ſolaꝫ ſubſcriptio=
nem ſufficere etiam q teſtes nihil de=
ponerent: puta quia eſſent moꝛtui: et
dicit Sozi.q Pau. in hoc nimis inad=
uertenter fuit loquutus:⁊ ita etiam di=
cit exprimere Bald in.d.l. ſcripturas
in prin.in ſua diſtinctione. ¶Secundo

ad hoc vt dicta ſcriptura habeat effe-
ctum p̄clationis requiritur etiã ſub-
ſcriptio partium vltra ſubſcriptionem
trium teſtium ita tenet Soȝi.in.d.cõſi.
274.ea.col.ponderãdo ad hoc.d.l.ſcri
pturas ꝙ in principio quando agitur
contra debitorem requiritur dicta ſub-
ſcriptio partium ⁊ ꝯ̄uis in verſi. ſin au
tem.vbi agitur cõtra tertium non repe
tatur de dicta ſubſcriptione partium:
ſed tantum exprimatur de teſtiũ ſub-
ſcriptione.¶Tamen q2 in illo tex.dici-
tur hiſdem ſcripturis apparet ꝙ impe
rator loquitur de eiſdem ſcripturis de
quibus in principio loquutus fuit per
no.per doc.in.l.talis ſcriptura ad fi.ff.
de leg.j.⁊ etiã quia dictus verſi.ſin aũt:
loquitur per modum exceptionis facte
a legis principio ⁊ exceptio debet eſſe
de contentis ſub regula.l.nam ꝙ liqui
de.ff.de penu lega.⁊ ita ſm̄ eum volue
runt Nico.de Nea.⁊ Bald.in ſpecu. in
rub.de fi.inſtru.⁊ Jo.an.in.§.nunc vidẽ
dum in addi.magna in verſi.ſupplemẽ
tum:⁊ iſtud corroborat Soȝi.in.d.cõſi.
pluribus aliis mediis vt ibi per ipſum.
¶Tertio requiritur ad effectum p̄cla
tionis antedictum:ꝙ illi tres teſtes qui
ſe ſubſcripſerunt ſint probate atq; inte
gre opinionis:⁊ iſta qualitas debet p̄-
bari ⁊ ita firmat Soȝi.in.d. conſi.274.
in antepe.col.in verſicu.poſtremo dico.
¶Modo dubitatur circa.d.l. ſcriptu-
ras an ſtãte ſtatuto ꝙ ſcripture ꝙ li-
brorum mercatorum vel artificũ ſum-
pte vel exemplate de cõmiſſione iudi-
cis habeantur pro inſtrumento publi-
co ⁊ habeant executionem paratã put
inſtrumenta guarentigie ⁊ bona debi-
toris intelligantur obligata ⁊ hypote.
prout tale ſtatutum extat Florẽtie:an
talis hypo.inſurgens ex dictis parti-
tis ſumptatis:ſi detur concurſus cum
alio creditore habente inſtrumentum
publicum ſui crediti poſterius tamen
dictis partitis: preferatur creditor ex
dicto libro:⁊ in hoc Soȝi.in conſi.ccxl.
circa preſentem ſcdo vol. firmat ꝙ iſto
caſu non militet diſpoſitio.d.l. ſcriptu-
ras:ſed ꝙ creditor ex libro anterior in tẽ
pore preferri debeat poſteriori credito-
ri fundãti ſe in publico inſtrumento. ⁊
mouetur ad hoc firmandũ pluribus ra
tionibus ⁊ argumentis:⁊ maxime ꝙ ex
verbis claris ſtatuti dicte partite libro-
rum aſſumunt naturam publici inſtru
menti ⁊ ſicut in.d.l.ſcripturas diſponit
ꝙ ſcriptura priuata trino teſte notata
⁊ ſolẽnizata prout in.d.l.requiritur ha
bet a dicta lege vim publici inſtrumen
ti ⁊ p̄fert inſtrumẽto publico poſterio-
ri ita dȝ eſſe in ſcriptura cui ſtatutum
dat robur publici inſtrumenti.l.omnes
populi.ff.de iuſti.⁊ iur. ⁊ faciunt no.in
l.j.ff.de lega.j ¶Addit etiã Soȝi.in eo
dem loco ꝙ dicta ſcriptura librorũ ſolẽ
nizata ſm̄ formam ſtatuti non ſolũ ha
bet vigorẽ contra debitorem principa-
lem ſed etiam contra tertiũ: ⁊ ita dicit
fuiſſe cõſultũ per preſtantiſſimos doc.
optimi iudicij ⁊ conſcientie.d. Joã.pe-
trutium de peruſio in ſuo cõſi.qđ incip.
conabor ⁊.d.Benedictũ caprã qui ſe il-
li cõſi.ſubſcripſit ⁊ recitat Soȝi.illorũ
fundamenta ⁊ reſpondet obiectionibꝰ
que in hoc fiebant per partem aduer-
48 ſam. ¶†Et inter alia aſſignat rationẽ
inter ſcripturam libri ⁊ aliam ſcriptu-
ram priuatã.Nam in ſcriptura priua-
ta puta in apodiſſa poteſt de facili in tẽ
pore cõmitti fraus q2 lȝ hodie illa ſcri-
batur tñ poteſt in ea apponi dies tem-
poris preteriti:ſed in libris talis fraus
nõ poteſt ita de facili cõmitti cũ ſingu-
lis diebus ⁊ continuate ſoleant in illis
data ⁊ accepta deſcribi ita ꝙ eſt quaſi
impoſſibile in illis mutare veritatẽ tẽ-
poris ⁊ dierũ quin peritꝰ in hmõi ſcri-
pturis iſtud nõ aduertat ⁊ cognoſcat
⁊ ꝓpterea ſtatuẽs voluit dare iſtud pri
uilegiũ libris ⁊ nõ aliis ſcripturis:⁊ de
hac etiã rõne diuerſitatis habet̃ plene
ꝑ modernos in.l.admonẽdi.ff.de iureiu
rã.dum loquunt̃ de ſcriptura librorum
49 priuatorũ.¶Inſuper idẽ Soȝi.in eo-
dẽ cõſi.240.addit ꝙ talis ſcriptura li-
brorũ ſolẽnizata iuxta diſpoſitionẽ ſta
tuti p̄dicti hȝ priuilegiũ p̄lationis in
hyp.vſq; in diẽ quo ipſa ſcriptura cõfe
cta fuit non aũt incipit a die approba
tionis facte de ea per iudicẽ:⁊ ita ẽt di-
cit cõſuluiſſe p̄fatũ.d.Jo. petrutiũ in

dicto cōſil.ea rōne q2 autēticatio ſump‍tus facti de dicta ſcriptura ſm formā dicti ſtatuti refert ſe ad librum ⁊ illius ſcripturā ergo illius initium attendi dz:q2 verba debēt intelligi ſm tempus actus cui adijciuntur.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxali. Et corroborat hoc multis alijs fundamētis vt ibi per eum:⁊ demū ſubdit ꝙ iſta cōcluſio militat nō ſolū i libris ꝓprijs ſ3 ēt in libris cōibus inter plures ſocios per rationes quas ibi adducit.¶ Ulterius eſt aduertendum ꝙ Pau.de ca.in cōſi.cccxciij.in cauſa ꝑ Ludouici extendit diſpoſitionē d.l.ſcripturas que loquit inter plures creditōres:vt habeat etiā locū quando contēditur inter vnum creditorē fundātem ſe in ſcripturā priuata non ſolēnizata iuxta.d.l.ſcripturas ⁊ inter emptorem rei hypotecate per prius dicto creditori fundātem ſe in inſtrō publico ſue emptionis:q2 vtroqꝫ caſu viget eadē ratio.ſ.poſſibilitas fraudādi publicū inſtrumētum per appoſitionē diei ⁊ temporis anterioris in priuata ſcriptura fortaſſe confecta poſt publicū inſtrumētum ideo etiā dz militare diſpoſitio.l.a titio.ff.de ver.obli.⁊ ꝓut latius ꝓſequitur Pau.de ca.in.d.cōſi.¶ Sed Soci. in.d.cōſi.240.in.ij.col.in ver.nō obmitto dicit ꝙ Saly.in.d.l.ſcripturas tenet cōtrarium ⁊ ꝙ alias etiā ſuper hoc vidit ſolēne cōſi.eiuſdem cui ſe ſubſcripſerunt multi ſolēnes doc. Iſtud etiā dicit Soci.in cōſi.lxxv.duplicato per errorem.iiij.vol.in cōſi.cxcviij.Sed ego nō inuenio Saly.hoc velle in.d.l.ſcripturas ⁊ eius cōſi.non vidi.⁊ ꝓpterea non puto eſſe recedēdum ab opi.Pau.de caſtro q̄ mihi videt equa ⁊ rationabilis.

50 ¶ † Ultimo circa diſpoſitionē d.l.ſcripturas eſt aduertendum ꝙ Pe.de ancha.in cōſi.xxviij. rationes inducte ⁊c. Conſuluit ꝙ ſi ꝓcurator vigore idonei mādati obligauit bona dñi certe pſone in priuata ſcriptura non ſolēnizata iuxta.d.l.ſcripturas ⁊ poſtea dñs obligauit alteri i publico inſtrō ꝙ ille cui dñs obligauit in publico inſtrō prefert illi cui ꝓcurator obligauit in ſcriptura priuata l3 anteriori:nō obſtante ꝙ ille cui procurator obligauit videret etiā niti ex publico inſtrō mandati quaſi a primordio tituli poſterior firmet euentus iuxta.l.j.C.de impo.lucrati. deſcri.lib. x.⁊ ꝙ in duabus diſpoſitionibus ſucceſſiuis effectus ſumantur ab illa q̄ ſe refert ad aliā:nō ab illa ad quā habet relatio.l.ſi ita ſcripſero. ff. de condi.⁊ demon.⁊.l.aſſe toto.ff.de hered. inſti. ⁊ ad hoc mouet pluribꝰ rationibus ⁊ precipue ꝙ ꝑ dictū inſtrm mandati precedens nō tollit ſuſpitio fraudis de qua in.d.l.ſcripturas nam ille ꝓcurator potuit longe poſt inſtrm obligationis facte per dñm alteri ſcribere manu propria dictā ſcripturā ⁊ ponere ad libitū in ea diē anteriorē inſtrumento dñi quibus fraudibꝰ voluit prouidere.d.l.ſcripturas vt ibi latius per eum. ¶ Cuius dicta optime cōferūt ad corroborationem dicte cōcluſionis Pau.de ca.in cōſi.cccxciij.cum vterqꝫ fundet ſe in identitate rationis ad obuiandū fraudibus ⁊ ꝙ vbi militat ratio fraudis militet etiā diſpoſitio.d.l.ſcripturas ⁊ dicto cōſi. Pe.de anch.ſubſcripſerūt ſe Gaſpar de caldarinis ⁊ Franc.de rampo.vt apparet in fine dicti conſilij ⁊ etiam in conſi.xxix.⁊ ſic ſequenti ego Franc.vbi Franc.de rampo.idem confirmat ita ꝙ dicta concluſio ſecure teneri poteſt tot ſolēnibus doctoribus approbata ⁊ validis fundamentis roborata, vt latius in dictis conſilijs.

51 ¶ † Nono ⁊ vltimo in materia proprietatis eſt aduertendū ꝙ licet quando eſt vnus tantum creditor hñs plura bona hypotecata ipſe poſſit ꝓſequi in bonis in quibꝰ vult vt.l.creditoris.ff.de diſtrac.pign.⁊ ſi ſint plures creditores quorum quilibet h3 vnā tm̄ hypotecam qui prior eſt in tempore potior ſit in iure vt.l.ij.que incipit qui generaliter in fi.ff.qui po.in pigno.habe. Tamen quādo primus creditor habet duas hypotecas v3 vnam generalem ⁊ aliam ſpecialem ſecūdus autē h3 vnā tm̄.ſ.ſpecialē in aliquibꝰ bonis: ſi hypotece primi creditoris ſunt pure ⁊ ſimplices:poteſt primus creditor de rigore iuris vti qua ipſe vult:ſed de equitate nō pōt vti niſi ſpeciali hypo.ſi in ea

poteſt ei ſatiſfieri vt eſt text.in.l.ij.C.de pign. Sed ſi primus creditor habet ſpecialem hypotecã pure: ⁊ generalē ſub cõditione ſubſidiaria quatenus prima non ſufficiat: ſecundus creditor: ſi ſpālis ſufficit primo: non ſolum erit potior in ſua ſpeciali: ſed etiã erit ſolus vt.d.l.qui generaliter ſcðo rñ.ff.qui po.in pi.hab. Sed ſi econuerſo primus hꝫ vnã tantum ſecundus vero hꝫ duas: prim⁹ erit potior in ſua ambabus illis ſecundi creditoris iuxta regulam qui prior lib.vj.⁊ hoc niſi.hyp.ſecundi ſit priuilegiata iuxta.l.licet.C.qui po.in pign.hab.⁊ ita diſtinguunt Barto. Bald.et Saly.in.d.l.ij. ¶ Et pro ampliatione.d.l.ij.no.ꝙ illa habet locũ ſiue primo facta fuerit primo creditori ſpālis hyp.et poſtea generalis: ſiue econuerſo primo generalis ⁊ poſtea ſpecialis: vtroqꝫ enĩ caſu eadē eſt ratio ⁊ procedit.d.l.ij. ita firmat ibi Saly.in vl.q.per optimas rõnes quamuis ibi Pe.voluerit contrariũ ⁊ male ſm Saly. ¶ Item.d.l.ij.procedit non ſolum quando debitor poſſidet bona hypotecata: ſed etiam quãdo primus creditor: vel alia extranea perſona poſſideret dicta bona: qꝛ eadem eſt ratio ergo eadem debet eſſe iuris diſpoſitio vt.l.illud.ff.ad.l.aqui.⁊ ita firmãt in.d.l.ij.Jac.bu.Cy.Bar.Bal.⁊ Saly.

¶ Sed dubitatur circa iſtam materiã quid ſi primus creditor nõ habet generalem ⁊ ſpecialem hypotecam vt loquitur.d.l.ij.ſed habet magis generalem ꝙ̃ habeat ſecundus vterqꝫ tamē habet generalem: ſed primus habet magis generalem ꝙ̃ ſecundus: an tali caſu habeat locum d.l.ij.vt.ſ.primus teneatur prius proſequi illam rem que non comprehenditur in hyp.ſecundi ⁊ ſi illa eſt ſufficiens pro ſua ſatiſfactione nõ poſſit moleſtare alia bona comprehenſa in hypoteca ſecundi: ⁊ Cor.in ↄſi.cclxij. licet in preſenti pen.col.pri.volu.determinat quod iſto caſu non militet diſpoſitio.d.l.ij.qꝛ iſto caſu reperiꝰ rigor ſcriptus de quo in.d.l.qui generaliter in prin.⁊ nõ reperitur equitas ſcripta: qꝛ caſus.d.l.ij.eſt diuerſus ab iſto et ideo dꝫ preferri rigor.l.placuit.C.de iudi.et quia non eſt omnino eadē ratio qñ primus hꝫ generalem tñ: que eſt qñ habet ſpālem ⁊ generalem. Nã ſpālis hyp.affert aliquid plus iuris arg.eius quod habeꝰ in regula generi lib.vj.⁊ qñ quis habet generalem ⁊ ſpālem hypotecã in eadē re habet in illa duplex vinculum obligationis ⁊ duo vincula magis ſtringũt vt in auc.itaqꝫ.C.commu.de ſucceſ.⁊ iõ creditor teneꝰ magis eligere rē in qua habet ſpālem ⁊ generalē hypotecã ꝙ̃ illã in qua habet generalē ſolam et iſta equitas mouit imperatorē in.d.l.ij.

¶ Et facit quia.d.l.ij.eſt exhorbitãs vt dicũt ibi doc.⁊ eſt cõtra.d.l.qui generaliter vnde nõ eſt extendēda ad alium caſum.l.qđ vero contra.ff.de legi.⁊ ꝙ.d.l.ij.ſit exhorbitãs tenet etiã Soci.in ↄſi.cxcviij.pmo aſpectu in fi.ij.vol.duplicato p errorē.lxxv.iiij.vol. ¶ Et p hoc infert ꝙ.d.l.ij.procedit ſolũ reſpectu ſecundi creditoris: ꝙ tunc.ſ.pmus creditor teneatur ſibi prius ſatiſfacere in re ſpāliter hypotecata: ſecus aũt ſit quo ad tertiũ poſſeſſorem qui nõ habet hypotecã aliquã in dictis rebus: quia quo ad eũ nõ requiriꝰ excuſſio de ſpāli hyp.pmi creditoris: ſed tunc erit locus.d.l.creditoris.ff.de diſtrac.pi.et.d.l.gñaliter i pn. de quo tñ vide que dicam.ī.in pma parte octaue partis in materia excuſſionis in.vij.fall. ¶ Et pro cõplemēto iſtius materie no.ꝙ qñ agiꝰ contra ſecundũ creditorē habentē ſpālē hypotecã: et pmus hꝫ ſpālem et generalē iuxta terminos d.l.ij.pſumptio eſt ꝙ ſpālis hyp.iquam hꝫ pmus ſit ſufficiens pro ſatiſfactione primi creditoris niſi aliud pbeꝰ vt tenꝫ gl.in.d.l.ij.in ℣.redigere quã ibi ſequiꝰ Saly.ī pma opp.et p hec remanet expeditũ iſtud ſcðm mēbrũ iſti⁹ qnte partis.

¶ Summarium.

1 Scðs creditor poteſt offerre pmo creditori ſuum creditum: et liberare pignus a primo credito et ſuam hypotecam confirmare.

2 Res hypotecata tranſit cum ſuo onere.

3 Scðs creditor an poſſit offerre emēti a debitore vt ſatiſfiat creditori pmo.

4 Oblatio p ſcðm creditorē nõ pt fieri emptori q̃ emit a pmo vēdēte iure creditoris

5 Regula quod oblatio non poteſt fieri per ſecundum creditorem emẽti a pri=mo: ſeptem modis neceſſarijs reſtringitur.
6 Secundus creditor poteſt offerre pri=mo creditori hypotecario ſed non cyrografario.
7 Re primo creditori ex ſecundo decreto adiudicata: non poteſt vltra creditor ſecundus offerre.
8 Oblatio poteſt fieri primo creditori et poſt rem ei adiudicatam inſolutũ per iudicem ex ſecundo decreto iudicario ordine: et hoc per ſecundum creditorem non per debitorem.
9 Statuto cauẽte qḋ quicũqꝫ hñs ius in bonis venditis vel inſolutum adiudicatis veniens infra annum audiaẽ an creditor conditionalis non veniens excludatur.
10 Oblatio facta per ſecundum creditorẽ primo cum depoſitione et conſignatione liberat pignus.
11 Oblatio que fit a ſecundo creditore primo fit de credito anteriori nec requiritur offerre poſterius.
12 Creditor ex vna cauſa tãtum an teneatur recipere particularem ſolutionem.
13 Creditor ſecundus offerens primo ſuccedit in ius hypotece prioris creditoris ſuccedit qꝫ in ius perſonalis actionis.
14 Oblatio poteſt fieri per ſecundum creditorem primo non ſolum quando ſecũdus conuenitur a primo ſed etiam quãdo ſecundus agit contra primum: quo caſu primus tenetur cedere ſecundo iura tenuti.
15 Ceſſio quaꝫ cogitur facere creditor primus vel alius poſteriori creditori ſoluenti vel offerenti quo iure petatur.
16 Hypotecaria que datur ſecundo creditori in locum primi ſuccedenti an ſit eadem que datur primo.
17 Oblatio an ⁊ quãdo poſſit fieri per primum creditorem ſecundo.
18 Primus creditor non poſſidẽs an poſſit ſcḋo offerre.
19 Primus creditor non poteſt cogi offerre ſecundo.
20 Oblatio facta per ſecundum creditorẽ primo poſſidenti an precludat viã primo offerendi ſcḋo.
21 Poſſeſſio non tranſit de vno ad alium ſine animo poſſidentis.
22 Oblatio poteſt fieri per alium creditorem tertium ſcḋo creditori qui obtulit primo ⁊ in ius ſucceſſit.
23 Actione perſonali ceſſa an cenſeatur etiam ceſſa hypotecaria cedenti competens.
24 Beneficio cedendarum actionum an renunciari poſſit: ita quod qui renũciauit amplius nõ valeat excipere de ceſſione ſibi faciendo nec eam amplius petere.
25 Beneficio cedendarum actionum an requiratur ſpecialis et indiuidua renunciatio.
26 Creditor an poſſit cogi cedere iniuſto poſſeſſori.
27 Poſſeſſor conuentus hypotecaria poteſt offerendo debitum petere ſibi cedi iura ſi onus alienandi rem poſſeſſam ⁊ hypothecatam non incumbat ipſi poſſeſſori.
28 Jus offerendi competens tertio poſſeſſori an locum habeat in poſſidente reꝫ eſtimatam in dotem datam.
29 Exceptio cedendarũ an obſtet creditori cui poſſeſſor offert ſi creditor liberauit alia bona hypotecata.
30 Beneficium cedendarum fideiuſſori cõpetens vnde cauſetur.
31 Exceptio cedendarum non obſtat mulieri agenti etiam contra correum vel fideiuſſorem obligatum ad reſtitutionẽ dotis.
32 Creditore agẽte hypotecaria cõtra tertium ſimplicem poſſeſſorem ex duobus creditis quorum vnum anterius eſt altero: poſſeſſor non poteſt vnum offerre ſine altero.
33 Jus offerendi qualiter competat fideiuſſori debitoris.
34 Lex.ij.C.de fideiuſſoribus.quibus caſibus procedat et quibus non.
35 Uni ex duobus reis vel fideiuſſoribus ſoluenti creditori: tenetur creditor cedere iura ⁊ actiones ⁊c.
36 Creditor qui non poteſt cedere an ſemper repellatur exceptione cedendarũ.
37 Creditore vnũ ex fideiuſſoribus liberã

te an ipſi creditori obſtet exceptio cedē=
darum.
38 Oblatio pōt fieri per habentē ſolū ius
dominū in re.
39 Debitor an poſſit a quolibet indifferē=
ter etiā inuitus liberari.
40 Creditor recuſans debitum oblatū an
amittat ius petendi.
41 Creditor an teneatur recipere debitum
ab extraneo a debitore oblatum.
42 Extraneus ſoluēs vel offerens credito
ri an poſſit impetrare ceſſionem iuriū
contra debitorem.
43 Debitor offerēs creditori impedit ven=
ditionē pignoris ⁊ moram purgat.
44 Creditore cedente ius debitori datur
ipſi debitori retentio pignoris contra al
terius vſucapionem.
45 Debitore ſoluente de pecunia aliena
an ille de cuius pecunia ſoluitur ſucce
dat in ius illius creditoris.
46 Debitor an in ſoluēdo vel offerēdo cre
ditori teneatur offerre creditū chyro=
grafarium.
47 Extenſio de ſtricta ſignificatiōe ad la=
tam procedit etiā in correctorijs ſi mi=
liter eadem ratio.
48 Pignus pretoriū ⁊ iudiciale pōt reti=
neri pro debito chyrografario.
49 Creditor hñs duo pignora p diuerſis
debitis vnū vez minꝰ idoneū aliud val
de idoneum an poſſit retinere illud val=
de idoneum pro vtroqꝫ debito.
50 Creditor chyrografarius dr̄ habere ius
retinendi pignus: ſed non vendendi.
51 Caſibus quibus ius offerendi cōpetit:
an poſſit fieri oblatio lata ſententia in
hypotecaria.
52 Juri offerēdi an poſſit preſcribi.
53 Temporalia ad agendū perpetua ſunt
ad excipiendum.

¶ Tertium membrū .v. partis.

CApio mō tertiū membrum iſtius .v. ptis in quo tractat de oblatiōe ſeu iure offerendi. ⁊ ſic de vno effectu reſultāte ex pignōre vel hypot. et diuiditur in tres partes in prima parte tractabit quibꝰ competat tale ius offerēdi: in ſcda qualiter oblatio fieri debeat: in tertia de effectibus reſultantibus ex oblatione.

IN pria itaqꝫ pte huius tertij mēbri in qua venit diſcutiendū qbus ꝯpetat ius offerēdi.
1 Prio dicēdū eſt q tale ius offerēdi ꝯpetit ſcdo creditori: q.ſ. ſcds creditor pt offerre prio creditori ſuū creditū ⁊ liberare pignꝰ a pmo credito ⁊ cōfirmare ſuā hypotecā iuxta .l.j.C.q po. in pi.hab.⁊ .l.potior.§.ſi ff.co.ti.⁊ iſta ſit reg.q.ſ.ſcds creditor pt offerre primo. quā amplia ⁊ poſtea limita aliquibus modis. ¶ Et pmo amplia q iſta reg.q ſcds creditor pt offerre pmo pcedit et ſi priori creditori a debitore res hypotecata in ſolutū data fuerit p ſuo credito q adhuc ſcds creditor pt offerre prio. Et idē ſi .d.j. creditori per debitorē res vendita fuerit: nā vtroqꝫ caſu locꝰ eſt oblationi vt eſt tex. no. i .l.j.§.cū aūt.C.ſi anti.
2 credi. ⁊ ibi p Saly. ¶ Nā ſicut ſi debitor dictā rē alteri extraneo alienaſſet: remaneret ſcdo creditori ſalua ſua hyp. q res hypotecata trāſit cū ſuo onere .l. ſi debitor.C.de diſtrac.pig.⁊ .c.ex literis de pig.⁊ .xvj.q.j.c.ſi qs laicꝰ ⁊ .l.ſi cōuenerit.§.ſi fundū.ff.de pig.actio. ita ⁊ qñ vēdit vel dat i ſolutū priori creditori remanet ſalua ſua hyp. ſcdo creditori et pōt offerre prio pꝫ hāc cōparationem facit tex. i .d.l.j.C.ſi anti.credi. ¶ Nec in hoc hꝫ obſtare q creditū pmi creditoris vr̄ ſublatū p ſatiſfactionē ⁊ ppterea nō videat neceſſaria alia ſolutio vel ſatiſfactio de eo: q ad hoc rñdet gl. Jac. de are. Cy. ⁊ alij i .d.l.j. q imo nō fuit ſublata actio ⁊ oblig. pmi creditoris p dationē i ſolutū vel vēditionē ei fctā3 de dicta re ex q illa datio vel vēditio fuit reuocabilis p ſcdz creditorē volētē offerre per tex. i .l.ſi qs aliā.ff.de ſol.⁊ facit tex.⁊ q ibi no. p gl.⁊ doc. i .l. ex ſextāte.§.latinꝰ. ff.de excep.rei iud.cū ſi.or. Scdo mō rñdet gl. q ſi aliter diceremꝰ ſua diligētia noceret pmo creditori qd eē nō dꝫ vt .l.3.debitor.ff.de ſepa.⁊ ſcds creditor lucraret cū iactura primi qd eēt iniquū argu.l.ſi me ⁊ titiū.ff.ſi cer.pe.⁊ in clꝰ i .l. itaqꝫ .§. ſꝫ vtiqꝫ.ff.de dolo. Secundo amplia vt regū pcedat et ſi ille primus creditor

quì accepit insolutum vel emit a debi
tore postea vendat alij: quia talis em=
ptor isto casu non erit securus: sed etiā
ei a secūdo creditore offerri poterit qꝛ
primus creditor non vēdidit ei iure cre
ditoris: sed potius vigore sue acceptio
nis insolutū vel emptionis ꝛ sic trāstu
lit in eū dominiū affectū: ita tenet Sa=
li. post Jac. de arc. ꝛ Cy. in. d. l. j. C. si an
3 ti. credi. ¶ † Tertio amplia reg. vt pro
cedat etiā si debitor vendidisset rem hy
pothecatam alteri vel obligasset vt de il
la pecunia solueret primo creditori et
ita postea soluit qꝛ adhuc isto casu se=
cundus creditor poterit offerre illi em
ptori vel creditori de cuiꝰ pecunia fuit
solutū primo creditori: quod videtur mi=
rabile cum extincta fuerit omnino obli
gatio primi creditoris per solutionem
factā in quātitate consistenti in genere
que de facili cōsumitur: ꝛ tñ secundus
creditor adhuc pōt offerre et auocare
rem ab emptore vel creditore de cuius
pecunia solutū fuit primo creditori vt
est casus in. l. cū prior. ff. de distrac. pig.
¶ Sed in predictis insurgit pulchra
difficultas vꝫ quo iure ille emptor vel
creditor de cuius pecunia fuit solutuꝫ
primo creditori possit obtinere vt sibi
soluatur a secundo creditore: qꝛ nec ta
lis emptor nec creditor successit in iure
primi creditoris nisi super hoc factum
fuerit pactū expressum vt. l. j. C. si anti.
credi. ꝛ. l. aristo. ff. que res pig. obli. pos.
et. l. j. C. de his qui in prio. credi. lo. suc=
ced. Cum ergo primū creditū sit subla=
tum solutione ꝛ emptor vel creditor de
quorꝫ pecunia fuit solutū primo non
successerit in locum primi videtur ꝙ se
cundus creditor sit modo potior in pi=
gnore absqꝫ eo ꝙ teneatur offerre dicto
emptori vel creditori pretium solutum
primo. ¶ Et istā difficultatē mouit gl.
in. d. l. cū prior: sed subdit ꝙ dicto em=
ptori vel creditori de equitate danda
est retentio pignoris licet nō habeant
hypothecā arg. tex. in. l. j. in prin. ff. quib.
mo. pi. vel hy. sol. ꝛ. l. ij. § j. ff. qui po. in
pi. hab. Dicit tñ gl. ꝙ istud sibi nō pla=
cet: ꝛ in effectu cōcludit ibi glo. ꝙ nisi
sit factū pactū ꝙ ille emptor vel credi=
tor ex cuius pecunia solutū fuit primo
succedat in locū illius: scđs creditor in
ueniet potior eo ꝛ agēs ex sua hyp. ad
dictā rē: nō tenebit offerre illud qđ erat
debitū pmo creditori: ꝛ ꝙ dicto empto=
ri vel creditori de cuiꝰ pecunia fuit so=
lutū primo nō dabit excep. neqꝫ retētio
ꝯ scđm creditorē: ꝛ cū. d. gl. trāsit ibi sim
pliciter Bar. ꝛ illā approbat expsse Sa
li. ¶ Tñ est aduertēdū ꝙ lꝫ dicta gl. di
cat verū quoad actionē hypotecariā:
qꝛ. s. dictus emptor vel creditor de quo
rum pecunia fuit solutū primo credito
ri sine pacto in illa nō succedunt: ꝛ ideo
non possent agere ꝯ tertiū possessorē tñ
quo ad ius excipiēdi ꝛ retinēdi male lo
quitur glo. qꝛ ipsi possunt retinere rē pro
qua soluerūt pecuniā primo creditori
cōtra secūdū creditorē agētē vt est tex. ꝛ
ibi glo. in. l. j. in pn. ff. qui. mo. pi. vel hy.
sol. ꝛ ibi hoc firmāt Bar. ꝛ Sali. Et idē
in emptore tenēt Bar. ꝛ Sal. in. d. l. qui
a debitore. ff. q po. in pi. hab. vbi volunt
ꝙ lꝫ emptor sit effectus dñs rei empte
ppter qđ videbatur ꝙ illa res nō posset
esse ei obligata. l. neqꝫ pignꝰ. ff. de reg.
iur. Tñ ipsi determināt ꝙ ex quo dicta
res pōt ab eo auocari per scđm credito
rē pōt retineri loco pignoris p. l. ex secu=
tāte. § latinus. ff. de excep. rei iudic. ꝛ. l.
iulianus. § offerri. ff. de act. emp. ꝛ. l. iij.
§ j. ff. qui po. in pi. habe. ꝛ. l. j. C. si anti.
credi. ¶ Etiā Pau. de cā. in ꝯsi. ccclxx.
visis actis reprobat illā glo. in. d. l. cum
prior dicēs nescire quo spū illa gl. dixe
rit illud verbū vltimū vꝫ ꝙ sibi nō pla
cet ꝙ det excep. ꝛ firmat Pau. ꝙ indu=
bitāter lꝫ nō detur actio: tñ detur retentio ꝛ
exceptio ꝛ ita etiā tꝫ Cor. in ꝯsi. ccxlv. vi
det in pnti in littera. i. ij. vo. ¶ Et ita pu
to tenēdū qꝛ Bar. inaduertenter ꝛ per=
functorie trāsiuit cū. d. glo. ꝛ cōtrariū ꝛ
melius postea tenuit in. d. l. j. in princi.
4 ff. quib. mo. pi. vel hy. sol. ¶ † Limitatur
modo dicta reg. vt nō procedat qñ pri=
mus creditor venderet bona hypoteca
ta iure crediti extraneo emptori prout
de iure potest iuxta tex. institu. quibus
alie. licet. § j. et in. l. si cōuenerit. ff. de pi
gno. actio. quia tunc secundus credi=
tor non poterit offerre illi emptori sed

emptor erit ſecurus ab eo vt eſt text.in l.j.C.ſi anti.credi.qḋ eſt mirabile. Nam ſi ipſe creditor emeret vel inſolutum acciperet: adhuc ei ſecūdus creditor poſſet offerre vt.d.l.j.⁊ ibi per Bal.⁊ Sali. in ſecundo rñ.et tamen ſi ipſe creditor vendat alteri facit eum ſecurum a ſecūdo creditore. ¶ Tamen in hoc aſſignatur ratio differētie ibi per doc.vꝫ quia quando creditor primus vēdit iure creditoris transfert in emptorem dominiū non affectum: qꝛ ipſe creditor tempore accepte hypotece habuit a debitore licentiam ⁊ ius alienandi.d.l.ſi conuenerit: ⁊ ideo vendendo fuit reſolutum omne ius ſecundi creditoris ⁊ eſt ac ſi illa res nunquam ei obligata fuiſſet qꝛ licentia vendendi preceſſit obligationeꝫ ſecundi creditoris: ⁊ reſoluto iure datoris.ſ.debitoris reſoluitur ius acceptoris ſcꝫ ſecundi creditoris.l.vbi.§.ſed et marcellus.ff.de in diem adiectio. ¶ Sed quando dominus ⁊ idem debitor vendit vel inſolutum dat transfert dominium in emptorem affectum ex hypoteca ſecundi creditoris: que per dictam venditionem non reſoluitur: qꝛ debitori non erat data licentia a ſecundo creditore vendendi prout data fuit a debitore primo creditori: ⁊ iſtā rationē differentie ſequuntur Jaco.de are. Cy. et Sali.in.d.l.j.⁊ cōprobat Cor. in conſil. ccxlv.ij.vol.in litera k. ¶ Et ſic remanet concluſio in hac prima limitatione ꝙ ius offerendi non competit ſecundo creditori: ei qui emit a primo creditore vendente iure creditoris per tex.in.d.l.j. ¶ † Sed iſta prima limi.reſtringitur ſeptem modis neceſſariis. ¶ Et primo reſtringitur vt procedat qñ primus creditor venderet extraneo emptori: et ita loquitur.d.l.j. Secus autem ſi primus creditor venderet fideiuſſori ſui debitoris: qꝛ tunc ſecundus creditor poſſet dicto fideiuſſori ementi offerre vt eſt text. in.l.ij.ff.de diſtrac.pigno.⁊ ibi no.Bar. ⁊ in.l.j.⁊ ibi late p doc.C.de dolo. ¶ Secundo reſtringitur qñ primus creditor venderet ſecūdo creditori: qꝛ dicto ſecūdo creditori ementi pōt offerri per aliū creditorē ⁊ etiā per debitorē vt eſt text. in.l.cū ſecundus.§.fi.cum.l.ſeq.ff.de diſtrac.pigno.⁊ ratio eſt (vt ibi dicit iuriſconſultus) qꝛ ſecundus creditor qui emit a primo non tam cauſa acquirendi dominij ꝙ̄ ſeruandi ſui pignoris cauſa cenſetur emiſſe: et iſtas duas reſtrictiones ponit gl.ij.in.d.l.j.C.ſi anti.credi. ¶ Tertio reſtringitur quando venditio facta per primum creditorem iure creditoris extraneo: non eſſet facta recte ⁊ legitime puta quia vendidit ante tempus vel aliter nō ſeruata forma iuris vel pacti quia tunc tam debitor ꝙ̄ ſecundus creditor auditur volēs reuocare dictam venditionē vt eſt tex.in.l.ij. C.ſi anti.credi.⁊ hoc etiam ſi dicta venditio eſſet facta ſciente debitore: qꝛ exceptio que cōpetebat cōtra creditorem vendentem tranſit in emptorem.vt.l.in hoc iudi.§.pen.ff.cōmu.di.⁊.l.ſi a te.§.fi.ff.de excep.rei iudi.⁊ ita tenet gl.j.in d.l.ij.⁊ nihilominus dictus emptor habet contra debitorem agentem ad reuocandam emptionē exceptionē doli niſi ei offerat pecuniā quam creditori ſoluit vt.l.emptor.in prin.ff.de rei vendi. ita no.gl.in.d.l.ij.in gl.j.et ſequitur ibi Salic. ¶ Quarto reſtringitur dicta limi. quando primus creditor venderet rem pignoratā vni ex fratribus debitoris qui habebat dictam rem cōmuneꝫ cum fratribus. Nam illi fratri ementi poteſt offerri ab aliis fratribus qꝛ frater qui emit videtur feciſſe iniuriā aliis fratribus emendo illaꝫ rem cōmunem nomine proprio volēdo excludere alios fratres ⁊ ideo pōt ei offerri text.eſt not. in.l.fin.§.quatuor.ff.de leg.ij.⁊ no. Alexan.in.d.l.j.C.de dolo quem caſum tene menti qꝛ eſt contingibilis. ¶ Quinto reſtringitur.d.limi.quando primus creditor venderet rem heredi debitoris tunc enim non dicitur proprie emptio ſed reluitio ⁊ dictus heres poterit conueniri ſuper dicta re hypotecaria ab aliis creditoribus iſta eſt glo.no.in.l.ij. in ver.conueniris.C.de repu.here.quā Pau.de ca.dicit eſſe perpetuo tenendā menti: ⁊ ꝙ de facili quilibet diceret oppoſitum ⁊ ita etiam refert ibi Jaſ.

¶ Sexto reſtringitur dicta regula qñ primus

primus creditor in venditione apponet pactū ꝙ debitori liceat offerre emptori et rem recipere: quia vigore dicti pacti poterit debitor offerre et recuperare rem nō obstāte dicta venditione tex. est in. l. ſi cū venderet. in prin. ff. de pign. actio. Poteſtqꝫ tali caſu debitor cogere creditorem qui vendidit pignoratitia directa ad cedendū actionē ex vendito contra dictum emptorem vt ibi ſubdit tex. ¶ Ad idem text. in. l. ſi creditor. in prin. ff. de diſtrac. pi. vbi ampliat hoc procedere non ſolum in pignore vendito ſed etiā in hyp. vendita. Et ibi Bar. declarat predicta procedere: quia ſi pactū fuit adiectū ꝙ liceat recuperare pignus ex hoc debitor nō poterit agere cōtra emptorē ſed agere debet contra creditorē vt ſibi cedat actionē ſi aūt pactum fuit adiectū vt ipſi debitori liceat recuperare et tunc debitor poterit ex dicto pacto recuperare abſqꝫ alia ceſſione ita declarat Bart. in. d. l. ſi creditor. in prin. Sed ſi primus creditor vendidit abſqꝫ alio pacto: tunc debitor recuperare non poſſet niſi ante venditionē venditor obtuliſſet et alia feciſſet de quibus per Bar. in. l. fi. ff. de diſtrac. pigno. ¶ Sed dubitatur que actio cōpetat debitori quando fuit appoſitū pactū per creditorē in vēditione et dicendū eſt ꝙ ſi pactū fuit reſolutiuū tituli puta ꝙ res eſſet inempta vel liceret debitori accipere rē ſuā dabit rei vendicatio: ſed vbi verba pacti non eſſent reſolutiua ſed inflexa puta rem reſtituas vel reddas et tūc dabitur actio in factū preſcriptis verbis ita no. Sal. in. l. ſi cū venderet. in prin. ff. de pign. actio. ¶ Septimo reſtringitur dicta limi. niſi debitor eſſet pupillus vel minor. xxv. an. vel abſens ex cauſa reipublice vel ex aliqua aliā cauſa poſſet reſtitui in integrū aduerſus dictā venditionem factam per creditorē quia in quacunqꝫ ex dictis cauſis debitor poterit offerre emptori vt eſt text. in. l. ſi creditor. §. j. ff. de diſtrac. pign. et firmat Salice. in. d. l. ij. C. ſi anti. credi. ¶ Et vbi dictū eſt debitorē admitti ad offerendum idem intelligas in ſecūdo creditore quia ius quod competit debitori circa oblationem cōpetit etiā ſecūdo creditori vt in toto tit. C. ſi anti. credi. quinimo fortius eſt ius oblationis quod cōpetit ſecūdo creditori ꝙ̄ debitori vt apparet in l. ſi prior. §. ſciendū. ff. qui po. in pi. hab. et apparebit clarius ex infra dicendis.

6 ¶ † Secundo principaliter limitatur reg. ꝙ ſecundus creditor poſſit offerre primo vt habeat locū in creditore hypotecario: nō aūt procedit in creditore chirographario: quia ille non habet ius offerendi (niſi primo creditore volente) ad effectū impetrādi ceſſionē vt eſt tex. in. l. nulla. C. de ſolu. et ibi per Bartol. et tex. glo. et Sal. in ſummario in. l. cum tibi. C. qui po. in pig. hab. Niſi forte talis creditor chirographarius poſſideret rem hypotecatam primo creditori: quia ab eo cōuentus poſſet vt quilibet alius extraneus poſſeſſor offerre iuxta. l. paulus. §. j. ff. qui. mo. pi. vel hy. ſol. de quo j. latius ſubdā.

7 ¶ † Tertio fallit regula ſupradicta ſm aliquos poſt rem adiudicatam primo creditori ex ſecundo decreto iuxta no. in. l. a diuo pio. in. §. ſi poſt adiectum. ff. de re iudi. ¶ In quo tamē eſt aduertendū: quia aut datio inſolutum eſt facta priori creditori extraiudicialiter per debitorem iuxta tex. in. l. eleganter. in prin. ff. de pign. acti. et tūc indubitanter ſaluū erit ius offerendi ſecūdo creditori vt eſt tex. et ibi per doc. in l. j. C. ſi anti. credi. et dictū eſt. s. Aut dicta adiudicatio eſt facta per iudicem ex ſecūdo decreto iuxta ti. C. ſi in cauſam iudi. pi. cap. ſit. et maxime in. l. fi. et tunc dicta adiudicatio reſpectu ſecundi creditoris perinde eſt ac ſi facta fuiſſet per ipſum debitorē quia factū iudicis reputatur factū partis vt. d. l. j. et. l. ſi ob cauſam C. de euictio. et ideo ſicut qñ per debitorē res data eſt in ſolutū primo creditori ſcōs pōt ei offerre (vt dictū eſt) ita et qñ iudex loco partis adiudicauit pōt ſecūdus creditor offerre primo et ita expreſſe vult Sali. in. d. l. j. in vl. q.

8 ¶ † Reſpectu aūt debitoris eſt maius dubium an. ſ. ipſe poſſit nō obſtāte adiudicatione inſolutū facta per ſecūdū decretum offerre ipſi creditori debitū et reſoluere adiudicationē: et hunc articulū late di

ſputãdo examinat Alex. poſt Barto. ⁊ alios in l. ſi finita. §. iulian⁹. in pen. ⁊ vlti. col. ff. de dã. infec. ⁊ tandẽ relatis opinionib⁹ aliorũ cõcludit ꝙ verior ⁊ communior opi. eſt ꝙ debitor (facta adiudicatione ex ſecundo decreto) non audiatur: ⁊ idẽ firmat Alex. in l. debitoribus. in vlt. col. ff. de re iudi. ⁊ in conſi. xj. viſo proceſſu. 5. vo. ❡ Et iſta ſunt vera in adiudicatione inſolutũ facta a iudice per modũ iudicij: ſecus aũt eſſet ſi adiudicatio fieret vigore reſcripti ipetrati a principe iuxta l. fi. C. de iure do. impe. q: tũc debitor veniẽs infra biẽniũ a die cõceſſi reſcripti poſſet offerre debitum ipſi creditori ⁊ reſoluere dictã adiudicationez per tex. in d. l. fi. que ita intelligitur per doc. ibi ⁊ per Alexã. in d. §. iulianus. in

9 pen. ⁊ vl. col. ❡ † Predicta aũt procedũt in terminis iuris cõis: ſecus aũt vbi aliter per ſtatuta eſſet ordinatũ: prout eſt Florẽtie vbi ſtat. cauetur ꝙ quicũꝗ habens ius in bonis venditis vel adiudicatis inſolutũ veniẽs infra annum audiatur: ſed elapſo anno nõ audiatur: et hoc excepto debitore ſuper quo ſtat. poteſt dubitari an creditor conditionalis nõ veniẽs. ĩ. annũ ſit excluſus: ⁊ Alex. in ꝯſi. cvj. viſis ⁊ opportune ⁊c. 5. vol. ꝑ multa argumẽta de quib⁹ ibi per eũ tz ꝙ nõ. ❡ Et pro hac cõcluſione faciũt q̃ in ſimili habẽtur per Ab. in ꝯſi. xxij. videtur primo vl. col. ij. vol. Cõtrariũ aũt videt̃ tenere Iaſ. poſt Cuma. in l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cũ ſtipulamur in. ij. limi. ff. de ver. obli. ꝑ argumẽta q̃ ibi adducit q̃ aliter nõ refero: q: arti. non eſt ꝓprie in materia nr̃a. ❡ Puto tñ ꝙ termini in quib⁹ loquitur Iaſ. ſint diuerſi a terminis Alex. vt ptz ex multis põderatis per Iaſ. que nõ ſunt in ſtat. Florẽtino in quo ꝯſuluit Alex. in d. ꝯſi. cvj. ⁊ ideo credo ꝙ opi. vtriuſꝗ poſſit ſaluari in ſuo caſu ex diuerſitate ſtatutorũ.

ve3 q̃.d.l.fi.nõ procedat in precario: ſ3 in
cõſtituto tñ tñ eius opi.in hoc nõ eſt te
nenda: q: imo q̃ etiã in precario proce=
dat.d.l.fi.tenent Ange.Rapha.Jmo.et
Alexand.in.d.l.exitus ad finã.⁊ ſequñ

tur ipſe Cor. ſibi cõtrarius in cõſi. cxx-
viij. excogitabã. ij. vol. ⁊ ibi etiam tenet
q̇ iſto caſu non requiratur excuſſio vt
dictũ fuit ſupra. Idem etiã tenent An-
ge. de arc. ⁊ Iaſ. in inſti. de actio. in. §. item
ſi quis in fraudem in col. xxv. ⁊c.
37 ¶ †Tertio queritur in materia an cre
ditor vendendo pignus poſſet habere
fidẽ de pretio: ⁊ in hoc licet alias in pro
curatore vendẽte rem domini ſit dubiũ
⁊ ſoleat diſtingui vt late per Bar. cum
quo alij tranſeunt in. l. a diuo pio. §. ſed
ſi emptor. ff. de re iudi. Tamen in credi
tore vendente pignus iure creditoris:
quo caſu cenſetur vendere tanq̃ procu-
rator debitoris vt eſt tex. in. l. eleganter.
§. ſi vendiderit. ⁊ ibi no. Bart. ff. de pig.
actio. ⁊ idem Barto. in. l. creditori. ff. de
no. ep. ⁊ nun. cõmuniter tenetur q̃ cre-
ditor vendens poſſit facere dilationem
de pretio ipſi emptori ⁊ ſic habere fidẽ
de eo. ⁊ hoc non ſolum vſq̃ ad quanti-
tatem que debetur creditori: ſed etiam
ab inde. ſ. quando contingeret pignus
vendi pluris quam ſit ipſum debitum:
et debitor tenebitur talem venditionẽ
habere ratam vt eſt text. in. d. l. elegan-
ter. §. ſi vendiderit. ⁊ iſto caſu creditor
qui vendidit non tenebitur ſoluere de-
bitori illud plus quo venditum fuit pi-
gnus vltra debitum: ⁊ de quo fecit dila
tionem emptori: ſed ſolum tenebitur ce
dere actionẽ debitori ad illud reſiduũ
pretij contra emptorem periculo tamẽ
ipſius creditoris qui vẽdidit vt eſt tex.
in. d. §. ſi vendiderit. ⁊ ibi no. Bar. Sali.
⁊ Pau. de caſtro. ¶ Et iſtud quod cre-
ditor non teneatur ſoluere debitori il-
lud plus quo pignus venditum fuit et
de quo fecit emptori dilationem ad ſol
uendum: ſed ſolum teneatur ei cedere
actionem pone pro regula ⁊ illam com
plectendo materiam limita et declara
quinq̃ modis: que limitationes colli-
guntur ex glo. in. l. penul. co. tit. que vi-
debatur contrariari. d. §. ſi vendiderit ⁊
ideo ibi gloſſ. ponit quinq̃ ſolutiones
per quas limitatur. d. §. ſi vendiderit
quinq̃ modis. ¶ Primo ergo limita. d.
regulã. d. §. ſi vendiderit ſcilicet q̃ cre-
ditor non teneatur niſi cedere actionẽ
debitori contra emptorem vt non ha-
beat locum quando ipſe creditor totũ
pretium recepit tũc enim teneretur ſol
uere illud reſiduũ debitori ⁊ iſta eſt pri
ma ſo. glo. ¶ Secũdo limita quãdo de-
bitor nõ curat recipere ceſſionẽ ab ipſo
creditore: ſed contentatur expectare di
lationẽ per eum datã emptori ⁊ tũc ac-
cipere pretiũ per manus creditoris: nã
iſto caſu nõ cogitur debitor inuitus re
cipere ceſſionẽ ⁊ iſta eſt. ij. ſo. gl. ¶ Ter-
tio limita quãdo creditor vellet cedere
actionẽ contra emptorẽ per modũ dele-
gationis: debitor autẽ nollet illam hoc
modo ſed per viam ſimplicis ceſſionis
tantũ: qꝛ non vult q̃ creditor delegãdo
penitus liberetur iuxta. l. j. C. de noua.
qꝛ in hoc debet contentari ipſe debitor
⁊ iſta eſt. iij. ſo. glo. ¶ Quarto limita qñ
creditor fuiſſet in culpa in dando talẽ
dilationẽ emptori ⁊ in habendo fidẽ de
pretio qꝛ tunc debitor nõ cogetur reci-
pere ceſſionẽ ⁊ iſta eſt. iiij. ſo. gl. ¶ Quin
to limita: quando creditor vellet cedere
actionem periculo debitoris ⁊ nõ peri-
culo ſuo: qꝛ debitor non cogitur illã re-
cipere ⁊ iſta eſt. v. ſo. glo. quod intellige
tu procedere quãdo creditor potuit vẽ-
dere preſenti pecunia abſq̃ dilatione
nam iſto caſu nõ debuit facere gratiã
de alieno ipſe creditor ⁊ ideo tenebitur
cedere ſuo periculo vt no. Pau. de caſt.
in. d. §. ſi vendiderit. per tex. in. l. qui ro-
me. §. calimacus. ff. de ver. obli. inducẽ-
do vt ibi per eũ ſed ſi creditor nõ fuit in
culpa in dando dilationẽ: qꝛ forte nõ
potuit aliter vendere vel qꝛ erat talis
conſuetudo: tunc non teneretur cedere
ſuo periculo vt declarat Paul. de ca. in
d. §. ſi vendiderit. ar. l. ſi pignore. §. fi. co.
38 ti. ¶ † Sed in p̄dictis dubitatur in quo
verſetur periculum creditoris in eo in
quo habuit fidẽ de pretio: ⁊ dicit gl. in
d. §. ſi vendiderit quã ſequitur ibi Bar.
q̃ periculum creditoris ſubeſt qñ ipſe
fuit in culpa qꝛ vẽdidit emptori qui nõ
erat ſoluendo tẽpore venditionis: ⁊ ha
buit eidem fidem de pretio: ⁊ ideo cum
fuerit in culpa dilatio dz ſtare pericu-
lo ipſius creditoris qui vẽdidit tali em
ptori: ſecus autẽ eſſet ſi tẽpore vẽditiõis

emptor erat ſoluēdo: ſed poſtea incepit eſſe non ſoluendo qꝛ tunc creditor non dicitur eſſe in culpa ꝛ dilatio nō erit eiꝰ periculo ita tenet ibi glo. ꝛ allegat tex. in. l. queſitum. in prin. ff. de diſtrac. pi. ꝛ ibi etiam glo. j. hoc tenet dum intelligit tex. illum cū ſubito facultates emptoris lapſe ſunt. ¶ Et per illum text. not. Pau. de ca. in. d. §. ſi vendiderit: qꝫ ſi creditor qui ſine culpa fecit dilationē emptori: ꝛ poſtea ex aliquo caſu ſuperuenienti ſine aliqua culpa creditoris non potuit exigere pretium ab ipſo emptore: qꝫ habebit regreſſum cōtra debitorē ad ſuū creditum: qꝛ debitor per vēditionem predictā nō fuit liberatus ex quo per creditorē non fuit perceptū. pretiū: ꝛ ita in terminis probat ille tex. in. d. l. queſitum. in prin. ꝛ ibi etiā no. Bald. in additionibus nouis: ꝛ illū text. pro mirabili ad hoc no. Jaſ. in. l. j. in. iiij. col. in verſi. adde tñ. ff. qui. ſatiſ. cog. ¶ Aduerte tamē in predictis qꝫ nō cenſetur nec dicitur quis habuiſſe fidē de pretio qñ ille qui vēdidit vel tradidit putauit ſtatim ſe illud recepturum tex. eſt ꝛ ibi no. Barto. in. l. ſi quaſi. ff. de pigno. actio.

59 ¶ † Quarto queritur quid ſi fuit hypotecata domus que eſt cōbuſta ꝛ poſtea fuit reedificata a debitore an iſta reedificata poſſit vendi per creditorem ſicut poterat vendi ex pacto illa que fuit cōbuſta? ꝛ breuiter reſpōdetur qꝫ ſic vt eſt tex. in. l. fi. ꝛ ibi no. Bar. ff. de pigno. ꝛ ratio eſt qꝛ domo que eſt hypotecata combuſta: remanet in obligatione area in qua ſi poſtea alia domus edificet a debitore: ipſa etiā domus cedit in obligationē pignoris vt eſt tex. in. l. paulus. §. domus. ff. de pigno. ꝛ hoc non ſolum ſi reedificetur per ipſum debitorem: ſed etiā ſi reedificetur per aliuꝫ qui aream emit a debitore vt vult text. in. d. §. domus. ¶ Sed hoc ſecundo caſu ſi creditor ageret hypotecariā cōtra emptorē qui reedificauit nō poſſet obtinere: niſi reſtitutis expenſis factis in cōſtructione domus vt etiam de hoc eſt text. in. d. §. domus: ꝛ inquantum ibi gl. laborat an in hoc ſit idem in bonefidei poſſeſſore et in male fidei recurrendum eſt ad no. per Bar. in. l. in fundo. ff. de rei vendi. ꝛ per Ang. de are. inſti. de re. diui. §. certe. vbi plene tractatur an etiā male fidei poſſeſſor habeat retentionem pro melioramentis in refactis? ꝛ diſtinguitur inter expenſas neceſſarias ꝛ voluntarias iuxta. l. plane. ff. de peti. here. et vide que dixi. s. in. iiij. mēbro. v. par=

40 tis in. x. concluſione. ¶ † Quinto queritur in materia venditionis pignorū an creditor vendens pignus teneatur emptori de euictione? ꝛ in hoc complectendo totam materiam pone regulam ꝛ fallentias. ¶ Regula ergo ſit qꝫ creditor vendens pignus non tenetur de euictione iſta regula probatur in. l. periculū. ꝛ ibi no. gloſſ. et Bar. et Sali. ff. de pigno. ꝛ in tit. C. credi. euictio. pig. non debere. ¶ Amplia modo regulam vt habeat locum non ſolū ſi creditor vēdat pignus conſiſtens in corpore: ſed etiam ſi vēdat nomen creditoris hypotecatū vt eſt tex. in. d. l. periculū. ¶ Secundo amplia vt dicta regula procedat non ſolū in creditore priuato vendente: ſed etiam in fiſco qꝛ in hoc fiſcus vtitur iure priuati vt. l. j. C. credi. euictio. pig. non debere. ¶ Fallit autē. d. regula ſex modis. ꝛ primo fallit qñ ille qui vendidit tanqꝫ creditor nō doceret ſe eſſe creditorem ꝛ rem venditam eſſe ſibi obligatam: tunc enim nō obſtante qꝫ vendiderit tanqꝫ creditor: teneret de euictione que poſtea ſequeretur ita ꝓbat text. in. d. l. j. in princ. dū ibi dicitur prediū obligatum ꝛ ibi not. glo. fin. que vult qꝫ creditor qui vendit pignus debet quatuor preſtare ꝛ primum eſt illud quod proxime dixi ꝛ cum gloſ. tranſeunt ibi Bar. Bal. Sal. ꝛ alij ꝛ idem tenet Sal. in. l. reſcriptum. § j. ff. de diſtrac. pi.

¶ Secundo fallit quando creditor qui vendit doceret ſe creditorem ꝛ illam rē eſſe ſibi obligatā. tamen non doceret ſe in dicto pignore ſeu hypoteca eſſe potiorē omnibus alijs creditoribus: tunc enim ſi alius creditor potior euinceret ab emptore: ille creditor qui vendidit teneretur de euictione: tex. eſt in. d. l. j. in fi. ibi potiorem ſe ceteris eſſe creditoribus ꝛ ita no. d. glo. fina. ꝛ ſequuntur ibi

doc. Intelligēdo tamē ꝙ ſufficiat ꝙ cre
ditor doceat ſe eſſe potiorē ceteris in tē
pore vt.l.ij.C.qui po.in pig.hab.vel pri
uilegio vt in hypoteca pro dote vt.l.fi.
eo.tit.Non aūt tenetur creditor docere
ſe potiorē domino illius rei: ⁊ ideo quā
do nō euinceret alius creditor:ſed euin
ceret dominus illius rei dicendum erit
creditorem qui vendidit non teneri vt
infra in ſequētibus limitationibus di-
cetur ⁊ habetur per Sal.in.d.l. prima.
¶Tertio fallit regula quando creditor
habens rem obligatam ⁊ illam vendēs
ſciret illā non eſſe debitoris qui obliga
uit ſed eſſe alienam tunc enim illam vē
dens cum ſciat eſſe alienam eſt in dolo
⁊ ideo domino euincente tenebitur de
euictione tex.eſt in.l.fi.C.credi.eui.pig.
non debe.⁊ no.glo.fi.in.d.l.j.⁊ ibi Bal.
⁊ Sali.ſed ſi creditor vendens putauit
illam rem eſſe debitoris ⁊ neſciuit eſſe
alienam cū tamen eſſet aliena: ⁊ tanꝙ
aliena poſtea euicta fuit:tūc ex quo cre
ditor fuit in bona fide non tenebitur de
tali euictione vt tenet gloſ.fi.in.d.l.j.et
ſequitur ibi Sal.ſed ſolum iſto caſu te
nebitur creditor cedere emptori contra
debitorem contrariam pignoratitiam
vt eſt tex.no.in.l.in creditore. ff.de eui-
ctio.⁊ no.Bar.in.l.pen.que incipit cre-
ditor.in prin.ff.de diſtrac.pig.⁊ iſto ca-
ſu tenebitur ipſe debitor de euictiōe:qꝛ
licet creditor vendiderit tamē cenſetur
vendidiſſe debitor cum ex eius pacto
expreſſo vel tacito ex diſpoſitione legis
res vendita ſit ita tenet gl.in.d.l.j.⁊ ibi
ſequitur Sali.aſſignans etiam in hoc
aliam rationem vcꝫ ne debitor locuple
tetur cum aliena iactura.ſ.emptoris vt
l.reſcriptum.§.j.ff.de diſtrac.pigno.
¶Quarto fallit regula quando credi-
tor ſciebat ſibi non licere vēdere nec ex
pacto nec ex diſpoſitione legis ⁊ tamē
vendidit: qꝛ tunc creditor tanꝙ dolo-
ſus tenebitur de euictione vt no.glo.fi.
in.d.l.j.⁊ ibi Sali.poſt Bal. ¶Intelli-
ge tamen iſtud quādo creditor ſciebat
ſibi non competere ius vendendi ⁊ ven
didit:ſecus autem ſi iuſto errore puta-
uit ſibi competere ius vendendi licet
non competierit:quia tunc non tenebi
tur de euictione:ſed ſolum tenebitur ce
dere contrariam pignoratitiam empto
ri:prout dictum fuit.§.proxime in.iij.
fallen.⁊ ita tenet Sal.in.d.l.j.ſed ſi craſ
ſo errore putauit ſibi competere ius vē
dendi tenebitur de euictione ⁊ milita-
bit fallentia vt ibi tenet Sali.⁊ iſto ca-
ſu quando ſcꝫ creditor vendidit abſqꝫ
facultate ſcienter vel craſſo errore du-
ctus:debitor tenebitur de euictione ſo-
lum in ſubſidium vcꝫ quando creditor
qui vendidit non eſſet ſoluendo pro di-
cta euictione vt alias dicitur in.l.fin.ff.
de eo per quem fac.erit ⁊ hoc per text.
in.d.l.reſcriptum.§.j.dum ibi dicitur ꝙ
debitor ideo tenetur de euictione qꝛ li-
beratus fuit ex ſolutione precij ⁊ ſic ne
locupletetur cum iactura emptoris ita
tenet Sali.in.d.l.j.⁊ in.d.l.reſcriptum.
§.j.in fi.¶Et iſtud procedit etiam ſi de
bitor fuiſſet preſens vēditioni facte per
creditorem qui de iure vendere non po
terat:qꝛ per ſimplicem preſentiam non
repellitur debitor a vendicando pigno
re ab emptore offerendo ei pretium ſo-
lutum in extinctionem ſui debiti: ⁊ ſi in
aliquo alio vltra pretium intererit em
ptoris propter dictam euictionē ad il-
lud tenebitur creditor qui per dolū ven
didit abſqꝫ autoritate ita tenet Sali.in
d.l.j.in verſi.quero modo cum gloſ.per
tex.in.l.emptorem.§.caſſius.⁊.§.iulia-
nus.⁊.§.ſententia.ff.de actio.empti.
¶Quinto fallit regula quando credi-
tor vendidit pignus non iure credito-
ris ſed iure dominij et vt domin⁹: ⁊ idē
ſi ſimpliciter vendidit qꝛ intelligeretur
vendidiſſe in dubio vt dominus:et non
vt creditor:nam iſto caſu creditor tene-
bitur de euictione. ¶Regula ergo ꝓ-
cedit quando creditor expreſſe vendidit
iure creditoris ita firmat Salic.dicens
ita tenere alios doc.in.d.l.j.in fin.verſi.
nunc qꝛ caſus.⁊ mouetur per text. in.l.
j.§.j.ff.ſi ager vectig.vel emphi. peta.⁊
idem tenet Salic.in.d.l.reſcriptum.§.j.
⁊ pro declaratione aduerte ꝙ ſimplici-
ter vendi debet intelligi quando dictū
fuit ſempronius vendidit tunc enim cē
ſetur vendere tanꝙ dominus nō tanꝙ
creditor:ſecus ſi dictū fuit ſempronius

An dicatr creditor vendes
pignus iure dnij aut iure

creditor titij vendidit pignus ⁊c. nam licet non dicat aliter ſe vendere iure creditoris: tn̄ ex quo expreſſit nomen creditor ⁊ pignus cenſetur vendidiſſe iure creditoris ita tenet Sali. in. l. penul. que incipit creditor in. ij. q. ff. de diſtractio. pigno. ⁊ mouetur per. l. cum poſt. §. j. ff. quando ex facto tuto. ⁊ per gloſſ. in. l. ſciendum. §. tutores. ff. qui ſatiſ. cogā. que nota ne ſis in equiuoco. ¶ Sexto fallit regula quando creditor vendidit ⁊ promiſſit de euictione: q2 tunc tenebitur creditor vti promiſſit: tex. eſt in d. l. j. ibi niſi nominatim hoc repromiſſum ⁊c. ⁊ tex. in. l. fi. co. ti. ⁊ firmat gloſſ. in. d. l. j. in verbo creditore quam ibi ſequuntur doc. Ita q̓ ſi ipſe creditor duplam promiſerit euictionis nomine ad duplam tenebitur ⁊ hoc in priuato creditore: in fiſco aūt vendente iure creditoris ⁊ promittente euictionem eſt ſecus: q2 non poteſt promittere duplam: ſed ſimplum tantū per. l. ſi procurator. ff. de iure fiſci ⁊ no. Sali. in. d. l. j. in tertio no.

41 ¶ † Aduerte tamē in materia q̓ quando creditor vendidit pignus iure permittente ⁊ nō promiſit de euictione q̓ tamen ipſe creditor non poterit euincere pignus ab emptore: etiā ſi euincere vellet ex aliqua alia cauſa ſeparata a credito pro quo vendidit tex. eſt in. l. ⁊ is. ⁊ ibi bar. ff. de diſtrac. pigno. Et idē eſt in herede creditoris vt ibi per gl. qđ no. q2 eſt contingibile ⁊c. ¶ Sexto queritur in materia an ſi creditor vendidit pignus iure creditoris ex pacto vel ex lege vel rationabiliter putans rem eſſe ſui debitoris ⁊ promiſit duplū vel ſimplum pro euictione: et ſequuta ſit euictio facta a dn̄o ⁊ etiam creditor ſoluit emptori pro euictione illud quod ꝓmiſit an poſſit agere contra debitorem ad repetendū illud quod ſoluit emptori: ⁊ breuiter dicendū eſt q̓ ſi creditor vendēdo ideo ꝓmiſſit de euictione vel q2 aliter vendere nō poterat q2 ſine tali promiſſione emptorē inuenire nō poterat: vel q2 ita erat cōſuetudo regionis: vel q2 cū iſta promiſſione rē carius vendidit. q̓ in omnibus iſtis tribus caſibus habebit regreſſum cōtra debitorē ꝓ toto eo quod ſoluit emptori ex cauſa euictionis iſte eſt tex. in. l. ſi pignori. §. fi. et ibi no. per Bar. ⁊ alios. ff. de pigno. act. ⁊ no. glo. in. l. ſi neceſſarias. §. j. in ver. retinere eo. tit. ⁊ gl. in. d. l. j. in ver. creditore. C. credi. euī. pig. non deb. ⁊ ibi ſequitur Sal. in fi. ¶ Sed ſi creditor ex promiſſione euictionis nūllū cōmoduz nec vtilitatē attulit debitori: ſed tanti vendidit quanti vendidiſſet ſinē dicta promiſſione: ⁊ non poteſt ſe iuſtificare in ꝓmiſſione duple aliquo modo: ⁊ tūc non poteſt habere regreſſum contra debitorem ad dictam duplam: ſed ad ſimplū tantum: hoc eſt ad illud quod ſibi ſolutū fuit pro ſuo debito vt eſt tex. in. d. l. ſi pignori. §. fi. cum. l. ſeq. ¶ Aduertendū tamē eſt q̓ iſto caſu quādo creditor coactus fuit pro euictione ſoluere duplā emptori poterit creditor repetere a debitore vſuras vel fructus rei pignorate per ſtipulationē ſibi promiſſas pro toto illo tempore quo durauit venditio ante euictionem ſequutam: q2 licet durante venditione creditor ab emptore pretiū habuerit: tn̄ ex eo quia coactus fuit duplam ſoluere emptori tam conſtat nihil ei ſolutū fuiſſe: quod ab eo auferri non potuerit iſte eſt tex. no. ⁊ ſingularis ſecundū Bar. ⁊ alios in. l. nec em̄. ff. de pign. actio. vbi tex. dicit q̓ ex quo pretiuz quod fuit ſolutum ab emptore creditori nō fuit ſolutū irreuocabiliter cū poſtea fuerit coactus ex promiſſione euictionis ſoluere duplam emptori nihil cenſetur fuiſſe ei ſolutum: et ideo debitor non fuit liberatus ⁊ per conſequens tenetur ad vſuras et fructus ꝓmiſſos ſicut tenebatur ante factam vēditionē: ⁊ ſic eſt ibi tex. q̓ nō dicitur ſolutum creditori id quod ab eo auocari poteſt de quo dicam latius. j. in. vij. q. proxime ſubſequēti. ¶ Sed ſi creditor in vēditione ſolū ſimplū promiſit abſq; neceſſitate et vtilitate et illud ſequuta euictiōe ſoluit nō poterit petere dictas vſuras promiſſas a debitore ſed ſolum ſuū debitū: ita diſtinguit tex. in. d. l. nec enim inter duplā ⁊ ſimplū reſpectu vſurarū vt dictū eſt. Adde etiā q̓ qn̄ creditor ſoluit emptori duplā lucratur dictas

vſuras medij temporis etiam ſi ille ex=cederent duplam:ita tenent ibi Barto. et Saly. poſt Rizar. malū. reprobantes ibi glo: que aliud voluit et male per ra=tiones quas ibi adducit Bar. ¶ Et ra=tio differentie reſpectu vſurarum inter duplam et ſimplum eſt quia quādo cre=ditor cogitur reſtituere duplam cū paſ=ſus fuerit dānum in duplo non cenſet aliquod emolumentum habuiſſe ex pe=cunijs que interim facta vēditiōe apud eum fuerunt: etiam quod ex illis multa fuiſſet lucratus poſtquam eas reſtituit duplicatas: ſed in ſimplo non eſt tantū dānum et ideo tunc compenſat vtilitatē quam percepit ex pecunijs cum vſuris ſibi debitis ita declarat Pau. de caſt. in d. l. nec enim quam legit cuz. l. ſi pigno re. §. fi. que no. qr poſſunt ſeruire ad mul ta licet hodie promiſſio vſurarū facta per debitorem creditori ſit inefficax iu=re canonico reſiſtente vt in toto ti. extra

42 de vſuris etc. ¶ † Septimo queritur an ſi creditor vendat pignus et promittat de euictione vel in ſimplo in aliquo ex dictis tribus caſibus not. in. l. ſi pigno=re. §. fi. ff. de pigno. actio. et ex precio con ſequutus fuerit ſuum debitū an ex hoc ipſe debitor conſequutus fuerit libera tionem a creditore: et videretur dicen=dum quod ſic qr ſolutione eius quod debe tur omnis tollitur obligatio vt inſtitu. qui. mo. tol. oblig in prin. Tamen recte aduertendo iſtud ſolum procedere vi=detur quando creditor vendit taliter quod ipſe de euictione non obligatur quod quando ſit colligitur ex predictis tunc enim recepto precio ab emptore, per cre ditorem vendentem: debitor erit libera=tus vt eſt tex. in. l. reſcriptum. §. j. in pri=

43 mo rñ. ff. de diſtrac. pigno. † et hoc quan do proprie pignus fuit venditum quia ſ. res obligata erat tradita creditori: nō autem in ſimplici hypotheca vendita: nam etiam illam creditor vendere po=teſt vt. l. hypothecas. C. de diſtractio. pi gno. et not. Bar. in. l. j. C. ſi vendi. pigno. aga. et in. l. penulti. que incipit creditor in verſi. modo etc. ff. de diſtrac. pig. quia niſi dicta hypoteca vendita tradat em ptori: etiam quod creditor precium cō=ſequutus fuerit: debitor non dicetur li=beratus ita no. Barto. et ſequitur Saly ce. in. d. l. penul. in ſecunda lectura.

¶ Sed ſi creditor ex venditione pigno=ris eſſet obligatus de euictione empto=ri: etiam quod precium habuerit et rem tradiderit tamen donec poteſt eſſe loc⁹ euictioni non dicetur liberatus debitor ſed interim liberatio manet in ſuſpen=ſo: et ſi contingat rem euinci et creditorē cogi ad reſtitueadum precium empto=ri poterit creditor agere contra debito=rem pro ſuo credito conſequendo veteri actione pignoraticia cōtraria a qua de bitor non fuerat liberatus vt eſt text. in l. ſi pignore. §. fi. ff. de pig. actio. et ibi ex=preſſe declarat Pau. de ca. in verſi. nūc oppono extra gl. et iſtud etiam vult glo. not. in. l. prima. C. credi. eui. pig. non de=be. in ver. creditore. ¶ Et hanc conclu=ſionem al's in facto tenui contra quan=dam conſultationem famoſiſſimi doct. dom: im Caroli ruini in qua ipſe atten=tauit quod mulier que pro dotib⁹ ſuis iure creditoris auctore pretore vendide rat bona mariti et promiſerat emptori de euictione: et poſtea ceſſerat iura ſue dotis alteri qui emerat a primo empto re pro tuitione dictarum rerum vendi=tarum non bene ceſſerat: ex eo quod he redes mariti eſſent liberati per preciuz ſolutum vxori ab emptore: vnde poſt li=berationem ſecundum eum dicta ceſſio fieri non potuit per not. in. l. modeſtin⁹. ff. de ſolutio. Ego autem vt dixi per pre dicta tenebam quod ceſſio valuerit. naz ſtante promiſſione euictionis facta per vxorem vendentem dicebam quod he=redes mariti non erant liberati, ſed quod liberatio interim ſtabat in ſuſpēſo per tex. in. d. l. reſcriptum. §. primo in primo reſponſo.

¶ Et dum dicta conſultatio eſſet poſtea delata ad clariſſimum doct. dominum Philippum Decium ipſe comprobauit in pricipali negotio meā ſententiam contra dictum dñm Caro=lum et etiam in omnibus alijs arti=culis excepto hoc ſolo articulo in quo ipſe inclinauit in opinionem dñi Caro li: et incipit conſiliuz. d. D. cū: viſis duo

bus conſilijs excell'. doctorum domini Caroli rumi conſulētis: ⁊ domini Antonij Negusantij de fano ⁊c. quod non dum eſt impreſſum: ⁊ mouetur dominus Decius in hoc articulo cōtra me: quia dicebat ipſe quod quando creditor obligauit ſe de euictione: ſequuta euictione non poteſt agere primeua actione ſʒ agit vtili actione ex empto vt not. Bartol. in. l. eleganter in princip. ff. de pign. actio. ⁊ in. l. ſi predium. C. de euictio. ⁊ ꝙ obligatio de euictiōe eſt ſeparata a prima actione vnde vna non debet impediri per aliam ⁊ allegat tex. in. l. ſi plus. §. primo. ff. de euictio. Ubi ſi pignus venditum euincatur ex empto agitur contra eum qui ex precio pignoris liberatus fuit ⁊ ſic ſecūdum eum patet quod promiſſio euictionis non impedit liberationem debitoris ⁊ allegat etiam tex. in. l. ſi ob cauſam in fi. C. de euictio. Sed meo iudicio iſta non obſtant mee concluſioni ⁊ iuribus in quibus illa funda tur: nam ꝙ quando creditor vendēs promittit de euictione: debitor non liberetur ſed liberatio ſtet in ſuſpenſo eſt tex. in. d. l. reſcriptum. §. primo ⁊ ꝙ tali caſu ſequuta euictione creditor non agat actione ex empto ſed veteri actione pignoratitia contraria eſt text. ⁊ ibi declarat Paul. de caſtro in. d. l. ſi pignore. §. fina. et non obſtant allegata per Decium: ⁊ primo ea que not. per Barto. in. d. l. eleganter in princip. dum vult quod re in ſolutum data creditori per iudicem vel per debitorem: ſi illa res euincatur creditor non aget contra debitorem primeua actione: ſed vtili ex empto. ¶ Quia iſte caſus eſt diuerſus a terminis noſtris: nam in terminis Barto. in. d. l. eleganter: quando ſpecies datur in ſolutum creditori pro genere conſiſtenti in pecunia cenſetur quedam emptio ⁊ vēditio vt. l. iij. ff. pro empto. ⁊ in contractu venditionis venditor non tenetur niſi ad tradendum vnde facta traditione debitor fuit liberatus a primo debito: nā ex hoc cenſetur fuiſſe receſſum a primo contractu ⁊ deuentum ad dationem in ſolutum: ⁊ ideo ſequuta euictione agitur vtili ex empto ⁊ non veteri actione: ita declarat Bar. l. d. l. elegāter in prīn. in. iij. oppo. ad primum not. ⁊ in oppo. ad ſecūdum no. ⁊ idem Bar. in. l. ſi quis aliam in. iij. ſol. prime oppo. ⁊ in ſua diſtinctione in. iij. caſu. ff. de ſolu. ⁊ ſequūtur Pau. de ca. ⁊ Saly. in. d. l. eleganter in prin. ¶ Sed in terminis noſtris: licet creditor vēdat ⁊ percipiat precium nō liberatur debitor: niſi ita demū quando preciū deuenit ad creditorem irreuocabiliter vt habetur in. l. ſextante. §. latinus ff. de excep. rei iudi. ⁊ no. Bar. in. d. l. eleganter in prima oppo. ad primū not. et probatur per tex. in. l. ſi mandato titij. §. creditor. ff. manda. iuncta glo. ibi in ver. non ſit vbi tex. dicit ꝙ ſi creditor vendit pignus non liberatur debitor niſi creditor precium cōſequutus ſit ⁊ glo. ibi dicit ꝙ nō dicit̄ ꝯſequutus preciū qñ illud cogitur reſtituere p. l. non videtur. ff. de reg. iur. ⁊ ſubditur in tex. ꝙ ex preceden ti reſpōſo apparet: ꝙ ſi creditor nō promiſit de euictione debitor erit liberatus: qꝛ tunc dicetur cōſequutus preciū cum ab eo auocari non poſſit ex cauſa euictionis. ¶ Aliud eſt ergo qñ debitor dat inſolutum creditori: ⁊ aliud quādo creditor vendit pignus alteri ⁊ recipit precium. Nam primo caſu qñ res fuit data inſolutum creditori ⁊ poſtea fuit euicta eſt materia diuerſa a terminis noſtris: ⁊ an tunc ſequuta euictione agendum ſit contra debitorem veteri actione vel noua. ſ. vtili ex empto diſtinguēdum eſt vt late habet̄ per Barto. in. l. ſi quis aliam in prin. ff. de ſol. ¶ Secundo caſu quādo creditor vendidit pignus eſt caſus noſter ⁊ in hoc diſtiguitur an creditor promiſerit de euictione an nō: qꝛ ſi promiſit de euictione debitor non dicetur liberatus: ſed eius liberatio manebit in ſuſpenſo ex futuro euētu euictionis ⁊ ſi nō ſequat̄ euictio erit liberatus: ſed ſequuta euictione nō dicetur liberatus ſed agetur cōtra eum p creditorem veteri actione pignoratitia cōtraria vt. d. l. reſcriptum. §. j. ⁊. d. l. ſi pignore. §. fi. nec vllo modo iſto caſu pōt competere creditori cōtra debitorē actio euictionis ex empto: qꝛ creditor nō emit nec recepit inſolutū ⁊. ideo ei nō poteſt ou=

ri actio ex empto que oritur mediante cōtractu emptionis vel acceptionis in ſolutum vt.l.ſi libera.C.de ſen.ꝛ.d.l.eleganter in prin.ꝛ.d.l.ſi quis aliā:ſed vendidit alteri ex qua venditione ridiculum eſt dicere quod creditor vendens poſſit agere de euictione cōtra debitorē ſed actio de euictione competit emptori non venditori:vt habetur in dictis locis ꝛ in toto ti.ff.ꝛ.C.de euictio. ꝛ ad ſimilitudinem venditionis cōpetit etiam accipienti inſolutū.d.l.libera cū aliis.ſ. allegatis:ꝛ non obſtat.d.l.ſi plus.§.j.qr in illo tex.iudex vēdidit pign⁹ ex cauſa rei iudicate ꝛ preciū fuit ſolutū creditori ꝛ creditor nō ꝓmiſit de euictiōe ideo debitor fuit incontinenti liberatus: et ideo ſi res vendita poſtea euincatur ab emptore datur emptori contra debitorē actio vtilis ex empto de euictione iuxta tex.in.d.l.reſcriptum.§.j.in primo rñſo. ꝛ ſic caſus.d.l.ſi plus.§.j.eſt diuerſus a caſu noſtro:qr ibi vendēs creditor non promiſit de euictione prout promiſit in caſu noſtro:ꝛ eodē modo loquit̄ text. in l.ſi ob cauſam.C.de euictio.ꝛ ideo etiā
44 illi eodē modo reſpōdet. ¶ †Secundo mouebatur Decius reſpondēdo ad.d. l.reſcriptum.§.j.ꝙ dum ibi dicitur ꝙ liberatio eſt i ſuſpēſo dꝫ intelligi quo ad effectū quia.ſ.reuocari poterit ſequuta euictione:ſed quatenus eſt de preſenti debitor dicitur liberatus lꝫ dicta liberatio in futurū ſequuta euictione reuocari poſſit ſicut ſm̄ eum venditio dicitur pura lꝫ ſub conditione reſoluenda veniat vt.l.ij.ff.de in diem adiec. ꝛ.l. hec venditio in fi.ff.de contra.emptio , ꝛ facit qḋ no.Barto.in.l.iulianus in fi.ff.de condi.inde.ꝛ in.l.iudex poſtq̄ in fi.ff.de re iudic. ¶ Sed iſta reſponſio (iudicio meo) ſtare non pōt:qr tex.in.d.l . reſcriptum.§.j.expreſſe dicit ꝙ interim liberatio eſt in ſuſpenſo:ꝛ ideo non patitur intelligentiam datam per Deciū ꝙ reſpectu ſtatus preſentis ſit extincta obligatio:ꝛ ꝙ poſtea poſſit reduci in obligationē:qr verba repugnāt:ꝛ illis infertur magna violētia ꝛ plaga: quod fieri non dꝫ ſed verbis ſtandū eſt.l.proſpexit ff.qui ꝛ a qui.ꝛ.l.nō aliter.ff.de lega.iij.

¶ Preterea talis intelligētia eſt ꝯ regulā iuris q̄ē ꝙ actio ſemel extīcta ampli⁹ reuiuiſci nō pōt vt.l.qui res.§.arcaꝫ.ff. de ſolu.ibi imperpetuū enī ſublata obligatio reſtitui nō pōt ꝛ ibi per Bartol.ꝛ alios poſt glo.q̄ tenet ꝙ iſta ſit regula: ꝛ alia in quibus dicitur ꝙ reſuſcitetur ſunt ſpecialia:ꝛ illā glo.ſequit̄ ibi Barto.ꝛ Bar.in.l.meuius.§.duobus in.vſ. oppo.ff.de leg.ij.ꝛ eſt tex.iuncta glo. in l.ij.§.fi.in gloſ.in ver.reſtituantur. ff. de here.vel actio.vendi.caſus ergo ſpāles non ſunt extendēdi ad alios in quibus non reperitur iſtud diſpoſitū.l. ius ſingulare ꝛ.l.quod vero cōtra.ff.de legi.et in caſu noſtro leges non dicunt ꝙ pendente conditione euictionis obligatio debitoris extinguatur ꝛ poſtea reſuſcitetur: ſed dicunt ꝙ obligatio interim
45 manet in ſuſpenſo†ꝛ inter iſta duo ſcꝫ eſſe obligatū ꝛ non eſſe obligatū eſt medium vꝫ ceſſatio obligationis ad tempus ꝛ ſic ꝙ interim obligatio ſit in ſuſpenſo vt late habetur per Bar.ꝛ alios in.l.ij.§.j.in ver.venio ꝛ intro in gloſ. ff. de ver.obli.ꝛ per Bar.in.d.§.arcam vbi dicit ꝙ aliud eſt obligationeꝫ extingui ꝛ aliud obligationem ceſſare ꝛ remittit ſe ad no.in.d.§.j.ꝛ ibi declarat ꝙ qñ obligatio ſemel nata eſt ſed ex aliquo caſu dicitur eſſe in pēdenti ꝛ tunc nō eſt in pendenti obligatio ſed eſt in pendenti exactio proprie loquendo allegat. l.pecuniam.ff.ſi cer.peta.ꝛ ita ſe habet caſus noſter:qr obligatio debitoris ſemel nata fuit ꝛ propter periculū euictionis promiſſe per creditorē vendentem pign⁹ illa obligatio ſeu liberatio ab illa dr̄ eē in ſuſpenſo:reſpectu tñ exactiōis quia licet obligatio duret:tñ interim pendente dubio euictionis nihil a debitore exigi poteſt:ſed exactio differtur in euentum future euictionis ꝛ proprie ita loquitur tex.in.d.l.reſcriptum.§.j. in vltimo reſponſo ibi. Arbitror interim quidem nihil a debitore peti poſſe ſed in ſuſpenſo haberi liberationē ꝛc.verba ſunt tex.que ineuitabiliter probāt ꝙ interiꝫ pendēte periculo euictionis debitor manet obligat⁹ ꝛ eius liberatio eſt in ſuſpēſo:ꝛ propterea ab eo interiꝫ nihil exigi

poteſt niſi demum ſequta euictione. Et
ex predictis infero ꝙ dum Decius ar-
guit a ceſſatione ſeu ſuſpenſione obli-
gationis ad extinctionem illius male
arguit quia ſunt diuerſa vt per Barto.
in.d.§.arcam ⁊ de diuerſis nõ debet fie-
ri illatio vt.l.papinian⁹ exuli.ff. de mi.
cum vulg. non obſtat text.in.d.l.ij.ff. de
in diem adiec. quia ille text. inducitur
nimis a remotis. item potius facit pro
opinione mea quia ibi dicitur ꝙ vendi
tio que venit reſoluenda interim valet:
ita ⁊ in propoſito obligatio debitoris
que venit extinguenda ceſſante euictio-
ne promiſſa per creditorem interim pen
dente periculo euictionis durat ⁊ libe-
ratio ſtat in ſuſpenſo: ⁊ ſic aliud eſt libe
rationem ortam eſſe ⁊ aliud illam eſſe
in ſuſpenſo: quia ſicut vt dictum eſt ſu-
pra per not. per Barto.in.d.l.ij.§.j.ff. de
verbo.obligatio. inter eſſe obligatum ⁊
non eſſe obligatum datur medium vȝ
obligationem eſſe in ſuſpenſo. ita inter
eſſe liberatum ⁊ non eſſe liberatum da-
tur medium ſcilicet liberationeȝ eſſe in
ſuſpenſo: qꝛ contrariorum eadem eſt di
ſciplina.l.j.ff.de his q̃ ſunt ſui vel alie.
iur. donec ergo liberatio manet in ſuſpẽ
ſo: non eſt verum dicere debitorem eſſe
liberatum ⁊ non eſſe liberatum: ſed libe
rationem pendere ex futuro euentu: er-
go interim poteſt fieri ceſſio dicte obli-
gationis: ⁊ ſi contingat debitorem ex to
to liberari: euictione non ſequuta: ceſſio
erit inefficax: ſi autem contingat debi-
torem non liberari: quia ſequatur eui-
ctio ceſſio erit efficax. ¶ Nec etiam
obſtat tex.in.l.hec venditio.§.fina.ff. de
contrahend.emptio. quia ibi venditio
valet pro centum: ſed ſi emptor vendat
fundum pluris vt conuenit augebitur
precium. In caſu autem noſtro durat
obligatio: ſed ſuſpenditur exactio: ⁊ po
teſt obligatio reſolui ex futuro euentu
non ſequuta euictione per tex.in.d.l.re-
ſcriptum.§.primo ad fin. ¶ Non obſtat
id qđ not. Bartol.in.l.iulianus ad fi.ff.
de conditio.indebi. dum vult ꝙ quan-
do preſens rei ſtatus tendit ad excluſio
nem: ſed dubitatur an excluſio ſit futu-
ra perpetua tunc dicta excluſio habet
vim excluſionis adeo ꝙ interim fieri nõ
poteſt exactio vel executio: qꝛ ego quo-
ꝗ fateor quod reſpectu exactionis inte-
rim dicta liberatio habet vim excluſio-
nis quia interim debitor exigi non po-
teſt, vt dicit text.in.d.l.reſcriptum.§.pri
mo, in fine ibi arbitror interim quidem
nihil a debitore peti poſſe: ſȝ ex hoc nõ
tollitur quin interim poſſit fieri ceſſio
dicte obligationis cuius liberatio ſtat
in ſuſpenſo: quia ceſſio non eſt exactio ⁊
ſed ceſſionari⁹ habebit differre exactio-
nem in euentum future euictionis ſicut
ipſe cedens. quia non plus iuris trãſtu-
lit in ceſſionarium ꝙ̃ ipſe haberet.l.tra-
ditio.ff.de acquirend.re.domi. ¶ Simi-
liter non obſtat id quod not. Barto.in.l.
iudex poſtꝙ̃ in fine.ff.de re iudi. quia ſe-
cundum Barto. ibi illa clauſula poſita
in ſententia. videlicet ⁊ plus et minus
⁊c. operatur reſolutionem ſententie ſe-
cundum tamen tradita ibi per Bartol.
⁊ ſimiliter in caſu noſtro ex futuro euẽ-
tu illa liberatio que erat in ſuſpenſo po-
terit reſolui vel confirmari: ſequuta vel
non ſequuta euictione: ſed interim debi
tor non poteſt dici neꝗ liberatus neꝗ
non liberatus: ſed res ſtat in medio vi-
delicet ꝙ liberatio eſt ſuſpẽſa iuxta no.
per Barto.in.d.l.ij.§.j. de verbo.obliga.
vnde concludo ꝙ quãdo creditor ven-
dens promittit de euictione interim de
bitor nõ dicitur liberatus: ſed liberatio
manet in ſuſpenſo: ⁊ ſequuta euictione
poterit agere cõtra eum creditor veteri
actione pignoratitia cõtraria vt eſt tex.
⁊ ibi declarat Pau. de caſt.in.d.l. ſi pi-
gnore.§.fi. ¶ Et per conſequẽs interim
creditor poterit cedere actionem contra
debitorem alteri que tñ intẽtari nõ po-
terit niſi demum ſequuta euictione iu-
xta tex.in.d.l.reſcriptum.§.j. in fi. ⁊ ita
puto tenendum: ſalua ſemper reuerẽn-
46 tia dicti domi. Decij. ¶ † Octauo addẽ
dum eſt pro confirmatione predictorȝ
vnum videlicet ꝙ quando creditor ven
didit pignus ⁊ promiſit de euictione in
aliquo ex tribus caſibus permiſſis de
quibus in.d.l.ſi pignore.§.fi. ff. de pig.
actio. ꝙ tunc debitor tenebitur cauere
dicto creditori de conſeruando eum in-

denem a dicta euictiōe promiſſa. ¶ Et pro tali cautione obtinenda poterit creditor retinere alias res pignoratas ſibi per debitorem vt eſt tex. no. in. l. ſi neceſſarias. §. j. ff. de pigno. actio. ⁊ ratio eſt quia obligatio euictionis de iure nō reſpicit ipſum creditorem qui vendidit ſed reſpicit ipſum debitorem in cuius vtilitatem pecunia ex precio pignoris redacta cōuerſa eſt vt. l. in creditore. ff. de euictio. Si tamen ipſe creditor voluit ſe obligare ad eam tenebitur: ſed debitor debet eum indēnem conſeruare ⁊ propter hoc poteſt retinere res pignoratas quando illas habet. d. l. ſi neceſſarias. §. j. ſed ſi eas nō habet poterit creditor agere cōtraria pignoraticia contra debitorem vt eum indēnem conſeruet vt. d. l. ſi neceſſarias in prin. ita determinat ibi Pau. de caſt. in. §. j. in fi. ⁊ ibi ſubdit glo. in ver. retinere ꝙ etiam ſi creditor promiſit de euictione extra illos tres caſus de quibus in. d. l. ſi pignore. §. fi. ꝙ omnino habebit retentionem pro dicta indēnitate quia debitor omnino ad illam tenetur per tex. in. d. l. reſcriptum. §. j. ff. de diſtrac. pi. ¶ Intellige tu iſto caſu vſq; ad ſimplum tantū non autem ad duplam ſi creditor eam promiſit: quia quomodocunq; creditor promittat de euictione etiam extra dictos tres caſus habebit ſemper regreſſum pro ſimplo cōtra debitorem vt eſt text. in. d. l. ſi pignore. §. fi. cum. l. ſeq. et gloſ. not. in. l. j. C. credi. eui. pi. non debe. in glo. in ver. creditor. ¶ Cum ergo creditor qui promiſit de euictione poſſit tam per viam retentionis ꝗ̄ actionis agere contra debitorem pro ſua indēnitate ſequitur ꝙ debitor iſto caſu non fuit liberatus a prima actione vt. ſ. in precedenti. q. concluſum fuit ⁊c.

47 ¶ † Poſtremo in iſta materia venditionis pignorum, Queritur an in venditione eorū requiratur ſubhaſtatio? ⁊ breuiter reſpondendo dicendum eſt ꝙ huiuſmodi ſolennitas ſubhaſtationis non requiratur niſi in vēditione pignoris capti pro executione rei iudicate vt l. ordo. C. de execu. rei iudi. ⁊ ibi late per Bal. ⁊ in. l. ij. ⁊ fi. C. de fide inſtru. ⁊ iure haſ. fiſ. lib. x. ¶ In aliis autem pignoribus vendendis non requirit̃ talis ſubhaſtatio niſi eſſent bona minorū eccleſie vel decurionum vel fiſci: quorū bona ſunt prohibita alienari ratione publice vtilitatis. nam in illis requiritur ſubhaſtatio vt. l. j. C. de predi. curi. lib. x. ⁊ in autē. hoc ius porrectum. C. de ſacro ſan. eccle. ita ſolēniter declarat bal. in. d. l. ordo. ¶ Ubi etiam addit ꝙ ſemp quando venduntur bona abſentis requiritur ſubhaſtatio allegat. l. fundus ff. de reſcin. vendi. ⁊ de materia ſubhaſtationis vide plura per Bald. in. d. l. ordo ⁊ latiſſime per Fabianum de monte in tractatu emptio. ⁊ vendi. in. v. parte principali in antepe. car. in. ij. colum. in verſi. Sequitur de ſolennitate ſubhaſtationis ⁊c. Et per predicta ſit expeditum iſtud primum membrum.

¶ Summarium.

1 ☞ Iuri hypotece quam creditor habet in bonis debitoris ſui ſibi obligatis quanto tempore p̄ſcribatur.
2 Preſcriptio in hypotecaria non impeditur per malam fidem auctoris.
3 Tempus requiſitum ad preſcribendu; contra creditorem in hypoteca an contra creditorem currat reſpectu tertii poſſeſſoris anteq̄ actum ſit contra principalem debitorem ⁊c.
4 Uxori an conſtante matrimonio currat preſcriptio ad repetendum dotem.
5 Hypoteca an tollatur vel extinguatur ſublata actione perſonali.
6 Hypoteca non tollitur per confuſionē inductā ex aditione.
7 Obligatiōe fideiuſſoria ceſſante an ceſſet hypoteca.
8 Hypoteca tollitur ex pacto ex quo tollitur principalis obligatio.
9 Hypoteca tollitur per pactū de nō petendo factum ſuper principali etiā ſi factum ſit ad tempus.
10 Hypoteca tollit̃ p iuramentū deciſiuu; delatū p creditorē debitori iuranti non debere.
11 Hypoteca tollit̃ p ſnīam abſolutoriam ſuper obligatione principali latā in fauorem debitoris.

12 Hypoteca multis tollitur modis.
13 Preſcriptio vtilis dominij contra debitorem an tollat hypotecariam contra creditorem.
14 Hypoteca an tollatur per vſucapionē triennalem.
15 Uſucapio quare non tollat hypotecā in re mobili ſpacio triennij.
16 Uſucapio in re mobili perficitur triēnio reſpectu dominij: ⁊ reſpectu hypotecce inducitur preſcriptio per poſſeſſionem decēnio continuatam.
17 Uſucapta re reſpectu dominij an creditor poſſit eam auocare reſpectu hypotece.
18 Statutum q̄ nullis actionibus ciuilibus p̄ſcribatur minori ſpacio .xxx. an. an comprehendat hypotecariam.
19 Preſcriptio actiōis pignoratitie reſpectu iuris offerendi quo mediante ipſa oritur a quo tēpore incipiat.
20 Pignoratitia q̄to tempore preſcribatur.
21 Preſcriptio contra pignoratitiā an de iure canonico procedat.
22 Preſcriptio pōt currere etiā q̄ preſcribens ſciat alteri ius competere: ſi actio nondum ſit nata ⁊c.
23 Preſcriptiōi obſtat mala fides ſi id qđ preſcribitur debetur iure actionis: ſecus ſi officio iudicis.
24 Pignoratitia preſcriptiōe ſublata an debitor poterit agere contra creditorē rei venditione ad pignus.

¶ Scđm mēbrū ſexte partis principa.

S Equitur modo ſcđm membrū huius ſexte partis principalis: in quo tractandū eſt quando ⁊ q̄uo pignora ⁊ hypotece reſoluantur et 2 finiantur per preſcriptiones ⁊ vſucapiones.

1 ¶ † Et primo queritur quanto tempore preſcribatur iuri hypothece quā creditor hʒ in bonis debitoris ſui ſibi obligatis: ⁊ concluſiue reſpondendo dicendum eſt: q̄ quādo tertius poſſeſſor poſſidens rem hypotecatam alteri: non habet titulum a debitore ſed ab alio ⁊ eſt in bona fide preſcribit iuri hypotece qđ hʒ creditor in dicta re ſpatio x. annorū inter preſentes ⁊ .xx. inter abſētes caſus eſt in .l.j. ⁊ .ij. C. ſi aduer. credi. lib. vij. ¶ Sed ſi dictus tertius poſſeſſor nō habeat tit. ab alio q̄ a debitore ⁊ non haberet bonam fidem vel altero careret non p̄ſcriberet contra hypotecā niſi ſpatio .xxx. annorū vt .l. cū notiſſimi in prin. ⁊ §.j. C. de preſcrip. xxx. an. ¶ Si autem dictus tertius poſſeſſor haberet cauſam a debitore: tūc donec debitor viuit nō poteſt preſcribere minori ſpatio q̄ quadraginta annis: ſʒ ſi vellet incipere preſcriptionem poſt mortem debitoris ⁊ nollet computare aliquid de tempore quod cucurrit viuente debitore poſſet p̄ſcribere .xxx. annis d. l. cum notiſſimi § ſed cum illud ⁊ ibi declarat glo. Bal. ⁊ Saly. principalis autem debitor ⁊ eius heres non preſcribit iuri hypotece contra creditorē minori ſpatio q̄ .xl. annis, d. l. cum notiſſimi in prin. ⁊ §.j. ⁊ ibi per Bald. ⁊ Saly. ¶ Et predicta procedunt de iure ciuili: ſed de iure canonico quod attendendum eſt in concernentibus ſalutē anime nulla ꝓcedit preſcriptio niſi abſit mala fides iuxta no. in .c. fi. de preſcrip. ⁊ in regula poſſeſſor lib. vj. ¶ Et ꝓpterea neq̄ debitor neq̄ heres poterūt preſcribere q̄r ſunt in mala fide: alij autē poſſeſſores ignorantes de hypoteca cōpetenti in dictis bonis creditori ⁊ ſic nō exiſtentes in mala fide vt .l. ſed ⁊ ſi lege § ſcire. ff. de peti. here. ⁊ .l. igitur. ff. de lib. cauſa poſſunt preſcribere: etiam ſi haberent cauſam a debitore: q̄r ſtāt iſta ſimul q̄ quis habeat cauſam a debitore ⁊ tamen ignoret de hypoteca primi creditoris: ⁊ ſic q̄ ex hoc ſolo q̄ habeat cauſam a debitore non ſit in mala fide. ¶ † Et non obſtat huic ſingulari ſucceſſori habenti cauſam a debitore mala fides auctoris vt in autē. male fidei. C. de preſcrip. longi tempo. q̄r illa autē. loquitur de p̄ſcriptiōe dominij: ⁊ nō habet locū in preſcriptione ſimplicis hypotece vt probatur ibi in verſi. ſi dominus: ⁊ ita tenēt ibi Jaco. de are. Cy. ⁊ Ang. de are. inſti. de actio. in § ſed iſte in .viij. fallē. ⁊ Alex. in .l. pomponius. §.j. col. iiij. in .vj. fallē. ff. de acq. poſ. ⁊ Ange. de are. inſti. de actio. § item ſeruiana col. vj. in verſi. quero nunquid hodie ⁊c. ⁊ Alex.

in consi.lxxxiij.viso processu nu.15.& in consi.ccxx.ponderatis his in princi.vj. vol.¶Predicta autem declara duob⁹ modis:primo modo vt que dicta sunt procedant in creditore priuato: secus autem est dicendū in ecclesia vel minore habentibus ius crediti & hypotece in bonis sui debitoris q: contra eos nō prescribitur.x.vel.xx.annis vt dictum est in alijs creditoribus:sed requireretur maius tēpus iuxta no.l aut. quas actiones.C.de sacrosan.eccle.iuncta.l.fi.C.in qui.cau.in integ.resti.non est necess.& in.l.sicut.C.de prescrip.xxx.an. et ita tenet Guido pape in.q.ccccxvj.in versi.tertius possessor.¶Scd'o declara predicta de prescriptione hypotece cōtra creditorem priuatum procedere qñ creditor non possidet pignus;.tunc em̄ procedit prescriptio modis supra notatis contra creditorem:secus aūt si creditor possideat pign⁹ q: tūc eius ꝯ hypotecam non curret prescriptio:sed per eius possessionem(quod est plus) ꝑscriptio interrūpetur vt est tex.in.d.l.cum notissimi in.§.1mo.Intelligendo tamen bene qñ creditor possideret iure creditoris & tanꝗ bona sibi obligata:tunc em̄ cōtra eum non curret prescriptio et ita procedit.d.§.1mo.vt est de mente Cyn. Ang.& Rapha.ibi & ita notabiliter declarat Cor.in consi.xx.pri.vol.¶Et ratio est q: ex quo licite creditor incumbit pignori & iure creditoris illud detinet non videtur esse in negligētia:si nō petijt suum debitum vt declarat Cor.in
3 d.cōsi.xx.¶†Secundo queritur in materia.an tempus quod requiritur de iure ad prescribendū contra creditorē in hypoteca ꝭm quod supra in proxima precedenti.q.distinctum fuit:currat cōtra creditorem respectu tertij possessoris anteꝗ per creditorē actum sit contra principalem debitorem & de illius bonis excussum sit?¶Et in hoc Alex. in consi.lviij.viso & perlecto in fi.v.vol. tenet ꝙ tale tēpus incipiat currere demum facta excussione & non ante.q: hodie creditor non potest agere cōtra tertium possessorem ante factam excussionem de bonis debitoris.vt in autenti.

hoc si debitor.C.de pigno.& non valenti agere non currit prescriptio.l.j.in fi. C.de anna.excep.& hoc procedit etiam si istud non posse agere causetur ex culpa creditoris q: ꝭm Alex.tempus non currit etiā impedito culpa sua per tex. & glo.in.c.q: diuersitatem de conces.ꝑben.¶Sed contra istā decisionē Alex. tenent late moderni in tractatu prescriptionum in.iiij.parte quarte partis ꝑncipalis car.23.col.iij.in versi.iij.principaliter ꝗro & in prima parte sexte partis car.46.col.pri.versi.& per hec infero ꝙ non est vera &c.& sequitur.d.Petr⁹ paulus parisius in.c.ex transmissa in vl.versi.de prescriptio.& mouetur quatuor fundamentis cōtra Alex.& respondent ad.d.c.q: diuersitatē in quo se fundat Alexā.vt ibi late per eos.¶Et ego etiā semper putaui dictam decisionem Alex.non esse tenendam.& hoc anteꝗ viderem dictos modernos.¶Et vltra allegata per eos ista opi. contra Alex. fundari potest per id quod vult Bal.in l.sed & si per pretorem.§.j.versi.sed nec ad eos.ff.ex qui.cau.ma.vbi dicit ꝙ nō censetur impeditus ille qui de facili remouere potest impedimentum & mouetur per tex.in.c.fi.de electio.& idem tenet Bal.per.d.c.fi.in.l.quibus diebus in prin.ff.de condi.& de.& ibi pulchre p Pau.de ca.¶†Et hic est ꝙ vxori ad re- 4
petendum dotem currit prescriptio nō solum a die soluti matrimonij;sed etiā cōstante matri.quādo certum & notoriū fuit maritum vergere ad inopiā:quia tūc mulieri incipit competere actio ad dotem repetendā vt est text.in.l.in reb⁹ .§.omnis ibi minus idoneis:ex quo eis hoc infortuniū illatū esse claruerit &c. C.de iure do.&.l.vbi adhuc eo.tit.& not. Saly.in.d.§.omnis & sequitur Ang.de are.insti.de actio.§.item seruiana in.vj. col.in versi.no.ergo quod quādo est notorium &c.& in.§.fuerat in.xij.colum.in versi.in ea glo.ibi si constante in pn.&c. & sic in cursu prescriptionis considerat an actio nata sit;& an sit in potestate illius cui actio competit posse agere:q: tunc si non agit sibi est imputandū per allegata.ꝫ.¶Et ex hoc etiam solet dici

in anno qui datur creditoribus ad intentandum reuocatoriam iuxta tex. in institu. de actio. §. item ſi quis in fraudez q' ille annus preſcribi incipiat a tempore quo notorium eſt debitorem nõ eſſe ſoluendo ⁊ ei⁹ bona eſſe poſſ. ſſa p alios qz ab illo tempore creditores agere potuerunt reuocatoria: ⁊ ita tenet Ange. de are. in. d. §. item ſi quis in fraudẽ in vj. colũ. in verſi. quero a quo tempore. ¶ Tertio facit pro eadem opin. contra Alexã. illud qđ vult Pau. de ca. in cõſi. cccxciiij. i. 294. ego Pau. de ca. vbi dicit q' actioni etiam nondum orte poteſt pſcribi quãdo eſt in facultate partis illã oriri facere: qz qui potuit facere vt poſſit agere: potuiſſe videtur. l. qui poteſt facere. ff. de regulis iuris ſecus autem eſſet quando non eſſet in poteſtate partis facere q' actio naſcatur puta qz ortus actionis pendebat ex facto alteri⁹ vel conditione caſuali vel mixta ſecundum Pau. in. d. cõſi. ⁊ no. Cor. in conſi. 43. in hac conſultatione in litera d. ⁊ ſequentibus. ij. volu. vnde videmus qđ actioni euictionis nõ preſcribitur anteq̃ res euincatur vt eſt glo. in. l. empti. C. de euictio. ⁊ not. moderni in tractatu preſcriptionum in quinta parte quinte partis principalis car. 42. numero. 32.

5 ¶ † Tertio queritur in materia an ſublata vel extincta actione perſonali: ſit etiam extincta hypothecaria illi accedens? ⁊ in hoc complectendo materiaz pone regulam ampliationes ⁊ fallentias. ¶ Regula ergo ſit q' ſublata actione perſonali durat hypotecaria vt eſt tex. in. l. ij. C. de luitio. pigno. quia licet a principio non poſſit conſtitui hypotecaria ſine principali obligatione vt. l. iulianus in prin. ff. de leg. iij. ⁊. l. grege §. cum pignori. ff. de pigno. ⁊. l. ij. C. ſi pignus pi. da. ſit: tamẽ poſteq̃ eſt ſemel conſtituta poteſt ſeparari a principali vt no. Barto. in. l. fideiuſſor obligari in prin. ff. de fideiuſ. ¶ Et per hoc concludit ibi Bart. q' hypotecaria poſſit cedi ſine perſonali per allegata ibi per euz: ⁊ ibi etiam ponit cuius ſit effectus ceſſio hypotecarie ſine perſonali: ⁊ ratio iſtius regule eſt: quia hypotecaria que eſt realis vt. l. pignoris. ff. de pigno. eſt fortior q̃ ſit perſonalis ac potentior vt no. Saly. in. l. cum notiſſimi. §. j. in prima oppo. C. de preſcrip. xxx. an. Nimirũ ergo ſi poſt perſonalem ſublatã ipſa durat. ¶ Et iſta regula primo ampliatur ⁊ declaratur q' procedat etiam in preſcriptione quia. ſ. ſublata perſonali per preſcriptionem. xxx. annorũ iuxta. l. ſicut. C. de preſcrip. xxx. an. hypotecaria que aliquando durat longiori tempore vt notaui. ſ. in pri. q. nu. 1. durabit adhuc donec durat eius vita vt eſt tex. ⁊ ibi declarat glo. in. iij. exemplo in. d. l. ij. C. de lui. pigno. ⁊ ſequuntur Bald. et Saly. ibi. ⁊ per Pau. de ca. in. l. eos qui nu. 2. C. de vſur. ⁊ finaliter contingere poteſt e conuerſo qz. ſ. ſublata hypotecaria per preſcriptionem. x. annorũ inter preſentes ⁊ viginti iter abſentes in caſibus notatis. ſ. in. d. pri. q. remanebit tunc perſonalis que durat longiori tempore. tex. eſt in. d. l. j. in fi. C. ſi aduer. credi. lib. vij.

6 ¶ † Secũdo amplia ⁊ declara regulam vt procedat etiam ſi perſonalis eſſet ſublata confuſione: puta quia creditor ſucceſſiſſet debitori ⁊ grauatus eſſet de reſtituendo hereditatem alteri per fideicõmiſſuz quo caſu actio perſonalis eſſet confuſa per aditionem vt. l. debitori. C. de pac. ⁊ tamen hypotecaria remaneret vt eſt tex. in. l. debitor ff. ad treb. ⁊ no. Alexã. in. d. l. debitori: et eſt tex. ⁊ ibi glo. in. l. ex ſextante. §. latin⁹ ff. de excep. rei iudi. ⁊ glo. Bal. ⁊ Saly. in. d. l. ij. C. de lui. pigno.

7 ¶ † Tertio amplia regulam vt procedat etiam ſublata obligatione fideiuſſoria: quia durat etiam hypothecaria: puta qz fideiuſſor qui pro me interceſſit ⁊ dedit etiam pignora meo creditori: inſtituit me heredem: nam dum ego ſuccedo meo fideiuſſori extinguitur dicta obligatio fideiuſſoria ita quod creditor meus non poterit me heredem fideiuſſoris mei conuenire obligatiõe fideiuſſoria quia illa eſt ſublata per confuſionem: ſed obligatio hypothecaria qua res data pignori a meo fideiuſſore tenetur adhuc durat et creditor poterit agere contra me hypothecaria ad dictam

rem.tex.eſt.in.l.cum quis.§.fi. ff. de ſol. & ibi declarat Bar. & ratio eſt q2 obligatio fideiuſſoria ſtare nõ poteſt nec a principio nec ex poſt facto ſine principali vt no.in.l.ſi heres pecuniam.ff.ad treb. ſ3 hypotecaria poteſt ſtare ſine principali ex poſt facto l3 non a principio. vt.l. non intelligere.C.de lui. pigno. ita not. Pau.de caſt.in.l.fi.C.de fide. minorum.

8 ¶ †Fallit modo dicta regula quando principalis actio ſeu obligatio tollitur per pactum ſeu conuentionem q2 tunc intelligitur etiam ſublata hypotecaria vna cum ea vt eſt tex.in.l.ſoluit in prĩci. & §.j.qui.mo.pig.vel hypo.ſol. & in.l. cũ ſoluende.ff.de diſtrac.pig. ¶ Ratio autem differentie inter preſcriptionem p quam tollitur principalis obligatio et aliquando remanet hypotecaria & ecõuerſo & cõuentionem & pactũ per quod tollitur principalis obligatio vna cum hypo.vt.d.l.ſoluitur.§.j. aſſignatur ibi per glo.q2.ſ.pactum & conuentio late interpretatur vt.l.j.C.vt actio ab here. et contra here.quod non eſt in preſcriptione que eſt odioſa vt.l.in omnibus. ff.de

9 actio.& obliga. ¶ †Et ex predictis etiã infertur q pactum de non petendo ad certum tempus factum debitori operatur q durãte pacto hypotecaria etiam ſuſpenditur ita probatur in dictis iuribus: quod tamen ſane intelligendũ eſt niſi debitor poſt tale pactũ effectus fuerit ſuſpectus: q2 ex cauſa dicte ſuſpitionis ſuperuenientis vel etiam exiſtentis tempore pacti ſed ignorate ab ipſo creditore poterit creditor non obſtante pacto facto de non petẽdo ad certũ tempus ſuper debito & obligatione principali perſequi pignora text. eſt & ibi declarat glo.& Barto.in.l.queſitũ in prin

10 cip.ff.de pigno. ¶ † Secundo fallit dicta regula ſi creditor deferat iuramentum & debitor iuret ſe non eſſe debitorem: q2 tunc non ſolum tollitur obligatio principalis ſed etiam hypotecaria vt eſt tex.in.l.ſi deferente.ff.qui. mod. pign.vel hypot. ſolu.& in.d.l. ſoluitur.§.

11 fi.eod.titu. ¶ †Tertio fallit regula ſi lata ſit ſentẽtia abſolutoria in fauorẽ debitoris contra creditorem q2 per eã tollitur obligatio principalis & hypotecaria vt eſt tex.in.d.l.ſi deferente ſecundo

12 reſponſo. ¶ †Quarto fallit dicta regula ſi ſit ſolutum debitum creditori vel etiam creditori creditoris vel alio modo ſatiſfactum de volũtate creditoris: vel ſi ad tempus fuit obligatũ certũ pignus & tẽpus ſit finitũ vel ſi pigno° obligatũ fuit ſub aliq̃ cõditione q̃ poſtea nõ fuit purificata nec euenit. iſtis eñi caſibus put tollit principalis obligatio ita tollitur & ceſſat hypotecaria text.eſt iuncta glo.in.l.item liberatur in prĩ.ff.qui.mo. pign.vel hypo.ſolu: & predicta omnia habentur enim etiam per glo. & Saly.

13 poſt alios in.d.l.ij.C.de lui.pig.† Quarto queritur in materia an preſcriptio que cucurrit contra debitorem ſuper dominio rei hypotecate q2 ſcilicet poſſeſſor preſcripſit contra debitorem vtile dominium dicte rei noceat & preiudicet creditori in ſua hypoteca? ¶ Et breuiter reſpondendum eſt q ſi idem tempus eſt ſufficiens ad vtrãq preſcriptionem ſcilicet dominij contra debitorem & hypotece contra creditorem: q tunc preſcriptio ſub eodem tempore vtrũq effectu3 operetur vt habetur in.l.j.& ij. C.ſi aduer.credi.lib.vij. Secus autem ſi diuerſum tempus requiratur in vna q̃ in altera: & poteſt poni exemplũ quãdo poſſeſſor cum titu. & bona fide preſcribit & debitor contra quem preſcribitur ratione dominij eſt preſens quo caſu ſufficiunt decem anni: creditor autem contra quem preſcribitur ratione hypotece eſt abſens quo caſu requirũtur.xx.anni vt.l.prima.C. ſi aduerſ. credi.& ibi per gloſſ.iſto enim caſu preſcriptio complebitur contra debitorem in x.primis annis habito reſpectu ad dominium: & tamen adhuc hypo.competens creditori erit integra & durabit p alios decem annos ita not.glo.in. l.preſes.C.de pignor.in gloſſ. in verſicu.preſcriptione in verſicu.vel tertio: & illam ibi ſequuntur Saly.& alij.

¶ Et hoc modo ſunt intelligẽda nota p Bar.in.l.j.§.cũ predium.ff.de pign. vbi firmat q poſſidẽs bona fide & ti.rem hypotecatam alteri preſcribit etiam hy=

pothecam:que not.ne equiuoces:quia
14 male declarantur per doc.¶ † Quinto queritur an ſicut per preſcriptionē tollitur hypoteca (vt ſupra in precedentibus queſtionibus extitit declaratum) ita ⁊ tollatur per vſucapionem triennalem quando res mobilis eſſet data in pignus? ⁊ breuiter reſpondendo dicendū eſt quod non vt eſt text. ſm intellectum gl. quem doc. ſequuntur in .l. vſucapio. C. de pig. ⁊ ratio eſt quia ſicut per alienationem hominis .ſ. debitoris non tollitur neque eliditur ius hypothece competēs creditori vt .l. debitorem. C. de pigno. ita nec per alienationem legalem prout eſt vſucapio que dicitur alienatio legalis vt .l. alienationis. ff. de ver. ſigni. ita tenet gl. Bar. ⁊ alij in .d. l. vſucapio. ¶ Et ſic habes differentiā inter preſcriptionem rerum immobilium ⁊ vſucapionē mobilium: quia per preſcriptionē tollitur ius hypotece vt .l. j. ⁊ .ij. C. ſi aduer. credi. lib. vij. ſed per vſucapionem non .d. l. vſucapio ⁊ .l. iuſta .§. non mutat. ff. de vſucap. ¶ Et ratio differentie inter preſcriptionem ⁊ vſucapionem ſecundum glo. in .d. l. vſucapio eſt quia in preſcriptione requiritur maius tempus ⁊ ideo etiam ineſt maior negligentia creditoris non agentis quam inſit in vſucapione. ¶ Et iſtam rationem meli⁹ declarat Bar. poſt Pe. de bella per. in .l. j. §. cum predium. ff. de pigno. dicens quod in preſcriptione interuenit tempus ſufficiens ad tollendum hypotecariam: ⁊ contra creditorem non excipitur quod poſſeſſor acquiſiuerit dominiū per poſſeſſionem .x. annorum cum titu. et bona fide ſed excipitur quod poſſeſſor preſcripſit contra hypotecariam. ¶ In vſucapione autem iſtud ceſſat: quia tempus triennij non eſt ſufficiens ad preſcribēdum contra aliquam actionem et ideo non poteſt tolli actio hypotecaria per triēnium: ⁊ licet triēnio acquiratur dominium rei mobilis tamen ſeparata eſt cā dominij ab hypoteca ita vult gl. in .d. l. vſucapio ⁊ ſentit Bar. in .d. §. cum
15 prediū. ¶ † Sed dubitatur quare maius tempus prefigatur ad preſcribendum iuri hypotece in re immobili vel decēnium: quam in vſucapione hypothece rei mobilis. Nam videbatur quod ſicut in preſcriptione hypotece rei immobilis prefixum eſt tempus decēnij habito reſpectu ad preſcriptionem dominij dicte rei que decēnio perficitur: ita ⁊ in re mobili debet fieri quod ſicut dominiū vſucapitur triennio: ita ⁊ ius hypotece deberet vſucapi? ¶ Sed in hoc Bar. in .d. l. j. §. cum predium dicit quod alia ratio reddi non poteſt: niſi quia ſic placuit vt .l. non om. ff. de legi. ⁊ hoc ſm eū probatur in text. d. §. cum predium: ibi nec vſucapione perimi placuit: ⁊ ita tenendum puto; quia ratio que aſſignatur per glo. in .d. §. cum predium ⁊ in .d. l. vſucapio ⁊ in .l. j. in gloſſ. magna. C. ſi aduer. credi. vel quod ſit differentia inter dominiū ⁊ hypothecam ⁊ quod per vſucapionē triennij queratur dominiū in re mobili ⁊ per preſcriptionem in eadem re queratur exceptio cōtra hypotecam nō eſt fundamentalis: quia regulariter actio nō tollitur neque eliditur per exceptionem minori tempore quam .xxx. annis vt .l. ſicut C. de preſcrip. xxx. an. ⁊ ſpecialiter inductum fuit vt actio hypotecaria tollatur .x. annis inter preſentes ⁊ .xx. inter abſentes per tex. in .d. l. j. ⁊ .ij. C. ſi aduer. credi. lib. vij. ad exemplum preſcriptionis dominij quod queritur per preſcriptionem .x. vel .xx. annorū vt per totum titulum. C. de preſcrip. longi temp. ⁊ habetur in .d. l. j. ⁊ .ij. ¶ Et eodē modo videbatur dicendū in vſucapione vt .ſ. actio hypotecaria conſiſtens in re mobili deberet tolli per vſucapionē triēnij ſicut per illam queritur dominium: ⁊ tamen iura hoc nolunt: ⁊ vt dicit Bar. in hoc alia ratio aſſignari nō potuit niſi quia ita placuit legiſlatori. ¶ † Sed iterum dubitatur in
16 predictis quid ſi aliquis poſſedit rē mobilē cū ti. ⁊ bona fide .x. annis inter preſentes: nunquid poſſeſſor tueri ſe poterit aduerſus creditorē intendentē hypotecariā? ⁊ gl. i. d. l. j. C. ſi aduer. cre. in gl. fi. in fi. refert duas opi. vnā Pyr. qui tenuit quod non: aliā autem Jo. qui tenuit quod ſic. Et iſtā ſecūdam opi. tenet etiā gl. i. d. l. vſucapio. ⁊ iſtam approbat bar. ibi in fi. ⁊ ibidem Bal. in verſic. gloſſ. querit ⁊ poſt eum Saly. in

verſi.ſed iuxta hoc quero per rationes ibi per eũ adductas: ⁊ ſic habes ꝙ poſſeſſor poſſidens cũ tit. ⁊ bona fide triennio rem mobilem vſucapit eam reſpectu dominij: ſed non reſpectu hypotece: ſed ſi continuat in poſſeſſione vſqꝫ ad decẽniũ inter preſentes preſcribet etiã contra actionem hypotecariam cõtra creditorem. ¶ Ex quo ſm Salt. ibi habes vnum mirandum ꝙ ſcilicet repetiuntur due preſcriptiones ad diuerſa ⁊ minus tempus quod ſufficit in prima
17 computatur in ſecunda. ¶ † Sexto queritur in materia retẽtis terminis vſucapionis: an ſi creditor poſt rem mobilem triennio vſucaptã a poſſeſſore egit contra eum hypotecaria et rem ab eo auocauit: an modo debitor poterit offerre vel ſoluere creditori ⁊ rẽ ab eo recuperare directa pignoratitia iuxta. l. reſcriptum. §. j. ff. de diſtrac. pigno. ⁊ glo. in. d. l. vſucapio mouet iſtam dubitationem ⁊ reſpõdet ꝙ ſic vcꝫ ꝙ debitor etiã iſto caſu poterit offerre vel ſoluere creditori ⁊ auocare rem per directam pignoratitiam: qꝛ non poterit debitor repelli a creditore: ex eo ꝙ ipſe agere et obtinere non potuerit contra vſucaptorem qui contra debitorem vſuceperat dominiũ: qꝛ dicit glo. ꝙ tunc iſtud procederet quando ageretur rei vendicatione: ſecus aũt quando agitur actione pignoratitia que deſcendit ex cõtractu nam actione ex cõtractu agitur contra obligatũ ex cõtractu etiam ſi res nõ ſit agentis vel deſierit eſſe ſua ſicut videtur in cõmodante vel deponente ⁊ t. l. ita vt ſi fur. ff. commo. ⁊ l. j. §. ſi predo. ff. depoſi. ⁊ l. ſi rem. §. is quoqꝫ. ff. de pign. actio. ⁊ idem tenet glo. in. d. l. j. §. cũ prediũ. ff. de pign. ⁊ cũ glo. tranſeunt Bar. Bal. Sal. ⁊ alij. ¶ Septimo dubitatur retentis eiſdem terminis an poſtquam debitor recuperauit rem a creditore vt in proxima precedenti. q firmatum eſt. An iterum ille qui dictã rem mobilem vſucepit poſſit agere rei vendicatione ad dictam rem contra ipſum debitorẽ: ⁊ gloſſ. in. d. l. vſucapio. ⁊ in. d. l. j. §. cum predium reſpondet ꝙ ſic ⁊ cũ glo. tranſeunt doc. ¶ Sed iterũ dubitatur an aliquod remedium poſſit adhiberi pro dicto debitore: vt ab eo res per vſucaptorem auocari non poſſit: ⁊ in hoc glo. in dictis locis conatur dare plura remedia: que recitat Bart. in. d. l. vſucapio. ⁊ in. d. §. cũ predium. ⁊ poſt eum Bald. et Sali. ⁊ Bar. in. d. §. cum prediũ approbat primum conſiliuꝫ vcꝫ ꝙ debitor in actu ſolutionis facte creditori impetret ab eo volente ceſſionem ſue hypotece iuxta. l. modeſtinus. ff. de ſolu. Nam cũ ea poterit debitor rem aduerſus vſucaptorem retinere: ſicut poterat ipſe creditor: ⁊ nihil repugnat ſm Bar. ꝙ debitum principale ſit ſublatũ ⁊ tamen duret ius retinendi iuxta. l. debitor. ff. ad treb. ⁊ l. ex ſextante. §. latinus. ff. de excep. rei iudi. ⁊ l. fi. §. licentiam. C. de iure deli. ⁊ l. j. C. ſi anti. credi. pi. vendi.
¶ Et ſecundũ eum iſte erit vnus caſus in quo cedetur hypotecaria ſine principali iuxta no. per ipſum in l. fideiuſſor obligati. in prin. ff. de fideiuſ. ¶ Sꝫ iſtud remedium ſeu conſilium reprobauit glo. in. d. §. cum prediũ et iſtã reprobationẽ glo. ſequuntur Jac. de are. Ja. bu. Bart. ⁊ Sali. in. d. l. vſucapio. licet bal. ibi dicat ꝙ iſtud ↄſiliũ poſſit ſaluari. ¶ Sed facit dubiũ ꝙ ſaluari nõ poſſit qꝛ. d. l. modeſtinus ⁊ materia loquitur quãdo ſunt plures obligati: qꝛ vnꝰ ſoluens poteſt impetrare ceſſioneꝫ contra alium: nos autẽ ſumus in vno ſolo debitore vnde nõ videtur ꝙ ipſe poſſit impetrare ceſſionẽ contra ſe ipſum: niſi dicas ꝙ ceſſio nõ poteſt impetrari ad effectũ agendi: ſed ad effectum retinendi pro defenſione rei contra alium agentem: ⁊ ita loquitur Barto. ibi ⁊ ꝙ ceſſio poſſit fieri iſto modo. ſ. pro tuitione ſeu defenſione rei late habetur per gloſſ. in l. per diuerſas. C. manda. et ibi Bart. in pen. col. in verſi. iij. excipit text. ⁊ faciũt que notaui. ſ. in. v. parte prin. in. iij. mẽbro. ⁊ ideo puto opinio. Bartol. in hoc poſſe ſaluari. ¶ Circa aũt alia remedia tradita per glo. in. d. §. cum prediũ non inſiſtã amplius: ſed vide ibi per Bar. ⁊ alios ⁊ in. d. l. vſucapio: ⁊ vt videbis vix põt ſubſtineri vllũ aliud remedium ſeu
18 cõſilium in hoc. ¶ † Octauo queritur

ſtante ſtatuto quod nullis actionibus ciuilibus preſcribatur minori ſpatio quam xxx.annis an in tali ſtatuto comprehēdatur etiam hypothecaria? et ſic an hypothecaria ſit actio ciuilis vel pretoria et in hoc Ang.multum ſubtiliter in cōſil.ccij.in queſtione Joannis lanfredi. firmat quod hypotecaria in effectu ſit actio ciuilis et comprehendatur in ſtatuto per fundamenta que ibi adducit: et de hoc etiam aliquid dicam.j.in.viij. parte in materia hypotecarie.

19 ¶ † Nono queritur quid de pignoratitia actione directa quanto.ſ.tempore ei preſcribatur? et in hoc pro intelligentia premittendum eſt quod pignoraticia non oritur tempore initi contractus: ſed oritur cum eſt ſolutū vel ſatiſfactū creditori vt eſt tex.in.l.ſi rem alienam. §.omnis.ff.de pigno.actio. et ibi Bart. optime declarat: dicens quod pignoraticia bene oritur ex contractu dudū inito et celebrato ſequuta traditiōe pignoris facta ipſi creditori et ſic quod naſcitur ex materia antiqua: ſed reſpectu temporis oritur facta ſolutiōe vel ſatiſfactione ad idem tex.in inſti.qui.mo.re cōtra. obli.§.fi.et ibi gl. ¶ Ex quibus infertur quod contra actionem pignoraticiam incipit currere preſcriptio a die natiuitatis illius: quia ante currere non pōt vt l.j.in fi.C.de anna.excep.et no.Bar.in.d. §.omnis ſed reſpectu iuris offerendi quod competit debitori ante ortam pignoraticiam bene poteſt currere preſcriptiō contra tale ius offerendi quando competit per modum actionis quia.ſ.traditū eſt pignus creditori vt late notaui.ſ.in v.parte in.iij.mēbro et habetur per glo. et doc.in.l.cum notiſſimi.§.eodem iure. C.de preſcrip.30.an.et habetur per bar. in.l.ſi pignori in prin.ff.de vſucap. et in d.§.omnis in fi.et tunc decurſa preſcriptione contra tale ius offerendi: nō poterit amplius competere directa pignoraticia ipſi debitori: quia illa eſt ſequela iuris offerendi et non competit niſi oblato vel ſoluto debito vt no.gl.Bart. et alij in.d.§.omnis et hoc modo debet intelligi id quod not.paul.de caſtro.in conſi.cccxciiij.ego paulus etc. dum dicit quod ex quo eſt in poteſtate debitoris offerre et ſoluere et ſic facere quod pignoraticia oriatur quod iam poſſe agere videtur.l.qui poteſt facere.ff.de reg.iur.et per conſequens quod actioni pignoraticie preſcribatur et allegat gloſ.in.d.l. cum notiſſimi.§.eodem iure.quia debet intelligi quod preſcribatur iuri offerēdi et in conſequentiam ipſi pignoratitie vt dem̄ eſt.

20 ¶ † Sed conſiderando ipſam pignoraticiam de per ſe vel poſtquam nata eſt: puta quia facta ſit oblatio antequam ſit ſublatum ius offerendi preſcriptione: et orta ſit pignoraticia tunc ſi queratur quanto tempore preſcribatur dicte actioni pignoraticie? dicendum erit quod talis actio eſt perſonalis: et ei non preſcribitur.x.vel.xx.annis ſed ad eius preſcriptionem requiritur tempus.xxx.annorum vt.l.ij.C.de conſti.pecu.et.l.neque mutui.C.an qui.cau.nō ob.lon.tem.preſcrip.ita tenet gl.in.l.nec creditores in glo.iij.C.de pigno.actio.et cum gl.tranſeunt ibi Bal.et Saly.poſt alios per eos relatos.

21 ¶ † Sed dubitatur an iſta preſcriptio que inducta eſt contra pignoraticiam procedat de iure canonico? et videtur dicendum quod non quia creditor habet ſcientiam rei aliene: et ſic licet nō ſit in mala fide ex quo poſſidet de cōſenſu debitoris: tamē ipſa ſciētia rei aliene equiparatur malefidei vt per Bald.in.d.l. nec creditores: et de iure canonico ſecūdum magis cōem opi.etiam in iurib9 et actionibus perſonalib9 mala fides impedit preſcriptionem vt late per oēs canonin.c.fi.de preſcrip.et per modernos in tractatu preſcriptiōis in.ij.parte tertie partis principalis in.q.xiij.nu.24. car.15.

22 ¶ † Tamen hoc non obſtante in hoc eſt aduertendum ſm dictos modernos in.d.q.xiij.nu.70.et.71.quod dcā concluſio communis limitatur vt procedat quo ad eum cui actio cōpetit: quia mala fides preſcribere volentis contra illum cui competit actio impetit preſcriptionem ſecus autem eſt ſi nondū actio cōpetit.ſed competere poteſt acceptando ius ſibi de iure delatum: quia tunc etiam quod ille qui vult preſcribere ſciat illud ius competere non dicetur

in mala fide et poterit preſcribere ita te net Pe.de anch.in.c.ſine poſſeſſione co. ix.de regu.iu.in.vi.et ſequitur Soci.in cōſi.lxiii.in cauſa vertenti inter.d.Catherinā.col.iii.verſi.preterea vt latius
23 per dictos modernos in.d.tract.¶†Et corroborātur predicta per no. per.Cor. in conſil.ccvi.circa thema ſecundo vol. vbi etiam dicit q̄ de iā cōmunis cōcluſiō q̄ cum mala fide non procedat. preſcriptio non habet locū in eo ad quod quis nō tenetur actione: ſed officio iudicis tantū: qz ex quo non tenetur iure actionis non poteſt dici in mora neq̄ in peccato: nō ſoluendo: ſed requiritur interpellatio vt ibi late per eū.¶In p̄dpoſito ergo noſtro dicendū eſt ex predictis: q̄ quatenus eſt reſpectu iuris offerendi: quod cōſiſtit in facultate et volūtate debitoris an.ſ.velit offerre debitū creditori: q̄ contra dictū ius procedat preſcriptio qz creditor poſſidens pign⁹ ſpacio.xxx.annorū excludit debitorem ab offerendo et per conſequens ab ipſa actione pignoratitia que oritur mediante dicta oblatione: nō obſtante q̄ creditor ſciat dictū ius cōpetere dicto debitori: ſi velit ipſum acceptare: qz requiritur q̄ debitor acceptet dictum ius et offerat ad hoc vt ſibi oriatur pignoratitia: ſed quatenus eſt reſpectu pignoratitie iam orte vel per oblationem vel per ſolutionem iam factā dicēdū eſt q̄ creditor vel eius heres ſcientes actionem predictā iam cōpetere debitori nō poſſint preſcribere contra dictā actionē: qz tunc eſſent in mala fide per predi
24 cta.¶†Dubitatur etiā in predictis an ſublata pignoratitia per preſcriptionē poſſit adhuc debitor agere contra creditorē rei vēdicatione ad repetēdū rem pignoratā: et glo.in.l.j.§.j.in ver.pro ſocio.in fi.C.de anna.excep.tenet q̄ ſic: et intellige tu q̄ iſto caſu debitor poſſit agere tam primeua actione ſibi compe tenti ex dn̄io quod habet debitor ante hypotecationem: q̄ etiā ex dn̄io quod ſibi ſuperuenit mediante poſſeſſione et preſcriptione cauſata ex perſona creditoris: qz.ſ.donec creditor poſſedit: debitor preſcripſit poſſidente creditore vt.l. ſerui nomine.ff.de vſuca. vn̄ de licet pignoratitia ſit ſublata: poteſt nihilominus debitor agere cōtra creditorem rei vendicatiōe tam pro dominio veteri q̄ nouo: et q̄plus doc.in hoc tranſeant cū glo.¶Tamen difficultas conſiſtit in modo et forma practicandi quomodo.ſ.debitor agens contra debitorē qui preſcripſit cōtra pignoratitiā et intentādo rei vendicationē poſſit offerre debitū ipſi creditori et in hoc Ang.l.d.§.j.poſt Cy. plura dicit et plura etiam ponit Ange. et Imol.in.l.pignori.ff.de vſucap.quos omnes refert Ange.de are.inſti.de act. in.§.actionū.in col.xxiii.in glo.in verb. pignoratitia vbi optime declarat: et iō quādo caſus occurreret in facto recurras ad eum.et per hec ſit expeditū iſtud ſecundum membrum.

¶Summarium.

1 Pignus vel hypoteca an tollatur nouatione.
2 Nouatio neceſſaria que fit per litis cōteſtationem vel per ſententiam non eſt priuatiua ſeu extinctiua prime obligationis: ſed ac cumulatiua aliorum effectuum cum primis.
3 Nouatio inualida non tollit pignora vel hypotecas precedentis obligationis.
4 Pignora noua data in obligatione nouante inualida accumulantur veteri obligationi.
5 Cautela p̄ liberāda prima hypoteca.
6 Hypoteca prima non cenſetur nouata nec ſublata per prorogationē termini ad ſoluēdū facta debitori.
7 Hypoteca expreſſe in obligatione nouante repetita cenſetur repetita cū priuilegio prelationis.
8 Uſura: mora: dilatio: et ſimilia an in obligatiōe volūtaria nouāte cēſeant̄ repetita.
9 Qualitate rei hypotecate mutata an nihilominus duret hypoteca.
10 Qualitate rei legate mutata an pereat legatum.
11 Debitor p̄hibēs in ſuo teſtō pignoris alienationem an preiudicet creditori: et an hac p̄hibitione reſoluat̄ hypoteca.

12 Creditor permittens pignus vendi vel permutari per debitorē an perdat hypotecam.

13 Creditor conſentiens debitori alienanti vel obliganti rem ſibi obligatā videtur remittere ius pignoris.

14 Hypoteca an poſſit renuntiari per mulierem.

15 Creditor conſentiens debitori q̄ eius heres alienet pignus an renunciet hypotece.

16 Hypoteca tollitur per conſenſum creditoris non ſolum reſpectu eius qui cōſenſit ſed alterius qui in eius locū ſeu ius ſuccedit.

17 Creditor emens rem a debitore videtur hypotecam remittere.

18 Creditor ſubſcribēs chyrographo debitoris vendentis alteri vel obligantis videtur hypotecam remittere.

19 Creditor reſtituens debitori chyrographum in quo res eſt ſibi obligata cenſetur hypotecam remittere.

20 Reſtituēs pignus an cenſeatur ius pignoris remittere.

21 Conſenſus creditoris in caſu pignoris per debitorem alienādi quid operetur.

22 Creditor conueniens cū debitore vt ad eum pignus pleno iure pertineat remittit hypotecam.

23 Preſentia creditoris in venditione pignoris quid operetur.

24 Argumentū de libertate ad pietatem validum eſt.

25 Fiſcus alienans rem alteri obligatā an et quo caſu tollat ius pignoris.

26 Hypoteca non cenſetur remiſſa per cōſenſum creditoris de alienādo vno modo ſi alio deteriori modo alienetur.

27 Hypoteca non cenſetur remiſſa p̄ alienationem factā de cōſenſu creditoris ſi talis alienatio non valeat.

28 Hypoteca vendita per debitorē de conſenſu pupilli creditoris ſine tutore vel decreto iudicis nō cenſetur remiſſa.

29 Hypoteca nō poteſt remitti gratis per filiū vel ſeruū in cauſa peculiari.

30 Hypoteca non cenſetur remiſſa per cōſenſum de alienando ſi alienatio nō ſequatur.

31 Alienatio ficta etiam cum cōſenſu creditoris non tollit hypotecam.

32 Hypoteca non cenſetur remiſſa ſi debitor vendat de conſenſu creditoris poſt tempus conuentum

33 Hypoteca an ſolo conſenſu diſſoluatur.

34 Exceptio intentionis & facti non dicitur proprie exceptio.

35 Pactum tacitū nihil poteſt remittere.

36 Pactum de non petendo debitū principale an extingat hypotecam.

37 Hypoteca remiſſa non cenſetur debitū principale remiſſum.

38 Hypoteca per ſtipulationem cōtracta an ſolo conſenſu diſſoluatur.

39 Sententia lata contra debitorem poſt rem obligatā creditori preiudicat ipſi creditori ſcienti & patienti: ſimiliter lata anteq̄ res ſit ipſi obligata.

40 Sententia lata contra debitorem quo caſu p̄iudicet creditori & quo caſu non.

41 Sententia lata contra creditorem conuentum preiudicat debitori ſcienti et patienti.

42 Sententia lata contra creditorem agētem an preiudicet debitori.

43 Sententia lata in fauorem tertij creditoris contra p̄mum an preiudicet ſecundo.

44 Sentētie ſemel parens per reſtitutionem rei an ſi res iterum redeat ad condemnatū poſſit iterari executio.

45 Obligās pignus pro alio an teneatur diu pati talem obligationem: & an poſſit poſt tempus aliquod petere liberationem pignoris.

46 Dictio diu quantum tempus comprehendat.

47 Debiti principalis remiſſione exiſtente inualida an nihilominus valeat pignoris liberatio.

48 Debito principali viciato an vicietur etiam pignoris remiſſio.

¶ Tertium membrū .vj. partis principalis.

AGgrediēdo tertiū mēbrum huius .vj. partis principalis in quo videbim⁹ diuerſos alios modos vltra predictos: quib⁹
1 pignora & hypotece tolluntur. ¶ †Et primo queritur an pignus vel hypoteca tollatur

ta tollatur nouatione? & in hoc cõplectendo totã materiã pro clariori intelligentia ponã regulã & fallentias regula ergo sit q pignus & hypoteca tollitur et liberatur facta nouatione legitime vt est tex.in.l.nouatione.ff.de noua.& in l.solutũ.in prin.ff.de pig.actio.fallit autem dicta regula quatuor modis. ¶ Et primo fallit qñ debitor simpliciter dedit alia pignora post prima.q: per hoc non liberantur priora pignora:sed ista eis accumulãtur:nã ex hoc nõ dicitur inducta nouatio:vt ergo regula procedat requiritur q in hac secũda datione pignorũ sit repetitũ debitũ principale & expresse deductũ in nouã obligationẽ ita singulariter declarat Bar. in.l.valerianus.in vlti.q.ff.de pacto.stip.& sequitur Pau.de ca. in.l.solutum.§.omnis.
2 ff.de pigno.actio. ¶ † Secundo fallit dicta regula in nouatione necessaria: et sic solũ regula militat in nouatione voluntaria:nõ autẽ in necessaria que fit p litis cõtestationẽ & sentẽtiã declarãdo tñ vt per glo.no.in.l.j.in glo.fi.C.de iudi.vt est tex.in.l.aliam.ff.de noua. & ibi declarat Bar.& no.glo.in.d.l nouatione:vnde licet creditor sit contestatus litẽ super hypotecaria cõtra suũ debitorem:per hoc nõ sunt liberata pignora & hypotece:& similiter si debitor sit p sententiã condẽnatus vt.l.grege.§.etiã.ff. de pigno.& declarat glo.j.in.d.l.solutũ. in prin.& ratio est q: per litis cõtestationem & sententiã inducitur nouatio necessaria non aũt voluntaria vt declarat glo.& ibi Jas.post alios in.l.j.C.de iud. ¶ Ratio aũt rationis est:q: nouatio necessaria que fit per litis cõtestationem vel per sententiã non est priuatiua seu extinctiua prime obligationis : sed est accumulatiua aliorum effectuum cum primis vt declarat Bar.in.l.aliam.ff.de noua.& Jas.in.d.l.j.in.iiij.col.in ver.habes &c.C.de iudi. Item est alia specialis ratio in pignore et hypoteca: q:.s.specialis conditio hypotece est vt non tollatur actio hypotecaria: nisi prius sit solutum aut satisfactum creditori.: sed per litis contestationẽ aut sentẽtiã non dicitur satisfactũ creditori:merito nõ dicitur sublatũ pignus vel hypoteca vt probat tex.in.d.l.grege.§.etiã.ff.de pigno. ¶ Addit etiã Sal.in.l.vni.C.etiam ob chirogra.pecu.in.j.co.in secũdo no. tertiã rationẽ sed in effectu est eadẽ cum prima.s.relata. ¶ Tertio fallit regula qñ in nouatione volũtaria expresse conuentũ fuisset vt pignora seu hypotece prioris obligationis essent repetita in obligatione nouante tex.est in.d.l.j.in prin.C.etiã ob chiro.pecu.& in.d.l.solutũ.in princi.& in.l.nouatione.C.de fideius.& declarãt glo.& doc.in locis predictis. ¶ † Quarto fallit dicta regula qñ 3
nouatio volũtaria nõ valeret:q: per nouationẽ inualidã non tollũtur pignora & hypotece precedentis obligationis: sed regula habet locũ qñ nouatio fuit valida:vt est text.in.l.nouatione. ff. de noua.& in.d.l.nouatione.C.de fideius.& no.glo.& ibi sequuntur doc.in.d.l.j.C.etiã ob chiro.pecu.in glo.in ver.transtulisti dum opponit de.l.debitum.C.de remis. pig.& de.l.illud.ff.q me.cau. ¶ † Quin 4
imo tũc si in obligatione nouante inualida prestentur per debitorẽ noua pignora illa etiã tenebũtur pro veteri obligatione tex.est in.l.si paternã.C. ad velle. quem ad hoc Bal.ibi in.iij.no.reputat mirabilẽ vt.s.pignus datum pro obligatione nouante inualida teneatur p pristina:que non fuit cum effectu nouata:& ibi etiam est tex.q qñ obligatio nouans valeret pro parte et pro parte nõ:q pro illa parte pro qua valeret cessant pignora prioris obligationis: & p parte pro qua nõ valeret obligatio nouãs remanẽt pignora prioris obligationis & ibi etiam declarãt Bal.et alij.
5 ¶ † Et ex predictis potes sumere notabilem cautelã:q si debeas titio centum cũ pignoribus vel hypotecis si velis liberare pignora sine solutione debes ab eodẽ sumere decẽ mutuo & promittere illi soluere totam quantitatẽ vez cẽtũ & x.& obligare te per instrumentũ animo nouãdi priorẽ obligationẽ nõ aliter repetẽdo prima pignora in obligatione nouãte nã per hoc censebuntur liberata priora pignora:& incipiet noua hypo.tẽpore obligationis nouãte:ita do:

cet Alex.in.d.l.ſolutū.in prin.quod no
6 ta. ¶ † Aduerte tamen q̄ licet predicta
procedant in nouatione tamē ſecus eſt
in prorogatione termini ad ſoluendū:
q2 prorogatio termini cenſetur facta
ſub eiſdem pignoribus:penis:⁊ renun=
tiationibus ⁊ clauſulis prout erant in
primo termino tex.eſt no.in.l.legem.C.
loca.⁊ ibi no. Bald.⁊ reputat menti te=
nendum ⁊ eſt bona gloſ.in.l.emilius.in
prin.in ver.reſtitui.ff.de mino.⁊ ſic ha=
bes q̄ prorogatio termini non inducit
nouationē:cuius tñ contrarium voluit
Bar.in.l.pe.in verſi.quero quid ſi ego
promiſi.ff.de precio.ſtip.tñ illud qḋ di=
cit Bar.ibi procedebat de iure digeſto
rū:nō aūt procedit hodie per.l.fin.C.de
nouatio.q2 ſm terminos.d.l.fin.hodie
non fit nouatio niſi expreſſe agatur: et
ita illud dictum Bar.intelligit Alexā.
in conſil.xiij.viſis et conſideratis in.ij.
vol.⁊ adde predictis Jaſ.in.l.j.§.⁊ poſt
operis in.ij.col.in verſi.not.diligenter.
ff.de no.oper nū.⁊ latius in.l.j.in dua=
7 bus vlti.col.C.de iudi. ¶ † Sed dubita=
tur in p̄dictis qñ pignora prioris obli=
gationis repetūtur in obligatione no=
uāte an cenſeantur repetita cum priui
legio prioritatis.i.q̄ ſicut creditor vigo
re prioris obligationis erat anterior ſe
cundo.ita ſit etiam vigore ſecunde obli
gationis nouantis primā in qua ſunt
repetita pignora prima:⁊ breuiter de
hoc eſt tex.no.q̄ ſic in.l.iij.in prin.⁊ ibi
Bar.⁊ doc.ff.qui po.in pi.hab.eſt enim
ibi tex.q̄ primus creditor mutuauerat
debitori acceptis ab eo pignoribus:
poſtea ſecundus creditor mutuauit ei=
dem debitori acceptis ab eo eiſdem pi=
gnoribus tertio loco primus creditor
mutuauit eidem debitori aliam quan=
titatem: ⁊ etiam nouauit primam obli
gationē repetendo tamen pignora pri=
me obligationis ⁊ addendo etiam alia
pignora:dicitur ibi q̄ repetitio dictorū
pignorū facta in obligatione nouante
cenſetur facta cū prelatione reſpectu
ſecundi creditoris:⁊ ſic cū prioritate tē
poris prout erāt in prima obligatione
nouata:⁊ q̄ ſicut ex prima obligatione
primus creditor veniebat preferendus
ſecūdo ita ⁊ preferri debebit ex obliga=
tione nouante in qua ſunt repetita pi=
gnora. ¶ Intellige tñ tu reſpectu pe=
cunie primo loco mutuate in obliga=
tione nouata:nō aūt reſpectu pecunie
ſecūdo loco mutuate in obligatione no
uante ⁊ nouorū pignorū ſuperaddito=
rū in ſecūda obligatione nouante:q2 in
iſtis ſecūdus creditor erit anterior pri=
mo ita declarat glo.in.d.l.iij.in princi.
8 ¶ † Quid aūt dicendū ſit in alijs effecti
bus reſultantibus ex obligatione puta
in vſuris in mora in dilatione et alijs
priuilegijs an.ſ.illa cenſeantur repeti=
ta in obligatione voluntaria nouante:
non eſt materia noſtra:ſed vide p Bar.
in.l.ſi ſtichum.§.j.⁊ in.l.aliam.ff.de no
ua.⁊ per Ange.de are.inſti.de actio.§.
fuerat in.xj.⁊.xij.col.in ver.an aūt ⁊ qñ
ſi actio de dote ⁊c.⁊ per Bar.⁊ Alex.in
l.ſi diuortio.in.ij.col.in verſi.in text.ibi
centū ⁊c.ff.de ver.oblig.⁊ ibidē per Jaſ.
in fi.qui tenet opi.Raph.cōtra Barto.
Alex.⁊ alios communiter: quod aliter
non diſcutio q2 ſunt termini diuerſi a
9 materia noſtri tractatus ⁊c. ¶ † Secun
do queritur an mutata qualitate rei hy=
potecate duret hypoteca:⁊ breuiter di
cendū eſt q̄ hypoteca non extinguitur
nec per aditionem.nec per detractio=
nē qualitatis rei hypotecate vt eſt tex.
in.l.ſi fundus.§.ſi res.ff.de pign.vbi po
nitur exemplū de domo hypotece da=
ta ex qua fuit effectus hortus:item de
area data pignori ex qua fuit effecta
domus:item de terra in qua fuit plan=
tata vinea. ¶ Et facit tex.in.l.domo.ff.
de pigno.actio.⁊ quod ibi no.per glo.⁊
ſcribentes. ¶ Secus autē ſi non quali=
tas:ſed ſubſtātia rei hypotecate extin
gueretur:q2 tunc etiam pignus ⁊ hy=
poteca eſſet extincta vt eſt tex.in.l.ſicut
in prin.ff.qui.mo.pig.vel hy.ſol.⁊ hoc
niſi procedat ex culpa debitoris: quia
tunc etiam q̄ res eſſet extincta omnino
debitor teneretur ad intereſſe credito=
ris tex.⁊ ibi glo.in.l.ſeruū.ff.de pigno.
in glo.in ver.tenetur ⁊ ibi ſequitur Sa
li. ¶ Intellige tñ q̄ etiam q̄ hypoteca
extinguatur per extinctionem rei hy=
potecate vt dictum eſt:tamen ipſa obli

gatio principalis & ius crediti non pe-
rit ſed durat vt eſt text. & ibi Bald. & alij
10 in.l.ſeruo.C.de pigno. ¶ †Quid autem
ſit in legato an pereat legatum ſi mute
tur qualitas rei legate: non eſt materia
noſtra: ſed gloſſ.in.d.l.ſi fundus.§.ſi res
opponit de hoc tu vide tex.& ibi Bart.
in.l.ſi ita legatum.§.fi.de leg.j.& ibi etiã
per gl Jaſ.& alios: & adde que dixi.s.in
iſta.vj.parte in primo membro nu.55.
11 ¶†Tertio queritur an hypotheca ſeu
pignus reſoluatur: ſi debitor in ſuo te-
ſtamento prohibeat creditoribus ſuis
alienationem pignorum vel hypothe-
ce ſub aliqua pena? & breuiter dic q̃ nõ
quia debitor non poteſt preiudicare ſuo
creditori iuri hypothece iam ei acquiſi
te tex.eſt & ibi Bald.& Saly.in.l.prima
C.de bi.vendi.pig.impe.non poſ. qđ ibi
Bal.inducit ad.q.pupillaris ſubſtitu-
tionis vt ibi per eum. Adde p̃dictis tex.
Bal.& alios in.l.debitorem.C.de pign.
ubi eſt tex.quod debitor neq̧ vendendo
neq̧ donando neq̧ legando neq̧ fidei-
committendo poteſt preiudicare credi-
12 tori in pignore &c. ¶† Quarto queritur
in materia: quia vt proxime dictum fuit
debitor vendendo pignus vel aliter alie
nando vt ſupra ſine conſenſu creditoris
non diſſoluit hypothecam precedentē
vt eſt tex.in.l.res.C.de remiſ.pig.& pro-
batur in locis allegatis in proxima pre
cedenti.q.quid ſi creditor conſentiat q̃
pignus vendatur an per talem conſen-
ſum cenſeatur remittere ius ſui pigno-
ris? Et in hoc complectendo totam ma
teriam pone regulam ampliationes et
fallentias. ¶ Regula ergo ſit quod cre-
ditor conſentiendo pignus vendi p de-
bitorem cenſetur remittere ius ſui pi-
gnoris vt eſt tex.in.l.ſi debitor.§.j.ff.qui
mo.pig.vel hypo.ſol.& in.l.iiij.§.ſi in vē
ditione &.l.ſicut.§.ſi voluntate eo.titul.
& in.l.ij.C.de remiſ.pig.& in.l. creditor.
ff.de reg.iur. ¶ Amplia modo regulã
xj.modis & primo amplia vt regula p-
cedat non ſolum quando creditor con-
ſentit quod pignus vendatur ſed etiã
ſi conſentiat quod permutetur vel do-
netur vel in dotem detur nam ſemper
videtur remittere ius pignoris vt eſt
tex.in.d.l.ſi debitor.§.j.& de datione in
dotem eſt tex.in.l.lucius eod.titu.
¶ Secundo amplia regulam vt proce
dat etiam in omni alio actu ſeu contra
ctu per quem dominium transfertur: etiã
ſi hoc fieret in vltima voluntate vt eſt
tex.in.l.ſicut.§.venditionis.ff. qui.mo.
pi.vel hy.ſol.& illum text. dicit eſſe vni
cum in iure Bald.in.c.j.§ preterea qui.
mo.feu.amit.ad probandum de conſen
ſu preſtito ad hoc vt quis teſtetur de re
ſua & illum etiam allegat pro ſing.bal.
in.l.venditioni.C.pro empto.& in.l.quo-
ties in omnibus.C.de fideicom.& in.l.ſi
tibi.§.de pignore.ff.de pac. & ita refert
Alexã.in.d.§.venditionis in apoſtil.ad
13 Bar. ¶†Tertio amplia regulam etiã
ſi creditor conſentiat quod debitor obli
get alteri rem ſibi obligatam: quia p hoc
videtur creditor remittere ius ſui pigno-
ris vt dicit tex.in.l.paulus in princi.ff.
quib.mo.pig.vel hyp.ſol. ¶ Iſtud au-
tem poteſt intelligi duobus modis: vno
modo quod dictum ius pignoris cēſea
tur remiſſum reſpectu illius tantũ cre-
ditoris cui debitor de conſenſu primi
obligauit: & ſic quod ſecundus ſit modo
prior primo ſed quo ad alios creditores
remaneat ius hypotece dicti primi cre
ditoris & ita intelligit gl.in.d.l.paulus
in ver.remiſiſſe: & ita etiã intellexit gl.
in.l.iij.C.de remiſ.pigno.& iſte intellect⁹
nullam habet difficultatem & ab omni
bus approbatur.
¶ Scđo modo poteſt intelligi quod cre
ditor conſentiēdo quod debitor obliget
alteri ſuum pignus cenſeatur in totũ
remittere ius ſui pignoris: & quod ita
in dubio ſit iudicãdum & iſtud tenet gl.
in.l.creditor.§ fi.in gl.fi.ff.qui po.in pi.
hab.& iſtum ſecundum intellectum ſe-
quitur Bar.in.d.§.fi. Idem tenet Bart.
in.l.fi.C.de remiſ.pi.in verſicu.ſcđo ca-
ſu vbi in hoc diſtinguit: q̃ aut ſum⁹ cer
ti quo animo creditor cōſenſerit debito
ri obliganti ſuũ pignus alteri an.ſ.ani
mo remittendi quo ad illum tantũ cre-
ditorem cui debitor obligauit: aut in to
tum vel non in totum & tunc ſtandũ eſt
certo vt.d.l.creditor.§.fi. aut de animo
non conſtat et tunc ſi ſumus in mat feu-

lo preſumitur remiſiſſe in totum ⁊ quo
ad omnes ius ſui pignoris.d.l. paulus
in princ.ſi autem ſumus in muliere dicendum eſt ꝙ cenſeatur remittere ius
ſui pignoris quo ad ſecundū creditorē
tantum per.l.iubem⁹.C.ad velle. ¶ Sa
ly.autem in.d.l.iiij.C.de remiſ.pigno. la
te examinat hunc articulum:⁊ tandem
per multa concludit ꝙ in dubio prim⁹
creditor cenſeatur remittere quo ad il-
lum tantum cui conſenſit obligari:non
autem in totum. ¶ Sed in.d.l.fi.eod.tit.
idem Saly.in fi.concordando opi. tenet
ꝙ aut cōſenſus primi creditoris fuit ac
cōmodatus ſecūde obligationi vel cre-
ditori hoc exprimendo ⁊ vera ſit opi.gl.
in.d.l.paulus in princ. ⁊ in.d.l.iiij.vȝ ꝙ
quo ad ipſum creditorem cui conſen-
ſum accōmodauit cenſeatur remiſiſſe
ius pingoris ⁊ non in totum:aut prim⁹
creditor non conſenſit cōtemplatione ſe
cundi nec expreſſa eius perſona:ſȝ ſim-
pliciter ꝙ.ſ.debitor poſſit alteri obliga-
re non exprimendo cui: ⁊ tunc vera ſit
opi.Barto.ꝙ in hoc dubio creditor cen
ſeatur in totum remiſiſſe ius ſui pigno-
ris:⁊ ſubdit ꝙ hoc caſu forte non eſt fa-
cienda differentia inter maſculum ⁊ fe-
minam per not.per ſe in.l.etiā.C.ad vel-
14 le. ¶ †Et iſta concordia Saly. mihi ſa-
tis placet:preter ꝙ dum remouet diffe-
rentiam inter maſculum ⁊ feminam:qꝛ
in hoc puto tenendam opi.Bart. qꝛ qñ
mulier renunciat ſue hypotece reſpe-
ctu vnius perſone quo ad illam tantuȝ
ſibi preiudicat ⁊ hoc eſt clarum vt.l.iu-
bemus ⁊ ibi Bart.in pri.oppo.C.ad vel-
le. ¶ Quando autē mulier renūciat iu-
ri hypotece generaľr ſuo marito: quo
caſu Saly.tenet ꝙ talis renūciatio pre
iudicet quoad omnes vt per eum in.d.
l.omnes:eſt aduertendū ꝙ iſto caſu ta-
lis renunciatio non valet: niſi maritus
remaneat ſoluendo in aliis bonis:quia
alias cenſeretur mulier donare marito
vel pro illo ſe obligare quod de iure nō
permittiṫ vt declarat Bart.in.d.l.iube-
mus in ver.vlti.ſcias:⁊ ideo vera eſt dif
ferentia Bar.inter maſculū ⁊ feminā et
hoc modo dȝ intelligi illud qđ ꝯſuluit
15 Ro.in.cōſi.cxl.hec vēditio ⁊c. ¶ †Quar
to amplia regulā vt procedat etiam in
herede debitoris:qꝛ ſi creditor conſen-
tiat debitori vt alienet pign⁹ ⁊ nō alie-
net debitor ſed ei⁹ hꝭs:adhuc ex tali cō
ſenſu creditori inferṫ ꝑiudiciū vt eſt i.l.
ſicut.§.ſi debitori.ff.q̃.mo.pi.vel hy.ſol.
16 ⁊ ibi no. †Quinto amplia regulā ꝙ cō-
ſenſus preſtitus per creditorem debito
ri ad alienādum pignus reſpectu vni⁹
creditoris:non ſolum preiudicat reſpe-
ctu illius creditoris:ſed etiam reſpectu
alterius creditoris qui in ius illius ſuc
ceſſit iſte eſt tex.ſm intellectum Bar. in
l.titius.§.fi.ff.quib.mod.pig.vel hypo.
17 ſol ¶ †Sexto amplia regulam vt pro-
cedat nō ſolum in expreſſo cōſenſu: ſed
etiam in tacito puta ſi duo creditores
habentes rem hypotecatam illam in-
ſimul emant a debitore.Nam hoc mo-
do ementes cenſentur remittere inuicē
ius hypotece vt eſt tex.⁊ ibi not. Bart.
in.l.titius in princi.ff.qui.mod. pig.vel
hypo.ſolu.Non tamē intelligas hanc
ampliationem in omni tacito conſenſu
ſed in iſto caſu tantum:qꝛ per alium ta
citū cōſenſum nō cenſeṫ remitti ius pi
gnoris vt dicetur infra in prima fallen-
18 tia. ¶ †Septimo amplia regulam vt
procedat etiam ſi creditor ſubſcribat ſe
chirografo debitoris vel alii inſtrumē-
to in quo debitor profitetur alteri ſecuȝ
contrahenti ꝙ dicta res nō eſt alicui ob
ligata quia per talem ſubſcriptionē cre
ditor cenſetur remittere ius pignoris in
dicta re vt eſt text.in.d.l.titius.§ fi. ⁊ in
l.ſicut.§ non videtur eod. titu.⁊ ibi not.
Barto.⁊ habetur per Barto.in.l.gaius
ff.de pigno.actio.facit text.cum gloſ.in
l.fideiuſſor.§.pater in fine.ff. de pignor.
Intellige tamen tu niſi creditor ſub-
ſcriberet ſe vt teſtis:quia tunc non cen-
ſeretur remittere ius pignoris vt not.
gloſſ.in dicta.l.ſicut.§.non videtur.et
ibi Bartol.⁊ Bartol.in dicta.l.gaius.
19 ¶ †Octauo amplia regulam vt proce-
dat etiam ſi creditor reſtituat debito-
ri cautionem chirografariam in qua
erat ſibi res hypotecata: nam per ta-
lem reſtitutionem cenſetur remitte-
re ius pignoris vt eſt textus et ibi no-
tat. Baldus in lege creditricem . C.

de remiſ.pigno.facit tex.in.l.labeo.ff.de pac.quod videtur mirabile: nam ſi creditor reddit pignus debitori non cenſetur remittere debitum vt.l.poſtq̄ que eſt.l.ſequens poſt.d.l.labeo.ꝛ tamē per reſtitutionē chirografi cenſetur remiſſum pignus ꝛ debitum. ¶ Et dubitatur que ſit ratio differentie? ꝛ glo.in.d.l.poſtq̄ aſſignat plures ratiões: ſed cō muniter illa tenetur ꝙ reſtitutio inſtrumenti vel chirografi non poteſt afferre aliam vtilitatem q̄ liberationem: vnde ne ſit fruſtratoria inducit liberationē: ſed reſtitutio pignoris pōt afferre alias vtilitates vt ibi per glo. Bar. Alexan. ꝛ Jaſo. vbi etiam Jaſo. declarat ꝛ defendit optime primā rationē glo. que fuit Marti. ꝛ Jrne. vide eum ꝛ adde no. per Decium in.l.creditor.ff.de regul. iuris.

20 ¶ † Aduerte tamen ad vnum in predictis qꝛ tex.in.d.l.poſtq̄ dicit ꝙ per reſtitutionem pignoris non cenſetur remiſſum debitum ꝛ queſtio noſtra non eſt de hoc ſed nos querimus an per reſtitutionem pignoris cenſeatur remiſſum ipſum ius pignoris ꝛ hypotece quod accedit debito principali: non autem in ipſum debitum? ꝛ ꝙ per remiſſionem ſeu reſtitutionem pignoris non cenſeatur remiſſum debitum: ſed bene ius pignoris videtur tex.in.l.j.ff.de libe.lega. vbi hꝫ ꝙ ſi teſtator leget debitori rem ſibi ab eo hypotecatam cenſetur legatum ius pignoris vt.ſ.debitor cōſequatur rem hypotecatam priuſq̄ cogatur ſoluere heredi debitum: ꝛ ita declarat glo. ꝛ Bar.in.d.l.j. ꝛ magis clare Bart. in.l.ſi tibi homo in prin.ff.de le.j. ¶ Et iſtam opi.tenent etiam Albe. ꝛ Ray. in d.l.labeo iuncta.d.l.poſtq̄: ꝛ ita tenendum puto: q̄uis Jaſ.in.d.l.labeo in vltima colū.in verſi.item pondera ꝛc. teneat cōtrarium dicēs glo.in.d.l.j.vꝫ gl. penul.tenere cōtrarium ꝛ etiā ibi Bar. ¶ Sed meo iudicio errat Jaſo. qꝛ illa glo.dubitat.an per legatum pignoris omnis obligatio cenſeatur remiſſa? et dicit ꝙ ſecundum. R. iſtud preſumitur ſed ꝙ ſibi non placet: ꝛ ſic glo.ibi loquitur de omni obligatione tam principali q̄ hypotecaria ꝛ bene dicit ꝙ perſonalis id eſt ipſum debitum non cenſeatur remiſſum: ſed ſola hypotecaria vt ibi eſt tex. ꝛ ita etiam intelligit ibi Barto. ¶ Et dictam concluſionem ꝙ teſtator legando ſuo debitori rem obligatā cenſeatur remittere ſolum ius pignoris ꝛ non principale debitum firmat late Jaſo.in.d.l.ſi tibi homo in princ. ſuper glo.ij.vbi magis cōſiderate loquutus fuit q̄ in.d.l.labeo: ꝛ aſſignat Jaſ. duas rationes differētie inter legatum factum de ipſo pignore ꝛ legatum factum de chirografo in quo debitum cō tinetur.quare.ſ.ſit ꝙ in legato pignoris non cenſeatur remiſſum debitum: ſed ſolum ius pignoris.in legato autē chirografi cenſeatur remiſſuꝫ vtrū q̄ꝫ: ꝛ prima ratio fuit ſupra aſſignata ex not. in d.l.labeo. ¶ Secūda ratio eſt qꝛ ad remiſſionem principalis ſequit̄ remiſſio acceſſorij: ſed non econtra vt.l.j.§.j.ff. qui.mod.pig.vel hyp.ſol. ꝛ.l.ex pupillari.ff.de vulg. ꝛ pupil. vnde legando pignus quod eſt acceſſorium non ſequitur remiſſio debiti quod eſt principale. ¶ Et ad predicta adde no.conſi.Raph. cuma.videlicet conſilium.xix. quidam nobilis ꝛ Decium in.d.l.creditor.ff.de

21 reg.iur. ¶ † Nono amplia regulam vt procedat etiam ſi res hypotecata que fuit alienata per debitorem cum cōſenſu creditoris: poſt moduꝫ fuerit per debitorem reacquiſita: quia etiam ſi eſſet obligatio generalis omnium bonorum preſentium ꝛ futurorū: tamen res alienata de conſenſu creditoris ꝛ poſtea reacquiſita non reincideret in obligationem ꝛ hypotecam tex.eſt ſingularis in l.fi.C.de remiſ.pigno. ¶ Multo ergo fortius iſta concluſio procederet quando obligatio nō fuiſſet generalis bonoruꝫ etiam futurorum: ſed ſpecialis alicuius rei vt eſt text.de hoc in.l.ſicut.§.ſupernacuum.ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſol. ꝛ ibi hoc not. Barto. in verſi. venio ad ſecundum ꝛc. ¶ Et iſta ampliatio declaratur vt procedat quando illa res eſſet reacquiſita per debitorem ex noua cauſa diuerſa a p̄ma ex qua erat apud debitorem puta ex legato vel ex donatione vel dote data debitori tunc

enim ꝓcedit ampliatio ⁊ in hoc eſt mi=
rabilis tex.in.d.l.fina.quia ſicut queli=
bet res de nouo queſita debitori venit
in obligatione generali futurorum bo=
norum ita videbatur dicendū in re alie
nata ⁊ poſtea reacquiſita debitori ex
noua cauſa:⁊ tamen in.d.l.fina.decidi=
tur contrarium ⁊ ita declarat Barto.in
d.§.ſuperuacuum ⁊ in.d.l.fin.¶Secus
autem ſi dicta res reacquiratur debito
ri ex eadem cauſa ex qua fuit alienata
vel ex ſimili aut connexa:puta qꝛ illam
ex pacto redemit:vel qꝛ ei fuit redhibi=
ta:vel ex pacto adiectionis in diem vel
legis cōmiſſorie ad ipſum debitorem re
uerſa eſt:nam iſtis ⁊ ſimilibus caſibus
reincidet in obligationem ⁊ hypotecā
vt vult glo.in.d.l.fi.in glo.magna et ſe=
quuntur ibi Bar.Bald.Saly.⁊ alij:et
eſt tex.in voluntate in prin.ff.qui.mod.
pig.vel hypo.ſol.¶Et idem eſſet ſi ali=
quo alio modo venditio facta per debi
torem de pignore cum conſenſu credi=
toris reſoluatur qꝛ ſicut per talē reſolu
tionem reſtituitur debitori in re vendi=
ta ius ſuum ita ⁊ reſtituitur creditori
ius ſui pignoris ⁊ hypotece vt eſt text.
in.d.l.voluntate in princ.⁊.§.fin.¶De=
cimo amplia regulam vt procedat etiā
ſi creditor cōſenſit vt vendatur pignus
⁊ ita venditum fuit:ſed tamen nondum
fuit traditum: qꝛ quāuis adhuc debitor
non tradiderit:tamen cum tradere te=
neatur actione ex empto: conſenſus eſt
validus ⁊ ius pignoris per illum remiſ
ſum videtur:⁊ idem eſt etiam ſi debitor
qui vendidit nōdum ꝯſequutus ſit pre
cium ab emptore:nec etiam emptor pa
ratꝰ ſit illud dare qꝛ ex quo emptor ad
illud tenetur ⁊ cogi poteſt valet.conſen
ſus ⁊ preiudicat quo ad remiſſionem pi
gnoris tex.eſt ⁊ ibi no.in.l.ſicut.§.ſi de=
bitor.ff.qui.mod.pig.vel hypo.ſol.⁊ no.
glo.in.l.ſi debitor.§.queritur in gloſſ.in
22 verſicu.impediat eodem titu.¶†Unde
cimo amplia vt regula procedat non ſo
lum quando creditor conſentit venditio
ni:ſed etiam ſi conueniat cum debitore
vt res pignorata ad ipſum debitorem
pleno iure ſpectet:quia etiam per dicta
verba cenſetur dicta res liberata a ne=
xu pignoris vt per plura concludit Ale
xand.in conſilio.cxl.viſo ſummario.vij.
23 volumi.prima ⁊ ſecunda col.¶†Fallit
modo dicta regula.xij.modis. ⁊ primo
fallit quando creditor fuit preſens alie=
nationi pignoris facte per debitorem ⁊
tacuit:quia niſi expreſſe conſentiat vel
alia faciat de quibus ſupra in amplia=
tionibus dictum eſt non cenſetur remit
tere ius pignoris tex.eſt ⁊ ibi not.Bar=
to.in.d.l.ſicut.§.non videtur.ff.qui.mo.
pig.vel hypo.ſolu.¶Regula ergo pro
cedit in expreſſo conſenſu : nō autem in
tacito reſultante ex preſentia:quia cum
creditor preſens ⁊ tacens ſciat ſuum pi
gnus durare non obſtante alienatione
facta per debitorem ſibi non preiudicat
vt eſt tex.⁊ glo.in.d.§.non videt.¶Iſta
autem regula reſtringitur quinqꝫ mo=
dis neceſſarijs:⁊ primo fauore liberta=
tis:qꝛ creditor preſens ⁊ tacens ſeruuꝫ
ſibi obligatum manumitti cenſetur cō=
ſentire ⁊ remittere ius ſue hypotece vt
l.j.C.de remiſ.pigno.⁊ ibi per glo. Bal.
⁊ Salyce.¶Secundo reſtringitur iſta
prima fallentia fauore religionis: vnde
ſi ſeruus mihi pignoratus me ſciente
⁊ patiente fuerit donatus eccleſie: vi=
deor conſentire ⁊ ius mei pignoris re=
mittere vt in auten.ſi ſeruus ſciente do
mino.C.de epiſcop.⁊ cleri.⁊.liiij.diſtin.
cap.ſi ſeruus ⁊ tenet Bald.in.l.prima
24 C.de remiſ.pig.¶†Et probatur qꝛ va=
let argumentum de libertate ad piam
cauſam vt not.Bartol.in.l.proxime.§.
primo.ff.de his que in teſt.del.⁊ habe=
tur per docto.in.l.ſi vnus.C.de teſtamē.
⁊ eſt textus melior de iure in.l.vnica cir
ca finem in verſicu.ad hanc pietatis ra
tionē ⁊ ibi Bald.ad hoc notat.C.de cō=
mu.ſer.manu.Et idem dicendū eſt fauo
re pauperum ⁊ ſimiliū cauſarum piarū
vt per Bald.in.d.l.j.C.de remiſ.pigno.
⁊ refert Alexand.in apoſtil.ad Bartol.
15 in dicta.l.ſicut.§.non videtur.¶†Ter=
tio reſtringitur fallentia fauore fiſci:
nam ſi fiſcus alienet rem alteri obliga=
tam ⁊ creditor ſciat et taceat cenſetur
remittere ius ſui pignoris vt eſt tex.l.l.
ſi hypotecas ⁊ ibi gloſſ. Bald. ⁊ Sa=
lycetus.C.de remiſ.pigno. ¶Quare

¶ Et ex dicta. l. ſolutum. §. pꝛimo not. ibi glo. Barto. ⁊ Paul. de ca. quod ad pducendum actionem pignoꝛatitiā ſufficit quod res ſit data ob cauſam pignoꝛis: licet cauſa pꝛincipalis ob quā datum fuit pignus non perficiatur: quod eſt notandum. ¶ Secundo fallit quando pignus datum fuit ſub conditione: ⁊ illa defecit: quia etiam tunc competit directa pignoꝛaticia ad repetendum pignus abſq; ſolutione: ⁊ idem ſi creditoꝛ fecit debitoꝛi pactum de non petēdo pecuniam vel ipſum liberauit per acceptilationem vt de omnibus eſt text. in. d. l. ſolutum. §. pꝛimo. ¶ Tertio fallit quando creditoꝛ res pignoꝛatas iniuſte ſeu inhoneſte male tractaret: nam ſi illas male tractet abſq; inhoneſtate poteſt debitoꝛ agere contra eum pignoꝛaticia ad eius intereſſe. ¶ Si autem male tractet cum inhoneſtate puta pꝛoſtituendo ancillam pignoꝛatam poteſt agere pignoꝛaticia repetendo illam: iſto enim ſecundo caſu ſoluitur ius pignoꝛis. pꝛimo autem non: ⁊ pꝛedicta abſq; alia ſolutione vel ſatiſfactione text. eſt in. l. eleganter. §. fin. ff. de pignoꝛa. action. ⁊ ibi not. Bar. ⁊ Pau. de caſt. ¶ Quarto fallit quādo debitoꝛ agere vellet cōtra creditoꝛem pignoꝛatitia pꝛo damnis ⁊ intereſſe paſſis per debitoꝛem ob dolum vel culpam creditoꝛis: quia ad ea poteſt agere etiam ante ſolutionem vel ſatiſfactionem debiti tex. in. l. fi. in pꝛin. ſecundo reſponſo. ff. de pig. actio. ⁊ ibi per Bar. ⁊ Pau. de ca. regula ergo habet locum quando agitur ad reſtitutionē rei pignoꝛate: ⁊ iſta ſufficiant quo ad pꝛimā regulā negatiuā. ¶ ⁊ Secunda aūt regula affirmatiua eſt: quod ſoluto debito oꝛitur actio pignoꝛatitia directa debitoꝛi ad repetendum pignus: et iſta regula pꝛo clarioꝛi intelligentia expedictur per ampliationes ⁊ limitatiōes pꝛimo ergo ponam ad dictam regulam xv. ampliationes ſeu extenſiōes: ⁊ poſtea ſubijciam octo fallentias. ¶ Pꝛimo ergo dicta regula extenditur ⁊ ampliatur vt non ſolum pꝛocedat ſoluto debito in pecunia: ſed etiā aliter ſatiſfacto de voluntate tamen creditoꝛis: puta ſi dentur alia pignoꝛa creditoꝛi pꝛo liberatione pꝛimoꝛum: vel ſi ſit data cautio etiam nuda vel fideiuſſio de ſoluendo pꝛo obtinenda liberatione a pignoꝛib⁹: vel ſi aliter creditoꝛ a pꝛimis pignoꝛib⁹ receſſerit etiā quod ſui facilitate creditoꝛ in aliquo fuerit leſus: nam pꝛioꝛa pignoꝛa erunt liberata ⁊ agi poterit ad illoꝛum reſtitutionem directa pignoꝛaticia tex. eſt in. d. l. ſolutum. §. omnis verſ. ſatiſfactum. ff. de pigno. actio. ⁊ ibi glo. Bar. Bald. Saly. ⁊ Pau. de caſtro.

¶ Et idem eſt ſi per nouationem volūtariam receſſum ſit a pꝛimis pignoꝛib⁹ vt eſt tex. in. d. l. ſolutum in pꝛin. ¶ Secundo amplia regulam que eſt quod ex ſolutione debiti naſcatur pignoꝛatitia vt non ſolum pꝛocedat in debitoꝛe ſoluente pꝛo re ſua data pignoꝛi: ſed etiā ſi dediſſet pignoꝛi rem alienam: q2 ſoluendo poteſt agere ad eam pignoꝛatitia vt eſt tex. in. l. ſi rem alienā. §. is quoq;. ff. de pign. actio. ¶ Tertio amplia vt dicta regula pꝛocedat etiam in pꝛedone quia. f. ſi pꝛedo rem pignoꝛi ſuo creditoꝛi dedit: quamuis ipſe pꝛedo in dicta re non faciat fructus ſuos: tamen ex quo creditoꝛ eam bona fide poſſedit: poterit ille pꝛedo debitoꝛ: ſoluto debito agere contra creditoꝛem non ſolum ad reſtitutionem pignoꝛis: ſed etiam ad cōpenſationem fructuum perceptoꝛum per creditoꝛem: ⁊ ſic eſt tex. in. l. ſi pignoꝛe. §. ſi pꝛedo. ff. de pigno. actio.

¶ Quarto amplia regulam vt pꝛocedat etiam quando debitoꝛ egiſſet pignoꝛatitia ante ſolutum debitum: nā ſatis eſt ſi pendente iudicio ſoluat ad obtinendum in pignoꝛatitia vt eſt textus in lege ſi rem alienam. §. fi. de pignoꝛa. actio. et ex hoc ibi Bartolus et alij inferunt ad vnam theoꝛicam generalem, videlicet quod ius

ſuperueniens actori pendente iudicio
ex cauſa de preterito deducta tñ in iu-
dicio prodeſt actori ad obtinendum cõ-
demnatoriam contra cõuentum. ¶ In-
tellige tñ tu dummodo ſolutio vel illud
ius ſuperueniat ante cõcluſum in cau-
ſa: nam ſi ſupueniret poſt concluſum in
cauſa videretur ſupuenire poſt ſenten-
tiam ⁊ non prodeſſet ita declarat ⁊ limi-
tat Bar. in. l. ſi mater. §. eandem in fi. ff.
de excep. rei iudi. ⁊ no. Paul. de caſt. in
d. l. ſi rem. §. fi. ⁊ etiã dicta theorica limi
tatur pluribus alijs modis vt p Alexã.
in conſi. cl. in penul. colum. in. v. vol. vbi
10 vide. ¶ † Quinto amplia regulã vt nõ
ſolum ex ſolutione facta per debitorem
creditori oriatur pignoratitia: ſed etiã
ſi ſit ſolutum alteri de voluntate ipſius
creditoris: vel etiam ſi eſſet ſolutum ei
cui poſtea creditor heres extitit: vel etiã
ſi eſſet ſolutum creditori creditoris mei
qui habebat meũ nomen vel mea bona
obligata ⁊ iſto caſu etiam inuito credi-
tore meo: ſed ſi non haberet meum no-
mẽ vel mea bona obligata: ſed eſſet ſim
plex creditor creditoris mei: ſi ei ſoluam
de voluntate creditoris mei: vel ſi ſoluã
procuratori mei creditoris vel alteri le-
gitime recipienti pro eo: nam in omni-
bus iſtis caſibus ex dictis ſolutiõibus
oritur debitori ſoluẽti pignoratitia ac-
tio ad repetendũ pignus datum credi-
tori tex. eſt ⁊ ibi no. bar. poſt gl. ⁊ Saly.
⁊ Pau. de ca. in. l. ſolutũ. §. ſolutã. ff. de
11 pig. acti. ¶ † Sexto amplia ꝙ iſta actio
pignoratitia directa non ſolum compe-
tat debitori ſoluenti: ſed etiam cõpetat
tutori: curatori ⁊ procuratori: qui me-
diante legitimo mandato tutela vel cu
ra ⁊ cũ debitis ſolẽnitatibus pignora-
uerunt rem dñi: ſicut enim tales potue
runt pignorare: ita ⁊ poſſunt luere ⁊ re-
petere pignora directa pignoratitia te-
xtus eſt in. l. ſolutũ. §. fi. cum. l. ſeq. ⁊ ibi
no. Barto. ff. de pigno. actio. ⁊ vt decla-
rat ibi Pau. de ca. talibus adminiſtra-
toribus pignorantibus ⁊ ſoluentibus
queritur directa pignoratitia: eorũ au-
tem principalib⁹ queritur vtilis: ⁊ quo
modo dicta directa poſſit per dictos ad
miniſtratores intentari vide ibi p Pau.
12 de caſt. ¶ † Septimo amplia vt regula
procedat: non ſolum facta ſolutione: ſꝫ
etiam ſi in iudicio debitor actualiter of
ferat ſoluere ⁊ creditor recuſet recipe-
re: vel ſi extra iudicium debitor offerat
deponat ⁊ conſignet: ⁊ creditor nolit re
cipere: qꝛ per dictas oblatiões dabitur
directa pignoratitia debitori perinde
ac ſi ſoluiſſet cum ſtet per creditorem ꝙ
non ſoluatur. tex. eſt in. l. aliena. §. j. ver.
ſi per creditorem iuncta glo. ibi in verſi.
13 agitur. ff. de pigno. actio. ¶ † Octauo
amplia vt regula procedat non ſolum
quando debitor dedit rem creditori vt
eſſet ei pignorata: ſed etiam ſi ei dedit
rem vt alteri poſſet pignorare: nã etiã
iſto caſu non ſoluto debito ipſi credito-
ri poterit debitor agere contra credito-
rem vt reſtituat rem: ſi creditor eã iam
reluit ab eo cui pignorauit: ſi autem nõ
dum reluit poterit agere vt illã reluat
⁊ reſtituat vt eſt tex. in. l. petenti. ff. de pi
gno. actio. qua autem actione ad hoc
poſſit agere debitor declarabitur infra
proxime. ¶ Et ſic regula ꝓcedit qñ res
fuit data pignori ipſi creditori. Amplia
tio vero loquitur quando non fuit da-
ta pignori creditori: ſed fuit data credi-
tori ad hoc vt eã pignori poneret apud
alium. ¶ Et inter regulam ⁊ amplia-
tionem eſt differentia in quatuor. ⁊ pri-
mo quia in regula quando. ſ. res datur
pignori creditori: creditor acquirit ius
in illa re: in ampliatione autem quan-
do ſcilicet datur res creditori vt eam pi
gnoret alteri creditor in ea non acqui-
rit ius. ¶ Secundo eſt differentia quia
in regula quando creditor dictam rem
pignorat alteri iuxta. l. grege. §. primo
ff. de pigno. cenſetur pignorare ius qđ
habet in re: ⁊ ſic ſuo nomine ex quo ſe-
quitur ꝙ ſoluto ei debito cum ius ſui
pignoris extinguatur. d. l. ſi rem. §. om-
nis. ff. de pigno. actio. extinguitur etiam
ius ſecundi creditoris ⁊ res deſinit eſſe
obligata ambobus. l. debitor. §. fi. cod. ti
tu. In ampliatione autem nõ cenſetur
ipſe creditor obligaſſe ius ſuum quod
non habet in re: ſed cenſetur obligaſſe
ipſam rem de volũtate debitoris ⁊ ideo
licet ſibi ſoluatur a ſuo debitore: non

propterea liberatur pignus a ſecundo creditore. ¶ Tertio eſt differentia qꝛ in regula ſoluto debito ꝯpetit debitori ſoluenti pignoratitia directa: in ampliatione autem competit actio preſcriptis verbis vel ad exhibendum. ¶ Quarta differentia eſt. quia in regula non poteſt debitor agere pignoratitia niſi priꝰ ſoluto debito. d. l. ſi rem. §. omnis: in ampliatione autem ſic: ita declarat Paul. de caſt. in. d. l. petenti poſt gloſ. fina. ibi. ¶ Ex quibus apparet ꝙ in ampliatione cōpetit debitori: vt dictum eſt actio preſcrip. ver. ⁊ ad exhibendum: ⁊ etiam poteſt eidem competere actio cōmodati: quia licet eſſet debitor ſui creditoris tamen per hoc nō tenebatur ei rem ſuā cōmodare: ⁊ cum ex hoc nullam mercedem receperit ideo ei poteſt competere actio cōmodati vt declarat gloſ. in. d. l. petenti: quam ſequūtur ibi Bar. Paul.
13 ⁊ alij. ¶ † Nono amplia ꝙ iſta actio nō ſolum detur contra creditorem cui eſt ſolutum per debitorem: ſed etiam datur contra alium cui primus creditor ſuum pignus pignori dedit ⁊ ſic per vnam ſolutionez liberatur pignus tam a primo q̄ a poſteriori creditore cui primus ſuum pignus pignorauit ⁊ nō eſt neceſſe ꝙ debitor ſoluat ſecundo creditori text. eſt in. l. debitor. §. fina. ff. de pignor. actio. Nec dictus ſecundus creditor poteſt ſe tueri per retentionem contra debitorem agentem pignoratitia quando ipſe debitor ſoluit primo creditori vt eſt ibi tex. ⁊ declarat glo. Bart. et Paul. ibi. ¶ Decimo amplia ꝙ dicta actio pignoratitia facta ſolutione: non ſolum datur contra creditorem primū ⁊ ſecundum vt dictum eſt: ſed etiam datur contra fideiuſſorē qui fideiuſſit pro ipſo debitore: ⁊ dum offerret ſoluere creditori impetrauit a iudice vt pignus ſibi daretur. Nam ſi poſtea non ſoluit vt promiſſit: poterit debitor facta ſolutione agere pignoratitia contra fideiuſſorem ad reſtitionem pignoris vt eſt text. in. l. fideiuſſor in princip. ⁊ ibi not. gloſſ.
14 ff. de pigno. ¶ † Undecimo amplia etiā ſi eſſet data facultas per pactum creditori vendendi pignus ſi non ſoluatur infra certum tempus: quia ſiue debitor ſoluat infra tempus predictuz: ſiue etiā poſtea dūmodo nondum ſit facta venditio per creditorem: datur pignoratitia de debitori ad repetendum pignus text. et ibi gloſ. ⁊ docto. in. l. tertia. C. de pigno. ⁊ dixi ſupra in ſexta parte primo membro. ¶ Duodecimo amplia vt regula procedat etiam ſi debitor non ſoluat: ſed petat per creditorem compenſari fructus perceptos ⁊ ſi quid reſtat ei ſoluat: nam etiam iſto caſu competit pignoratitia debitori perinde ac ſi ſoluiſſet totum vt. l. prima ⁊ ſecunda. C. de pignora. actio. iuncta. l. ſecunda. C. de pac. pigno. ¶ Tertiodecimo amplia vt regula procedat etiam ſi debitor peteret per creditorem compenſari illud qđ creditor conſequutus fuit a fure extraneo qui pignus furatus fuit: ſiue id creditor cōſequutꝰ fuit per actionē furti ſiue p cōdi. incerti: ſiue ſit ſimplū ſiue duplum: nāq oē id debet ꝯpenſari cū credito: ⁊ creditore hoc modo ſatiſfacto debitor poteſt agere pignoratitia ad pignꝰ vt. l. ſi pignore in princip. ⁊ ibi per gloſ. ⁊ docto. ff. de pigno. actio. ⁊ ratio eſt qꝛ creditor ex pignore non debet aliquid lucrari: ſed omne lucrum ex eo proueniens debet in ſortem imputari vt ibi declarat gloſſ. Barto. ⁊ Paul. de caſtro Iſtud tamen reſtringitur niſi furtum pignoris eſſet factum per ipſum debitorem: qꝛ illud quod creditor conſequutus fuit actione furti ab ipſo debitore ⁊ ſic ipſam penam furti non tenetur in ſortem imputare: quia hoc modo furtum remaneret impunitum ⁊ eſſet contra regulam. l. quod a quoq̄. ff. de regulis iuris vbi dicit tex. quod a quoq̄ pene nomine exactum eſt eidem reſtituere nemo cogitur ⁊ ibi per doctum: ⁊ idem dicendum eſt quādo creditor pro futuro egiſſet contra debitorem condictione incerti: ⁊ ex hoc cōſequutus fuiſſet eſtimationem rei: quia ad eam non competeret debitori pignoratitia nec illa compenſanda eſſet in credito: ſed ſi creditor ex conditione conſequutꝰ fuiſſet rem ipſam pignoratam: tunc bene ſoluto debito ad eam competeret debi-

tori pignoratitia. ¶ Et ideo iſto caſu vtilius eſſet debitori tradere ipſam rem ꝙ illius eſtimationem ita declarat Barto. ⁊ Pau. de caſtro poſt gloſ. in di
15 cta. l. ſi pignore in princip. ¶ † Xiiij. amplia etiam ſi debitor a creditore pignus emeret ⁊ precium ſolueret creditori: nã talis emptio non valet tanꝙ facta de re ſua: ſed precium debet in ſortem imputari: ⁊ ſi illud eſſet minus debito teneretur debitor reſiduum ſupplere ipſi creditori: quo facto agere poſſet pignoratitia: non autem agere poſſet ex empto vt. l. debitor in principi. ff. de pign. actio. et ibi declarat Paul. de caſtro. ¶ Quintodecimo amplia etiam ſi debitor fuiſſet condemnatus creditori ob nõ reſtitutionem pignoris in plus ꝙ eſſet debitum cum vſuris: preſtito creditori iuramento in litem contra ipſum debitorem: q: non obſtante dicto iuramento ⁊ condemnatione in plus facta: poterit adhuc debitor ſoluere debitum cum vſuris: ⁊ eo ſoluto ex equitate inuenietur liberatus: ⁊ poterit agere pignoratitia ad pignus tex. ⁊ ibi gloſſ. Barto. ⁊ alij in. l. ſi fundus. §. ſi pluris. ff. de pi
16 gno. ¶ † Fallit modo dicta regula. et primo quando eſſet ſoluta ſors ſeu debitum principale: nam nõ ſufficeret hoc ad agendum pignoratitia: niſi etiam eſſent ſolute vſure debite dicta de cauſa: quando ſcilicet etiam pro illis pignus erat obligatum: vt. l. ſolutum. §. ſi ſortem. ff. de pig. ac. ¶ Et intelligitur pignus eſſe obligatum etiam pro vſuris: quando hoc expreſſe actum fuit vt ibi eſt textus. Item quando ſimpliciter eſſet obligatum pignus ⁊ vſure deberentur naturaliter ⁊ ciuiliter: ſecus autem ſi eſſent debite naturalr̃ tm̃: q: tũc pignꝰ ſimpliciter datũ nõ intelligeret̃ datũ ꝑ illis vt eſt textꝰ in dicto. §. ſi in ſortem in verſicu. ſiue autem ⁊c. ⁊ in. l. per retentionem. C. de vſur. Secus autem ſi pignus eſſet datum pro ſorte tantum: naꝫ tunc indiſtincte non cenſeretur obligatum pro vſuris vt declarat Barto. in dicto. §. ſi in ſortem et Paul. ibi. in dicto verſicu. ſiue autem quem vide: ⁊ in hoc adde que late dixi ſupra in quinta parte primo membro
17 ¶ † Secundo fallit regula quãdo eſſet ſoluta integraliter portio debita vni ex heredibus creditoris quia ex hoc non datur debitori pignoratitia: niſi etiam ſoluatur altera portio debita alteri coheredi vt dicta. l. ſolutum. §. ſi creditori ⁊ ibi no. ff. de pigno. actio.
¶ Tertio fallit regula quando poſt ſolutum debitum creditori: ipſe creditor emeret pignus a debitore: quia tunc nõ dabitur vlterius actio pignoratitia debitori: ſed ipſi agenti obſtabit exceptio dominij ſuperuenientis ipſi creditori vt eſt tex. in. l. aliena. §. fina. ff. de pigno. actio. ⁊ ſic iſto caſu ex ſolutione non cõpetit actio pignoratitia.
18 ¶ † Quarto fallit regula: quando ſolutio eſſet facta de pecunia reprobata: q: talis ſolutio non liberat neqꝫ pignus neqꝫ ſoluentem: ⁊ ideo ſoluenti non datur iſto caſu actio pignoratitia. l. elegãter. §. qui reprobos. ff. de pe pigno. actio. ⁊ hoc procedit etiam ſi dicta pecunia reprobata: fuiſſet poſtea approbata a campſore ad inſtantiam creditoris: q: omnino non liberatur debitor: niſi quãdo creditor ſcienter illam accepiſſet ita declarat ibi Barto. Item iſtud procedit etiam ſi creditor qui dictam monetam reprobatam ignoranter accepit poſtea illam expendidit pro bona vt etiam ibi declarant glo. ⁊ Barto. aſſignantes rationem ſuper hoc. ¶ Poteſt tamen dictus debitor qui ſoluit dictam pecuniã reprobatam creditori: illam ab eo recuperare tam excipiendo ꝙ etiam agendo conditione ſine cauſa vt ibidem optime declarat Pau. de caſtro ꝙuis gloſ. ibi voluerit ꝙ hoc poſſit fieri ſolum excipiendo ⁊ male ſecundum Pau. ibi.
19 ¶ † Quinto fallit quando pignus eſſet datum pupillo ſine autoritate tutoris: quia etiam ꝙ ei ſoluatur debitum tamen contra ipſum non oritur pignoratitia actio: nam ſicut pupillus non poteſt dare pignus ſine tutoris autoritate vt. l. prima in principio. ff. que res pigno. obliga. poſſ. ita nec poteſt recipere: vt ex eo obligetur pignoratitia actione tex. eſt ⁊ ibi gloſ. cum qua alij tranſ=

cunt in.l.pupillo.ff.de pigno. actio. ¶ Intellige tamē vt ibi declarat gloſ. niſi pupillus ex receptione pignoris effectus eſſet locupletior: q2 tunc etiā qđ pignus ei datum fuiſſet ſine tutore: eſſet obligatus ⁊ conueniri poſſet pignoraticia actione iuxta tamen late no. per Ang. de are. inſti. de auto. tuto. in prin.

20 ¶ † Sexto fallit regula ſeu potius declaratur: ſi creditor amiſit poſſeſſionem pignoris: ⁊ pro illa egit quaſi ſeruiana cōtra tertium poſſeſſorem ⁊ ab eo conſequutus fuit litis eſtimationem: q2 tali caſu non poteſt debitor repetere ab illo tertio poſſeſſore ſuam rem quamuis creditor per ſolutionem ſibi factam ab illo tertio poſſeſſore ſit liberat⁹: niſi ipſe debitor reſtituat vel offerat ipſi tertio poſſeſſori quod pro eo ſoluit text. eſt in.l.ſi creditor.in principio.ff.de pigno.actio. ¶ Aduerte tamen q in caſu.d.l.ſi creditor: non datur debitori cōtra illum tertium poſſeſſorē pignoraticia ſed oportet agere rei vendicatione: q2 (vt dictu ȝ fuit ſupra) in iſto.ij.membro nu.vij. ⁊ ſequentibus actio pignoratitia eſt perſonalis ⁊ non ſequitur tertium poſſeſſorem: ⁊ ita etiam tacite not. gloſ. in.d.l.ſi creditor.in princi.in ver. offerat vbi ad hoc allegat plures concordantes ⁊ de hoc eſt tex.in terminis in.l.ij.ff. quibus modis pi.vel hy.ſol. ⁊ ſic iſta non eſt proprie fallentia a regula ſed potius declaratio. ¶ Septimo fallit regula quando eſſet ſoluta pars tantum debiti: q2 non per hoc poſſet debitor agere pignoratitia ad partem rei pignorate: ſed omnino requiritur integra ſolutio debiti.l. quādiu.C.de diſtrac.pigno. ⁊ facit.l. ſi neceſſarias.§.ſi vnus.ff.de pigno.actio. ⁊ iſtud procedit non ſolum quādo vna res eſt data pignori: ſed etiam ſi plures eſſent date: q2 non cogitur creditor vnā ex illis liberare niſi ſoluto integro debito: tex.eſt.in.l.qui pignori.ff.de pigno. ¶ Octauo fallit dicta regula quando etiam eſſet ſolutum integrum debitum vna cum vſuris iuxta.l.ſolutum.§.ſi in ſortem.ff.de pigno.actio. ⁊ creditor vendidiſſet aliquam ex rebus pignoratis: ⁊ pro ea obligaſſet ſe de euictione in caſibus permiſſis nam donec debitor caueat ipſi creditori de indēnitate ſuper dicta euictione promiſſa: non dabitur ei pignoraticia ad repetendum alia pignora vt eſt tex. ⁊ ibi no.in.d.l.ſi neceſſarias.§.j.ff.de pigno.actio.

¶ Summarium.

1 ☞ In pignoratitia actione que veniant.

2 Uſure an debitori debeātur de illo pluri quo pignus vēditum eſt p creditorē.

3 Intereſſe qđ debitor paſſus eſt ex eo q creditor recuſauit reſtituere pignus an veniat in pignoratitia.

4 Pignoratitia directa datur ob dolum creditoris: ſimiliter ob latam et leuem culpam.

5 Creditor an teneatur de caſu fortuito rei pignorate.

6 Creditor reſtituens pignus debitori ſoluto debito tenetur repromittere debitori de dolo ⁊ culpa.

7 Creditor tenetur ⁊ cogi poteſt actione pignoratitia compenſare fructus perceptos ex re pignorata.

8 Pignoratitia directa competens debitori ob deteriorationem rei a creditore factam an datione pignoris inſolutum creditori cenſeatur remiſſa.

9 Pignoratitia directa datur cōtra dñm pro pignore dato eius ſeruo peculiari nomine.

10 Creditor non cogitur agere contra debitorem: nec conſtituitur in mora non agendo.

11 Pignoratitia directa competit tam pro pignore pretorio ꝙ̄ conuentionali.

12 Pignoratitia directa an ⁊ qñ reijciatur per exceptionē dominij.

13 Pignoratitia contraria poteſt creditori competere contra directam.

14 Pignoratitia contraria competit creditori pro expenſis neceſſarijs et aliquando pro voluntarijs factis in pignore.

15 Expenſe neceſſarie que dicantur.

16 Creditor in repetitione expenſarum in re pignorata factarum prefertur ceteris creditoribus.

17 Creditor an teneatur probare expēſas in re pignorata factas: ⁊ ſi pſumantur.
18 Creditor quando dicatur aliquid feciſſe in re pignorata tacito conſenſu debitoris.
19 Pignoratitia contraria cōpetit pro re aliena vel alteri obligata data pignori creditori ignoranti.
20 Creditor agens pignoratitia cōtraria cōtra debitorē pro re aliena ſibi obligata ad quid agere debeat.
21 Actio pignoratitia ↄtraria an cōpetat creditori decepto in pignore cōtra fideiuſſorem ſibi cum pignore datum.
22 Creditori multis caſibus competit pignoratitia contraria cōtra debitorem.
23 Debitor decipiens creditorem in re pignorata tenetur actione pignoratitia contraria: ſubmittēs autem aliam pro iam tradita tenetur actione furti.
24 Debitor pignorans rem alienam tenetur pignoratitia cōtraria.
25 Libellus in pignoratitia directa qualiter ſit formandus.
26 Libell⁹ in pignoratitia directa an debeat cōtinere probationē dominij.
27 Libell⁹ qualiter ſit in pignoratitia cōtraria concipiendus.

¶ Tertiū membrū .vij. ptis pricipalis.

SEquitur modo tertiū membrum huius .vij. partis: in quo videbim⁹ que veniāt in actione pignoraticia et pro quibus competat tam directa ꝙ contraria: ſed primo de directa: poſtea de contraria.

¶ Capiēdo itaq primo directā pignoraticiam: ponam in ea pro faciliori et clariori intelligentia ſex concluſiones complectentes totā materiā: ⁊ poſtea
1 duas .q. ¶† Prima igit̄ concluſio ſit: ꝙ in pignoraticia directa venit nō ſolum res pignorata: quando non eſt vendita per creditorem: ſed etiam ſi creditor vēdidit pignus plus ſuo credito venit illud plus cum intereſſe vel vſuris: ſi illud plus creditor nō obtulit ⁊ depoſuit (debitore recuſante recipere) quia cū iſta ſit actio bone fidei veniūt in ea vſure a die more. tex. eſt ⁊ ibi declarat bart. ⁊ Pau. de ca. in. l. ꝗuis. §. fi. cum. l. ſeq. ff. de pi. actio. ⁊ in. l. creditor. la. ij. co. tit. ¶ Et dum Pau. de ca. in. d. l. ꝗuis. §. fi. dicit ꝙ ꝗuis iſta actio fuerit inuenta principaliter ad recuperationē pignorum tamē cum ſit bone fidei datur etiā ad reſtitutionem precij ſuperexiſtentis ex pignore vendito: quod creditori traditum non fuit quaſi illud ſuccedat loco rei tradite: intellige tu iuxta not. p Barto. in. l. j. ff. de diſtrac. pi. declarando: quod dictum reſiduum precij reperitur apud creditorem ex cauſa lucratiua ⁊ ipſe debitor cogitur habere ratam venditionem pignoris factam per creditorem iuxta no. in. l. eleganter. §. ſi vendiderit. ff. de pi. actio. iſtis ergo concurrentibus dicitur dictum precium ſuccedere loco rei vt habetur in. d. l. j. et dixi late ſupra in quinta parte principali in primo membro.
2 ¶† Et puto iſtas vſuras debitas ipſi debitori a creditore in illo pluri quo vēdita fuit res pignorata iuxta. d. l. ꝗuis §. fina. deberi etiam de iure canonico: prout debentur venditori re tradita emptori: ſi emptor fuerit in mora ſoluendi precium iuxta. l. ſecundam ⁊ ibi no. per gloſ. C. de vſur. ⁊ l. curabit. C. de actio. emp. quaſi creditor vendiderit de conſenſu ipſius debitoris ex quo ita ſemel voluit vt probatur inſti. quibus alie. li. §. j. ibi voluntate debitoris intelligitur pignus alienare ⁊ habetur per Bald. in. l. j. C. ſi ſer. extero in. q. de peliparío
3 creditore vendente. ¶† Adde etiam qḋ in iſta actione venit intereſſe: quod debitor paſſus eſt: ex eo ꝙ creditor recuſauit reſtituere inſtrumenta rei pignorate iuxta tex. in. l. fi. in princi. ff. de pigno.
4 actio. ¶† Secunda concluſio eſt qḋ in pignoraticia directa venit dolus ⁊ lata culpa ⁊ etiam leuis: non autē leuiſſima: nec caſus fortuitus. text. ⁊ ibi notat Barto. ⁊ Pau. de ca. in. l. ſi cum venderet. §. fi. de pi. actio. ⁊ in. l. fi. §. fi. eod. tit. ⁊ in. l. ſi creditor ⁊ in. l. ſi nulla. cum. l. ſequen. C. eo. ⁊ de caſu fortuito eſt tex. clarus in. l. que fortuitis. co. titu. ⁊ ibi etiā glo. in ver. preſtantur. que allegat concordantes. ⁊ optimus tex. in. l. ea igitur ff. de pigno. ac. qui dicit quod creditor

tenetur in pignore ad ea que diligens paterfamilias in ſuis rebus preſtare ſolet. ¶ Adde tu ꝙ in tantum creditor tenetur in re pignorata de culpa ⁊ dolo. ꝙ ſi res indiget aliqua expenſa neceſſaria creditor debet illam facere. alˀ ſi res pereat vel efficiatur deterior tenetur de culpa. vt. l. ſi ſeruus. ff. de pigno. act. declarando tamen hoc ſecundum Pau. de ca. ibi quādo creditor talem expenſam commode facere potuit. nam non per hoc tenetur ſe ⁊ ſuas res incommodare. velˀ diſtrahere ſua bona vel pecunias ad vſuram recipere: ſed tali caſu quando ipſe nō poteſt commode expenſam facere debet ſolum denūciare ⁊ ſignificare debitori. ꝙ ſi etiā nō poſſet ex aliquo iuſto impedimento denunciare excuſaretur. arg. l. item queritur. §. exercitu. ff. locati. Ita declarat ibi Pau. que not. quia poſſunt contingere.

5 ¶ † Illud autem quod dictum eſt de caſu fortuito reſtringitur niſi forte creditor rem ſibi obligatam propria autoritate ſine aliqua licentia debitoris occupauerit. tunc enim creditor teneretur de caſu poſtea contingēte in illa re. tex. no. ⁊ ibi Bar. ⁊ Saly. ac Pau. de ca. in. l. qui ratiario. ff. de pignori. actio. Et ſubdit ibi Pau. de ca. ꝙ ex quo ſumus in culpa in cōmittendo ꝙ creditor tenebitur de caſu qui etiam eueniſſet ſi creditor non ocupaſſet. iuxta not. in. l. ſi vt certo. §. interdum. ff. cōmod. ⁊ in. l. ſi vehenda. §. idē iuris. ff. ad. l. rhodi. de iac. ¶ Intellige tamen ⁊ declara predicta ꝙ nō obſtante caſu fortuito cōtingente in pignore quando creditor nō occupauit propria autoritate poterit creditor agere ad debitum. l. ſi creditor. ⁊ ibi per docto. C. de pig. acti. ⁊ hoc niſi creditor fuerit in culpa. puta qꝛ potuit euadere pignus a caſu fortuito ⁊ non euaſit. vt l. ſicut. ⁊ ibi not. Bald. C. de pigno. tunc enim quando creditor fuit in culpa. ſi ageret ⁊ non offerret pignus qđ periiſſet ſua culpa repelleretur doli exceptione. vt. l. apud celſum. §. item queritur ſi vniones. ⁊ ibi gloſ. ff. de doli exceptio.

6 ¶ † Tertia cōcluſio eſt ꝙ quādo creditor reſtituit debitori pignus tanꝙ ab eo ſatiſfactus tenetur repromittere debitori de dolo ⁊ culpa ſua etiam in negligendo cōmiſſa. ita ꝙ ſi res immobilis pignorata habuiſſet ſeruitutem de qua ipſe creditor habuiſſet noticiam. ⁊ negligendo ea vti illam amiſiſſet teneretur etiam de hoc. vt eſt text. not. in. l. creditor. la prima. ff. de pigno. act. ⁊ iſta repromiſſio debet fieri cum fideiuſſore. vt vult glo. in. l. debitor. §. fi. eod. titu. in glo. in ver. nec quicꝙ. Sed Saly. ibi tenet contrarium ex eo quia. d. l. debitor. loquitur per verbum repromitto. nec ei adiungitur aliqđ verbum per quod cogamur intelligere de fideiuſſore adhibendo in dicta repromiſſione iuxta no. in. l. j. ff. qui ſatiſ. cog. ⁊ in. l. ſancimꝰ. C. de verborum ſignifi. ⁊ puto Saly. recte ſentire.

7 ¶ † Quarta concluſio eſt ꝙ in dicta actione pignoraticia venit ꝙ creditor cogatur compēſare fructus perceptos ex re pignorata cum ſuo credito. iuxta. l. j. ⁊ ij. C. de pigno. act. item venit ꝙ creditor teneatur de deterioratiōe rei pignorate facta dolo vel culpa ſua ⁊ eſtimationem dicte deteriorationis tenet̄ reſtituere vel compenſare cum credito ſuo. vt eſt tex. ⁊ ibi gloſ. ⁊ doct. in. d. l. ij in ſecundo rñ. ¶ Et propterea vt dicit Bald. in. d. l. creditor. la ſecunda eod. ti. per illum tex. creditor ſatiſfactus tenet̄ reddere pignus debitori in eadeꝫ qualitate in qua illud recepit. Et iſtud notandum eſt ſm eum pro formatione libelli in pignoraticia directa qꝛ dꝫ peti reddi rem in eo ſtatu intrinſeco in quo erat tēpore pignorationis. ita ꝙ creditor tenetur de inciſione arborum fructiferarum. ſed non de inciſiōe ſilue cedue que eſt in fructu ſm Bal. ibi per illum tex.

8 ¶ † Et in tantum tenetur creditor de deterioratione rei per ſuam culpaꝫ facta: quod licet poſtea illam recipiat ſimpliciter in ſolutum a debitore, tamen adhuc remanebit obligatus debitori pro dicta deterioratione ⁊ damno. vt eſt glo. ſolennis in. l. eleganter. in principio in gloſ. fina. in ver. ſi forte que eſt paruula. ff. de pigno. actio. ⁊ illam ſequitur ibi Barto. ⁊ magnificat Paulꝰ de caſtro dicens quod eſt perpetuo te-

nenda menti.ꝛ ꝙ ſuper illa eſt facienda
vna magna manus.ꝛ ꝙ alibi non repe
ritur.ꝛ approbat ibi etiā Alex.allegan
do pro ea text.in.l.fi.ff.arb.fur.ceſ. qui
9 ſatis bene probat. ¶†Adde etiam qḋ
dicta actio pignoraticia debitori datur
cōtra dn̄m pro pignore dato eius ſeruo
peculiari nomine ꝛ datur peculiotenꝰ:
vt eſt text.in.l.ſi creditor.§.fi.ff.de pig.
ac.ꝛ ibi glo.ꝛ doc. ¶ Quinta concluſio
eſt ꝙ creditor poſſidēs pignus tenetur
ex fructibus quos percipit ſoluere col-
lectas ꝛ tributa.vt.l.in ſumma.ꝛ ibi gl.
ꝛ Bal.C.de pigno. ꝛ.l.inter creditorem
ff.de pac.Et ratio eſt qꝛ collecta dꝫ ſol-
ui per poſſeſſorem percipientē fructus
vt habetur in dictis locis.in tantum ꝙ
pactū factum in cōtrarium vt.ſ. ſoluaꝛ
per debitorem qui non poſſidet:non va
let in preiudicium fiſci.vt eſt tex.in.d.l.
inter creditorem.Si tamē creditor ſol-
ueret de ſuo collectas vel alia onera pu
blica.puta expenſas impoſitas ꝓ mu-
nitione viarū:qꝛ fructus nō eſſent ꝑ euꝫ
percepti vel nō ſufficerent poſſet habe-
re regreſſum cōtra debitorem.vt habe-
tur in.d.l.in ſumma. Nō tamē tenetur
creditor rem ſibi pignoratam ponere in
ſuo eſtimo ſm̄ Bal.in.l.cum notiſſimi.
in.iij.col.C.de preſcri.xxx.an.ꝛ habetur
per Alex.poſt Bar.in.l.titio in prin.ff.
ad muni.de quo tamē vide.ſ.in.iij.par-
te in primo membro. nu.48. vbi pleniꝰ
10 de hoc.¶†Sexta concluſio eſt ꝙ lꝫ cre
ditor habēs pignus poſſit etiam ſi vult
agere contra debitorē vt ſibi ſoluat.ta-
mē inuitus ad hoc cogi non poteſt ſed
ipſe debitor ſi vult ſibi pignus reſtitui
tenetur offerre ꝛ deponere ipſi credito-
ri.tex.eſt ꝛ ibi no.Bal.in.l.creditor.C.de
pigno.Et facit pro hoc titu.ꝛ maxime
l.j.C.vt nemo inui.age.vel accu.coga.
Sed bene eſt verum ꝙ ſi creditor vellet
agere ad debitum tenebitur offerre pi-
gnus.alr̄s repelletur exceptione doli.l.
apud celſum.§.itē queritur ſi vniones
ff.de excep.do.ꝛ no.Bal.in.c.j.in fi.in ti
tu.de conten.inter do.ꝛ fi.de inueſti.feu.
11 ¶†Queritur modo in materia an ſicut
actio pignoratitia directa cōpetit de-
bitori ꝓ pignore cōuentionali.vt.ſ. ꝓ-
batū eſt.ita etiā competat pro pignore
pretorio:puta ſi creditor fuit immiſſus
in poſſeſſionem bonorū debitoris ex pri
mo decreto.ꝛ per cōſequens cōſtitutuꝫ
pignus ꝑtorium.iuxta.l.non eſt miruꝫ
.§.j.ff.de pigno.act.Et debitor ſoluit vel
obtulit ꝛ depoſuit ſuum creditum cre-
ditori an poſſit agere cōtra eū pignora
ticia ad repetendū bona in quibus fa-
cta fuit immiſſio?ꝛ breuiter dicendum
eſt ꝙ ſic.caſus eſt ꝛ ibi not.in.l.inquili-
no.cum.l.ſeq.ff.de dam.infec.ꝛ in.l.is
cui.§.queri poterit.ꝛ ibi Barto.ff.vt in
poſ.lega.¶ Dicit tamē ibi Barto.ꝙ in
iſta pignoraticia venit dolus ꝛ lata cul
pa.ꝛ nō leuis.per allegata ibi per eum.
in cōuentionali autem venit etiā leuis
culpa.vt notaui.ſ.in mēbro pretorij pi
gnoris in.iij.parte in ſecundo membro.
ꝛ plenius in.v.parte principali in.v.
membro.nu.cvj.ꝛ.cvij.Et qḋ etiam in
pignore ꝑtorio detur pignoratitia.eſt
tex.ꝛ ibi Bar.in.l.ſi pecuniam.ff.de pi-
gno.act.ꝛ ibi etiam per Pau.de caſt.et
per Bal.in rubri.C.eo.titu.ꝛ per Ang.
de are.inſti.de ac.§.actionū.col.xxiiij.in
12 ver.quero an pignoratitia. ¶†Ulteriꝰ
queritur an ſi debitor agat cōtra credi-
torem directa pignoratitia ad reſtitu-
tionē pignoris poſſit creditor excipere
de dominio cōtra debitorem a quo cau
ſam habet?Et in hac.q.pro intelligen-
tia premittendum eſt ꝙ debitor ſoluto
debito poteſt agere cōtra creditoreꝫ ad
reſtitutionē pignoris duplici actione.
vcꝫ rei vendicatione ꝛ actione pignora
ticia.ꝛ ſic actione reali:ꝛ actione perſo
nali ex cōtractu:vt.l.nec creditores.et
ibi gloſ.ꝛ Bal.C.de pigno.actio.an er-
go creditor poſſit excipere de dominio
contra debitorem agentē? Bald.in.d.l.
nec creditores ponit quādaꝫ diſtinctio
nem.ꝛ ibidem Saly.ponit aliā diſtin-
ctionē magis plenam. Sed Bar.in.l.ſi
alienā.ff.ſolu.ma.magis late ꝛ magi-
ſtraliter diſtinguit ꝛ ex eius diſtinctio-
ne.quatenus pertinet ad terminos no-
ſtros pono tres cōcluſiones. ¶ Prima
ꝯcluſio eſt ꝙ qn̄ agiꝛ actiōe ꝑſonali ad
id qḋ directo deſcēdit a cōtractu:de cu
ius ſubſtantia eſt ꝙ agens ſit dn̄s pōt

contra agentem opponi iſta exceptio tu non eſt dñs: ſed onus probandi incũbit excipienti.ſ.q agẽs non ſit dñs. & cũ hac cõcluſione Bar o.tranſeunt cõmuniter doc.vt late p Alexan.in.d.l. ſi alienam. Et ab hac concluſione Bar. ibi excipit.d.l.nec creditores.C.de pigno.ac. qꝛ ſm eum ad producendum pignoratitiam nõ requiritur q debitor qui dat rem pignori ſit dominus illius rei. licet quandoqꝫ ad cõſtituẽdum ius in re puta hypotecam ſic.& ſic vult Bart.q pignoratitia non requirat dominium ad ſui ſubſtantiã in debitore qui dedit pignus.& de hoc eſt tex.in.l.ſi rem alienã §.is quoqꝫ.ff.de pigno.actio.& dicam.ĩ. in libello pignoratitic. Et propterea cõcluditur q ſub iſta prima concluſione non cadit queſtio noſtra. ſed cadit ſub ſequenti concluſione. ¶ Secunda igitur concluſio eſt q quando ad ſubſtantiam contractus non eſt neceſſe q agẽs fuerit dominus: non poteſt per reum cõuentum habentem cauſam ab agente opponi exceptio dominij. videlicet q agens non ſit dominus. niſi in vno caſu ſcꝫ quando res in qua debet fieri executio nõ extaret: qꝛ tunc poſſet opponi exceptio dominij ad effectum: vt per hoc cõuentus teneatur ſolum ad eſtimationem poſſeſſionis, non autẽ ad eſtimationem proprietatis rei per.l.ſi mulier.§.q poſſeſſionem.ff.q me.cau. ¶ Niſi forte reus conueniatur ratione doli vel ſui delicti.qꝛ tunc agens nõ obſtante exceptione conſequeť etiam eſtimationem proprietatis. vt vult Bar.in.l.cõmodare.ff.cõmoda.per.l.cõductores.C.loca. &.l.nõ ab re.C.vnde vi. Sed iſtam reſtrictionem Bar.in.d.l.cõmodare.reprehẽdit Alex.in.d.l.ſi alienam.& ſequiť ſimpliciter opinionem Bar.ibi quam.ſ.retuli. Et (vt.ſ.dixi) ſub iſta ꝯcluſione cadit actio pignoratitia &.q.noſtra: qꝛ ad ſubſtantiam actionis pignoratę nõ eſt neceſſe q debitor qui dedit pignus fuerit: vel ſit dñs rei pignori datę: licet ad cõſtituendũ hypotecã & hypotecariaꝫ actionem requiratur bene q debitor pignorans ſit dominus: vt.l.aliena.in pñ. & ibi per gl.& doc.ff.de pig.actio. ¶ Unde cõcluditur q creditor conuentus ex cõtractu actione pignoratitia a debitore nõ poteſt excipere q agens nõ ſit dominus: niſi in caſu notato per Barto.in d.l.ſi alienam.ſ.relato. ¶ Tertia concluſio eſt q contra agentẽ ex contractu poteſt conuentus etiam habens cauſam ab eo excipere de dominio ipſius excipientis.per.l.qui rem.ff.depoſi.&.l. bona fides.eo.titu.& ita tenet Alex.in.d.l. ſi alienam.late defenſando opini. Bar. per multa que obmitto. ¶ Concludendo ergo in terminis noſtris: ſi contra debitorem agentem pignoratitia creditor excipiat de ſuo dominio.debet talis exceptio admitti.ſi autem excipiat q debitor agens non ſit dominus: ſua exceptio.non debet admitti.vt dixi.ſ. in ſecunda concluſione. ¶ Et cum iſta opiñ. concordat etiam Saly.in ſua diſtinctione in.l.non vnde.C.ſi cer.peta.in vltimo membro.in ver. ſecundo caſu. quando excipit de ſuo proprio dominio &c. Et de iſta materia vltra not.per Barto. et Alexand.in.d.l.ſi alienam.vide etiã.ſ. in ſecunda parte. in tertio membro.in viij.limi.nume.lxij.vſqꝫ ad nume.lxviij. & plene per Barto.etiam in.d.l.commodare.ff.commoda. Nam hic tetigi tantum ea que faciunt ad terminos pignoratitic. Et per hec ſit expedita pignoratitia directa &c. ¶ Uidendum modo de actione pignoratitia cõtraria cui.ſ.cõpetat.& pro quibus.
13 ¶ † Et primo ſciendum eſt q ſicut pignoratitia directa cõpetit debitori: vt dictũ eſt.ſ.ita iſta pignoratia contraria cõpetit creditori: vt eſt tex.in.l.tutor.§.contrariam.ff. de pignora.actio. ¶ Et de hac actione et de pluribus alijs actionibus directis & cõtrarijs & quando & quomodo naſcãtur habetur late per Barto.in.l. curatoris. C.de nego.geſt.& Cum Bar. tranſeunt communiter alij. vt ibi per Alexand. Competit autem iſta actio cõtraria pignoratitia creditori contra debitorem in pluribus caſibus.
14 ¶ † Et primo cõpetit pro expenſis neceſſarijs factis per creditorem in re pignorata. puta in ſuſciendo vel reficiendo domum pignoratã vel i ſeruis pignoratis infirmis me

Alcandis: vel in illis cibandis: vel in
alijs expenſis neceſſarijs vt eſt tex. ⁊ ibi
gl. ⁊ doc. in. l. ſi neceſſarias. in prin. ff. de
5 pig. actio. ¶ † Et expenſe neceſſarie di-
cuntur quibus non factis res erat peri
tura vel deterior futura: vt. l. impenſe.
ff. de verb. ſigni. ⁊ no. glo. ſ. in. d. l. ſi neceſ
6 ſarias. ¶ † Et per predicta dixit Bar. in
l. interdum. cum. l. ſequē. ff. qui po. in pi
gno. habean. ꝙ creditor non ſolū poteſt
repetere expēſas factas in equo ſibi pi-
gnorato. puta in alimentis ipſius et in
famulo ſeu ragatio cum cuſtodiente et
in penſione ſtabuli. ſed quod etiam in il
lis preferri debet omnibus alijs credito
ribus anterioribus: cum tales expenſe
ſint facte ad conſeruationē rei. per text.
in. d. l. interdum. ⁊ faciunt not. per Bal.
in. l. in reſtituendo. C. de peti. here. ⁊ vi-
de que circa hoc late ſcripſi. §. in. v. par
te. in ſcdo membro. nu. xxiiij. ⁊ xxv.
7 ¶ † Et pro declaratione predictorū ad
de quod quando creditor repetit tales
expenſas: abſq; alia probatione in du-
bio preſumuntur tales expenſe facte ⁊
per eum facte: vt no. Bar. in. l. cū ſeruus
in ver. eadem ratione dico ⁊c. ff. de ver-
bo. obliga. declarando tamen deciſionē
Barto. vt ibi per Alexan. poſt Imo.
¶ Adde etiam ꝙ creditor equū pigno
ratum dedit ad vecturam tenetur illā
vecturam computare cum expenſis fa
ctis pro dicto equo. ⁊ etiam ſi quid ſu-
pereſt in ſortem: vt no. Bal. in. l. ij. C. de
par. pigno. ⁊ refert ⁊ ſequitur Alexan.
in. l. ſi ſeruos. ff. de pigno. acti. Item ad
de ꝙ ſi res pignorata eſt penes ipſum
creditorem pro predictis expenſis datᷣ
ipſi creditori retentio: ſed ſi res ſit apud
aliū. vel ſit aliquo caſu perempta: tūc
datur ei actio pignoraticia contraria
vt eſt tex. in. d. l. ſi neceſſarias. Et predi-
cta procedunt in expenſis neceſſarijs.
8 ¶ † Sed ſi creditor feciſſet expēſas vti-
les tantum: tunc ita demum illas repe-
tere poterit. ſi illas feciſſet de voluntate
expreſſa vel tacita ipſius debitoris: et
tacita voluntate dicitur fieri quādo cre
ditor proſequutus fuit expenſam quā
facere inceperat debitor. dummodo ta-
lis expenſa non ſit nimis onerosa debi-
tori: quod relinquitur arbitrio iudicis.
vt eſt pulcher tex. in. l. ſi ſeruos. ff. de pi
gno. actio. ⁊ ibi clare per Pau. de caſtro
Item intellige dummodo poſt impen-
ſam inceptam per debitorem ipſe debi
tor non ſit lapſus facultatibus, ita qꝺ
non ſit veriſimile. tunc debitorē voluiſ
ſe continuare dictam expenſam. nā tali
caſu creditor non poſſet repetere expen
ſam voluntariam. Ita declarat Paul.
de ca. in. d. l. ſi ſeruos. ⁊ bn̄ iudicio meo.
19 ¶ † Secūdo competit etiam dicta actio
pignoraticia contraria creditori. quan-
do ei fuit data pignori res aliena eo
ignorante: vel aliter debitor malicioſe
ſe geſſit in conſtituendo pignore. vt eſt
tex. in. l. ſi rem alienam. la prima. in pnc.
ff. de pigno. acti. ⁊ gloſſ. ibi exemplificat
illud verbum malicioſe quando debi-
tor daret pignori rem quam ſciebat ſe
obligare non poſſe. puta quia obligatio
erat prohibita a teſtatore: vt. l. pater. §.
fundum a filio. ff. de lega. iij. vel qr ſcien
ter obligauit ſeruum furem. l. ſi ſeruus.
ff. de pigno. act. In tantum quod ſi do-
minus rei quam debitor obligauit ſuc
cedat ipſi debitori non reconualeſceret
pignus. nec creditori competeret dire-
cta. vel vtilis hypothecaria ad dictam
rem: vt. l. rem alienam. ff. de pigno. acti.
ſed ſolū competeret ei contra illū he-
redem debitoris vtilis pignoraticia cō
traria pro damnis ⁊ intereſſe ſuis ob rē
alienam ſibi obligatā a debitore. vt eſt
tex. ⁊ ibi no. Bart. in. l. ſi titio. ff. de pign.
poſt glo. ibi. ⁊ latius declarat ibi Saly.
quem vide omnino. Ad idem tex. in. l. tu
tor. §. contrariam. ff. de pig. act. vbi ha-
betur quod ſi debitor rem alienam: vel
rem ſuam alteri hypothecatam pigno
ri det ſecundo creditori. ſi res illa non
ſufficiat vtriq; creditori dabitur ſecun-
do creditori contra debitorem pignora
ticia contraria. ⁊ idem ſi debitor det pi-
gnori rem in publicum obligatā: vt eſt
tex. in. d. §. contrariam. ¶ Et predicta
militant etiam ſi debitor ignorāter pre-
dicta bona obligaſſet: quia non obſtan-
te eius ignorantia omnino tenebitur cō
traria pignoraticia: quod ſi ſciēter obli-
gaſſet vltra pignoraticiam tenebitᷣ etiā

crimine ſtellionatus:vt eſt tex.in.d.§.cõ
trariam.⁊ ibi declarant Bar.Saly.ce.⁊
Pau.de ca.Si autẽ creditor reciperet
ſcienter pignori rem alienam:vel alteri
obligatam:vel morboſam.quia de illis
contentus fuit:non haberet contrariã
pignoraticiam:vt eſt tex.in.d.§ contra-
riam.in fi.⁊ ibi optime declarat gloſſ.

20 ¶†Sed dubitatur in predictis quan-
do creditor agit contraria pignoraticiã
contra debitorem ex eo quod res aliena
fuit ſibi pignori data ad quid agere de
beat:Et glo.no.in.l.cum debitore.ff.de
pigno.ac.dicit quod agi debet ad inter
eſſe.⁊ iſtud intereſſe ſm glo.ibi põt con
ſiderari varijs reſpectibus.⁊ primo ſi
creditor erat creditor alicuius alterius
debiti chyrografarij. Nam tunc ſi cre-
ditor habuiſſet hypothecam potuiſſet
illam retinere pro credito chyrografa-
rio contra debitorem.iuxta.l.vni.C.etiã
ob chiro.pec.ſecundo ſi erat naturale
debitum tantũ pro quo res pignori da-
ta fuit.nam tunc cum nõ haberet actio
nem de iure ciuili,iuxta.l.legem.C.de
pac.potuiſſet ſibi per retentionem pro-
uidere.l.per retentionem.C.de vſur.ter
tio qꝛ ſi habuiſſet pignus non fuiſſet li-
tigaturus:prout eſt facturus cum ſola
actione perſonali ⁊ ſupportaturus ex-
penſas litigando. ¶Subdit glo.ꝙ alij
dixerunt quod iſtis caſibus non poſſit
creditor agere ad intereſſe:ſed vt aliud
eque bonũ pignus ſibi detur.Sꝫ bar.
⁊ Saly.in.d.l.cum debitore.in hoc vlti
mo tenent contra gl.quia licet debitor
iſto caſu poſſit liberare dãdo creditori
aliud pignus eque bonum.argumen.l.
ſi quis domum.C.loca.Tamen iſtud ꝙ
debitor teneatur dare aliud pignus nõ
eſt in obligatione.⁊ ideo creditor nõ po-
teſt ad hoc agere.⁊ ita firmant ibi Bar.
⁊ Saly.ſequentes glo.in alijs.⁊ ſubdũt
quod.d.l.cum debitore.cum gloſſ.eſt te
nendã menti pro formatiõe libelli in iſta
actione pignoraticia contraria.Intelli
ge tu in caſibus ibi notatis videlicet qñ
res aliena vel alteri obligata fuit data
pignori.nam ſecundum Barto.ibi eſti-
mabitur iſtud intereſſe tanti quanti mi
nus valet illud nomen propter defectũ
dicte rei pignorate.per.l.j.§.ſi heres.ff.
ad trebel.Et ad iſtud intereſſe aget cre-
ditor.In alijs autem caſibus in quibꝰ
vt dictum eſt.ſ.in primo caſu.⁊ dicetur
ĩ.in caſibus ſequentibus libellꝰ erit for
mandus ſecundum terminos illius ca
ſus in quo pignoraticia contraria pote
rit competere.Et adde predictis no.per
bal.in.l.creditor qui fraudes.C.de pig.
ac.

21 ¶†Unum tamen in predictis eſt no
tandum quod quando creditor habet
pignoraticiam contrariam ex eo quia
fuit deceptus in pignore.iuxta.d.l.cuꝫ
debitore.quod ſi tali caſu vltra pignus
fuit etiam datus fideiuſſor creditori qꝺ
contra talem fideiuſſorem non dabitur
creditori actio pignoraticia contraria
ad intereſſe predictum:ſed ſolum ad pe
cuniam debitam:vt eſt tex.no.⁊ ibi etiã
not.Bar.in.l.ſi in pignore.ff.de fideiuſ.
qui reddit rationem.videlicet quod fi-
deiuſſor non ſe obligauit pro qualitate
pignoris dati:ſed pro pecunia ſoluen-
da.

22 ¶†Tertio competit dicta actio pi-
gnoraticia contraria creditori quando
debitor conduxit pignus a creditore.et
poſtea detractat illud reſtituere:nã da-
bitur creditori contraria pignoraticia
ad intereſſe.non autem ad pignus reſti
tuenduꝫ:qꝛ ad hoc habet creditor inter
dictum de precario vel hypothecariã
vt eſt tex.iuncta glo.in.l.ſi pignore.§.ſi
poſt diſtractum.ff.de pig.act.⁊ ibi bar.
Pau.de caſt.⁊ Saly.¶Et iſto caſu cuꝫ
agatur de fide rupta.qꝛ.ſ.debitor con-
ducens pignus ⁊ promittens reſtituere
modo recuſat.⁊ ſic fidem rumpit ob fi-
dem ruptam deferetur creditori iura-
mentum in litem.vt eſt tex.in.l.ei apud
quem a contrario ſenſu.ff.depo.et not.
glo.in.d.l.ſi pignore.in.§.ſi poſt.in ver.
tenetur.⁊ ibi ſequuntur bar.Pau.de ca
ſtro ⁊ Saly.ce.quod eſt ſpeciale:vt.ſ.in
actione contraria deferatur iuramentũ
in litem ob fidem ruptam.alias autem
regulariter in actionibus contrarijs nõ
datur iuramentum in litem.ſed in dire
ctis bonefidei ſic.vt no.gl.in.l.in actio-
nibus.in gloſſ.in ver.bonefidei.ff.de in
litem iur.⁊ gloſſ.in.l.j.§.in depoſiti.⁊ in
d.l.ei apud quem.ff.depoſi.⁊ habet per

Alex.in consi.cexiiij.quando dolus.vij. volu.¶ Quarto competit creditori pignoratitia contraria:si debitor pignorauit ſeruum furem eidem creditori cui poſtea ſeruus furtum fecit.Nam iſto caſu dabitur creditori pignoratitia cōtraria pro intereſſe furti ſibi facti cōtra ipſum debitorem.⁊ hoc ſi debitor ſciēter ſeruum furē pignorauit.videlicet ſciēs illum eſſe furem.Nam ſi ignoranter dediſſet:excuſaretur dominus dando illū noxe:vt eſt tex.in.l.ſi ſeruus.ff.de pign. ac.⁊ ibi gl.Bar.Paul.de ca.⁊ Saly.

23 ¶ † Quinto competit etiam contraria pignoratitia creditori:quando debitor conuenit dare vnam rem pignori:⁊ loco illius dedit aliam,puta quia pro auro dedit es.Iſto enim caſu datur cōtraria pignoratitia pro intereſſe.et etiam actio ex crimine ſtellionatus text.et ibi no.doc.in.l.ſi quis in pignore.ff.de pig. ac.Sed ſi debitor iam tradidiſſet aurū pignori.⁊ poſtea loco auri ſubmitteret es:teneretur debitor furti:vt etiam de hoc eſt ibi caſus.¶ Similiter teneretur furti debitor:ſi nondum tradidiſſet rem obligatam creditori:ſed illam recognouiſſet tenere pro eo.⁊ poſtea illam contractaret.nam contractando debitor cōmitteret furtum ⁊ teneretur furti:vt no. Bartol.in.l.c.ſed nec.in fi.ff.de condi. furti.per allegata ibi per eum.

24 ¶ † Sexto datur etiam cōtraria pignoratitia creditori quando debitor ei pignorauit rem alienā:puta titij.Et poſtea titius dominus illius rei ſucceſſit debitori.nam per hoc nō reconualeſcit pignus.ſed bene contra titium vt heredē debitoris dabitur creditori pro ſuo intereſſe vtilis pignoratitia contraria.vt.l.ſi titio.⁊ ibi gl.Bar.⁊ Saly.ff.de pig.⁊ dixi.§.in ſecundo caſu.⁊ ſic remanet expedita materia pignoratitie.

25 ¶ † Reſtat ſolum ponere aliqua circa formam libelli:tam in directa ꝙ in contraria pignoratitia.¶ In quo licet Ange.de are.in inſtitu.de actio.in.§.actionum in materia pignoratitie vtraꝗ formā libelli ponat.videlicet tam in contraria ꝙ directa.Tamen ipſe ponit formam libelli in vno caſu tantum.vez in directa pignoratitia qn̄ debitor agit ad reſtitutionem rei pignorate.¶ Et nihilominus vt cōſtat ex relatis.§.in pignoratitia directa.in pluribus alijs caſibus pōt cōpetere.⁊ primo qn̄ pignus venditū fuit per creditorem pluris ꝙ ſit debitū.nam competit directa pignoraticia ad illud vt dictum fuit.§.in hoc.iij.membro.numero.1.ſcdō competit etiam pro damno quod debitor pretenderet in pignore ex dolo vel culpa lata vel leui creditoris vt dixi.§.in hoc.iij.memb.nu.4.. tertio cōpetit etiam quando debitor pretendit damnum ex negligentia creditoris:vt dixi.§.in hoc.iij.memb.nu.6.quarto cōpetit etiam vt fructus per creditorē cōputentur in ſortem.⁊ ſimiliter eſtimatio deteriorationis:vt in hoc.iij.memb.nu. 7.⁊.8.quinto competit etiam ꝓ pignore pretorio:vt ſupra in hoc membro.numero.xij.⁊ etiam in alijs caſibus q̄ poſſunt colligi ex diſcuſſis in materia.

¶ Erit ergo formandus libellus in iſta actione pignoratitia directa ſecundum occurrentiam caſus ex quo agendum erit.⁊ ſic non ſemper eodem modo.vt videtur velle Ang.de are.in.d.§.actionū.

28 ſit vera. ¶ †Decimo fallit reg.qñ in cã ex foꝛma ſtatuti vel reſcripti eẽt pcedẽdũ ſola facti veritate iſpecta: qꝛ i hmõi cauſis nõ attenduñ ea q̄ ſunt de apicibus iuris vt inq̄t Bal.in.l.clarũ in pꝛi. col.C.de aut.p̄ſtan.p.l.ſi fideiuſſoꝛ.§.q̄dã ⁊ qđ ibi no.ff.mãda.⁊ excep.excuſſionis cũ reſpiciat oꝛdinẽ ⁊ ꝑpoſterationẽ dꝫ de apicib⁹ iuris vt colligiꝛ ex no. per gl.notabilẽ i.l.ſi mãcipiũ.§.j.i ver.actũ cẽt.ff.de eui.⁊ ibi no.bal.in ſuis antiq̄s additionib⁹ dicẽs ꝙ q̄libet excep.reſpiciẽs oꝛdinẽ pcedẽdi dꝫ de apicib⁹ iuris ⁊ ita tꝫ Alex.in ꝯſi.cxiiij.viſo pceſſu in vlt.col.nu.ix.vj.vol.vbi ꝯcludit ꝙ in cã i qua ſola facti veritate iſpecta pcediꝛ reijciꝛ excep.excuſſionis tãq̄ excep.de apicib⁹ iuris. ¶ Sꝫ Ang.de arc.iſti.de ac.§.itẽ ſi q̄s i fraudẽ in.vj.col.i verſi.q̄ro ſtat.caueꝛ ⁊c.dicit ꝙ dicta gl.i.d.l.ſi mãcipiũ.§.j.hoc nõ ꝓbat. ¶ Tu aũt dic ꝙ.d.gl.allegaꝛ p doc.ad hoc vcꝫ ꝙ excep.q̄ reſpicit oꝛdinẽ dꝫ de apicibus iuris: ⁊ ex hoc iſerũt poſtea doc.ꝙ excep. excuſſionis dicaꝛ de apicib⁹ iuris cũ reſpiciat oꝛdinẽ vt.ſ.pꝛius ꝯueniaꝛ debitoꝛ q̄ tertius poſſeſſoꝛ per.d.aut.hoc ſi debitoꝛ: ⁊ iõ ꝙ in cauſis in q̄bus pcediꝛ ſola facti veritate inſpecta nõ admittaꝛ excep.excuſſionis ⁊ ſic gl.bene.pꝛobat. ¶ Jpſe tñ Ang.de arc.p alia fundamẽta ſequiꝛ opi.doc.ꝙ i hmõi cauſis non admittaꝛ excep.excuſſiõis. ¶ Et ex p̄dictis idẽ vr̃ poſſe iferri qñ ex foꝛma ſtat. vel reſcripti i eã deb ret pcedi ſummarie de plano ⁊ ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij vt.ſ.ẽt hoc caſu non ſit neceſſaria excuſſio vt firmat Marianus Soꝛi.in cõſi.xxiiij.pꝛi.vol.in vl.col. ¶ Sil'r idẽ vr̃ dicendũ: ſi ſit talis iudex qui debeat procedere ſm equitatem vel de bono ⁊ equo vt p Bal.in.d.l.ſi mãcipiũ ad idẽ tex.in.l.ſi fideiuſſoꝛ.§.quedã.ff.mãda.iũcta gl.ibi in ver.de apicibus.vbi dum tex.dicit qđ qñ agitur de bona fide non congruit de apicibus iuris diſputare gloſ.ſupplet qđ ſola bona fides ⁊ veritas eſt inſpicienda. ¶ Et ita in pꝛopꝛijs terminis tenet Arc.in conſi.cxxvj.in cã dñe Antonie in vltima col.in verſi.pre-

29 terea etiã † ⁊ ex his etiam inferunt doc. qđ exceptio excuſſionis nõ cõpetat mercatoꝛibus: cãpſoꝛibus nũmularijs ⁊ ſimilib⁹ ꝑpter vtilitatẽ publicã vt ẽſt gl. ſingularis in aut.de fideiuſſo.in.§.argẽtarioꝝ qui eſt.§.penul.⁊ ſequuñ Bal. ⁊ Salȳ.in.l.fruſtra.C.de nõ nu.pecu.⁊ Bal.in.l.fi.ad fi.C.de fal.⁊ firmat Ang. de arc.in.d.§.itẽ ſi q̄s in fraudem in vj.col.dicẽs iſtud nunq̄ exceat mentem

ſuam: pro quo etiã facit id qđ no. Bart.
in.d.l.ſi fideiuſſor.§.quedã ⁊ in.l.quint°
eod.ti.vʒ q in curia mercatoꝝ procedit
de bono ⁊ equo:nõ attẽtis apicibus iu-
ris q̃ veritatẽ negotij nõ tãgunt: vt ſi eſ-
ſet intẽtata actio directa ⁊ competebat
vtilis ⁊ etiã refert Ang.de are.in.d.§.itẽ
30 ſi quis in fraudẽ in.vj.col. ¶† Et ex pre-
miſſis poſſet etiã dubitari an iſta exce-
ptio excuſſionis poſſit opponi ⁊ admit-
ti debeat coram arbitrio ⁊ arbitratore?
⁊ Bal.in additionibus Specul.in ti.de
arbitro ver.pen.tenet q non: q coram
arbitro nõ debet ſeruari ordo iudicij: et
exceptio excuſſiõis eſt exceptio ordinis
vt dictũ eſt.ſ. ¶ Et dictã opi. Bal.refert
Areti.in.d.cõſi.cxxvj.col.vlti.⁊ Sozi.in
cõſi.xxiiij.ad fi.j.vol. Ɔ̃trium autẽ tenet
Bal.in.l.fi.§.ſed ⁊ ſi quis in.j.col.in ver-
ſicu.fuit a me queſitũ.C.cõmu.de lega.
⁊ ad illud qđ dicebatur q arbiter põt
ꝓcedere ſine ordine: rñdet ipẽ q illud in-
telligitur ſine ordine arbitratoris ſed q
ordo excuſſionis eſt ordo partiũ allegat
l.j.C.de appella.⁊ ꝓpterea vult ipſe q
ſi laudũ ſit latum cõtra tertiũ poſſeſſorẽ
in hypotecaria non facta excuſſione: ex
hoc ſolo poſſit peti reductio. ¶ Et iſtud
dictũ pro ſingulari refert Alexã.dicens
alibi non legiſſe in.d.l.ſi conſtãte in pñ.
in.iij.q.tertie partis principalis: ⁊ aſſi-
gnat rõnem vʒ q talis exceptio excuſ-
ſionis non ſolum cõcernit ordinẽ iuris:
ſed etiam partis ⁊ illud dictũ refert etiã
Fely.in.c.canonũ ſtatuta vlti.car.ſuper
illa clauſula reiecta iuris ſubtilitate.et
Jaſo.in repe.d.l.ſi conſtante in.ij.q.ter-
tie partis principalis refert dictas opi.
⁊ non decidit que ſit verior ⁊ tenenda.
31 ¶† Ego putarẽ in oibus ſupradictis
caſibus notatis in hac.x.fallentia ⁊ etiã
in hoc articulo de arbitro: eſſe aduertẽ-
dum q iſta exceptio excuſſionis põt du-
pliciter cõſiderari: vno modo reſpectu
ordinis iudiciarũ vt.ſ.de ordine iudicij
ſit q prius excutiãtur bona principa-
lis debitoris q̃ poſſit agi hypotecaria
cõtra tertiũ poſſeſſorẽ ⁊ ſi iſte ordo pre-
poſteretur põt excipi de nullitate pro-
ceſſus cõtra creditorẽ agentẽ per.d.au-
ten.hoc ſi debitor vel q agens nõ ſit au-
diendus obmiſſa excuſſione principalis
debitoris. ¶ Secũdo modo põt conſide-
rari dicta excuſſio non habito reſpectu
ad dictũ ordinẽ ⁊ prepoſterationem iu-
dicij ſed cõſiderato ſolo intereſſe tertij
poſſeſſoris: quod cõſiſtit in hoc vt ſi de-
bitor principalis ſit ſoluẽdo ipſe exigat
anteq̃ moleſtet tertius poſſeſſor ⁊ q in
hoc poſſit tertius poſſeſſor ſe tueri exce-
ptione: non quidem excipiẽdo de ordine
iudicij non ſeruato ſʒ prepoſterato: ſed
ſolum de ſuo intereſſe ⁊ in eo fundando
ſuam exceptionem iuxta.l.perſequutio-
ne.C.de pigno.⁊ ibi no.per Barto.⁊ do.
⁊ iſtud eſt qđ voluit Bald.in.d.l.fi.§.ſed
⁊ ſi quis ⁊ Alex.in.d.l.ſi conſtante in.d.
iij.q.ſecunde partis dum dicunt q exce-
ptio excuſſionis non ſolum concernit or-
dinem iudicij: ſed etiã ordinem ⁊ inter-
eſſe partis. ¶ Et ideo per predicta.Cor.
ingenioſe ⁊ ſubtiliter in conſil.lv.in.iij.
volu.in litera .s. concludit quod in
cauſa in qua dʒ procedi ſola facti veri-
tate inſpecta: non poteſt opponi excep.
excuſſionis reſpectu ordinis ⁊ prepoſte-
rationis iudicij: ſed eo nõ obſtante pote-
rit inſimul ⁊ cumulatim agi contra de-
bitorem ⁊ tertium poſſeſſorẽ: ⁊ in eodeʒ
iudicio diſcuti de bonis vtriuſq; inſi-
mul: nec obſtabit exceptio prepoſtera-
tionis ⁊ ordinis obmiſſi ⁊ q ita proce-
dit id qđ not.glo.⁊ Bald.in.d.l. ſi manci-
pium.§.j.ff.de euictio.q loquunt̃ reſpe-
ctu exceptionis cõcernẽtis ordinẽ que
eſt de apicibus iuris: ſed reſpectu inter-
eſſe partis.vʒ q donec debitor eſt ſoluẽ-
do non moleſtetur tertius poſſeſſor non
concernit apices iuris ⁊ ordinem: ſed
equitatẽ: ⁊ ideo lʒ reſpectu ordinis pre-
poſt.rati tertius poſſeſſor non poſſit ſe
tueri: ſed creditor poſſit in eodem pro-
ceſſu inſimul vtrũq; .ſ. debitorem ⁊ ter-
tium poſſeſſorẽ cõuenire ⁊ diſcutere ſol-
uendo ſibi prius de bonis debitoris: tñ
quando creditor obmiſſo penitus debi-
tore vellet ſolũ agere cõtra tertiũ poſſeſ-
ſorem: poſſit tertius poſſeſſor ſe tueri ex-
ceptione: q non eſt equũ: vt donec debi-
tor ſit ſoluẽdo ipſe poſſit cõueniri: ⁊ ſic
vis eſt in modo excipiendi. ¶ Nam exce-
ptio que reſpicit ordinem iudicij non

debet admitti in caſibus.ſ.notatis:ſed excep.que reſpicit intereſſe partis & eq tatem q̄ eſt vt donec debitor eſt ſoluẽdo tertius poſſeſſor nō moleſtet, debeat ad mitti: & ita puto tenendum:que nota in

32 practica & bene cōſidera. ¶ † Undecimo fallit.d.reg.ſm aliquos:qñ agit vigore inſtrumenti guarẽtigiati,vel alteri9 inſtrumenti publici habentis executionē paratam:q2 cū per illud videatur cōſtitutum pignus pretoriū:ſicut per ſentē tiam:nō videt q̄ debitor potuerit poſtea preiudicare creditori alienādo bona in tertium poſſeſſorē per no. in.l.a diuo pio.§.j.ff.de re iudi.& per Bar.in eadē l.§.in vēditione in verſi.iure eni guarētigie habet pro cōdēnato:nō tunc nō videtur neceſſaria excuſſio ſm Sozi.in cōſi.xxiiij.in fi.pri.vol.& facit q2 l pigno re pretorio nō requirit excuſſio vt ſingulariter per Bal.in.l.ſ. in.ij.col.C. de his q̄ in frau.credi. & dixi.ſ.in.iij.parte.ij. membro. ¶ Ego autem puto hanc fallentiā ita demum procedere: quādo in obligatione bonoꝝ facta in hmōi inſtrumento interueniſſet traditio rei hypotecate vera:vel ficta puta per conſtitutum vel precariū al's non puto poſſe dici fuiſſe conſtitutū pignus pretoriū: cū illud de iure nō conſtituat niſi facta immiſſione vt.l.nō eſt mirū.§.j.ff.de pigno.actio. Alias ſine traditiōe vera vel ficta:nō crederem fallentiā poſſe procedere.

33 ¶ † Duodecima fallētia ad dictā regulam pōt dari vt.ſ.illa nō procedat qñ excuſſio eſt impoſſibilis : puta q2 ſit preſcriptū actioni perſonali: & ſuperſit ſola hypotecaria iuxta no.per gl. Bal. & Saly.in.l.ij.C.de luitio.pig.& notata. ſ.in.vj.parte.ij. memb. tunc enim cum ſit impoſſibilis excuſſio ſuper perſonali actione cōtra debitorem:ideo ea obmiſſa:poterit agi hypotecaria contra tertium poſſeſſorē & etiam debitorē ſi poſſideat bona hypotecata ita colligitur ex no.per Bar.poſt Dy.in.l.marcellus in vlt.col.ff.de fideiuſ dum dicit q̄ diſpoſitio auc.preſente.C.de fideiuſ. debet intelligi qñ diſcuſſio poteſt fieri de iure vel de facto:ſecus aūt ſi fieri non poteſt idem tenet Bar.in.l.cum quis.§ ſi quis pro reo vlt.col.ff.de ſolu.vbi dicit quod d.auc.preſente nō habet locum qñ principalis conueniri non pōt idem expreſſius vult Bal.in auc.ſed hodie,in vltima.q.C.de actio.& oblig.& ex hoc infert idem eſſe qñ obligatio pignoris eſſet facta pro naturali obligatione tm̄ q2 tunc diſcuſſio perſonalis obligationis principalis eſt impoſſibilis de iure & ibi idē tenet Saly.in fi. ¶ Poſſem etiā plures al's fallentias adducere in quibus non eſt neceſſaria excuſſio:ſed q2 ille nō ſpectant ad materiā hypothecarie:ſed ad materiam fideiuſſorū de qua in.d. auc. preſente que eſt diuerſa a terminis noſtri tractatus:nō illas obmitto: ſubdam tn̄ in materia excuſſionis cōmunicabili etiam hypothecarie aliquas qōnes.

34 ¶ † Et primo querit qñ ſit opponenda in iudicio iſta exceptio excuſſionis ? et reſpondet q̄ debet opponi ante litē cōteſtatā:al's ea nō opposita iudiciū valet & poſtea opponi non pōt vt not. Cy. & Bal.in.l.exceptionē.C.de probatio.et ratio eſt q2 exceptio excuſſionis eſt exceptio dilatoria,vt firmat Bart.in.l.iij.in ver.quero quid de exceptione ordinis. ff.de excepti.& exceptio dilatoria de iure debet opponi ante litem conteſtatam: vt.l.ita demū.C.de procur. ¶ Et iſtam opi.tenet Bart.in.l.prolatā.in princ.C. de ſen.& Bar.in.d.auc.hoc ſi debitor.C. de pig.& in.l.ij.C. cō.diui. & in.d.l.ſi mācipium.§.j.ff.de euic.& Bal.in.l.cōuenticulam.in.iij.col.C.de epiſ.& cle.et ita etiā tenet Alexā.in conſi.lxxiij.in cā appellationis &c.in.vj.vol.in.j.colū.nu.j.

35 ¶ † Et adde predictis q̄ qñ opponitur iſta exceptio dꝫ opponi ſpecifice & clare Ita no. Alexa.in conſil.xxix.clariſſime

36 doc.&c.nu.xxviij.vij.vol. ¶ † Et ex predictis etiā notabiliter infert q̄ talis exceptio excuſſionis cū ſit dilatoria (vt dictum eſt) ſi nō fuit opposita i prima inſtantia nō poterit amplius opponi in cā appellationis.per tex.in.l.ita,demū. C.de pcura.qui ſm Bal.& Paul. de ca. ibi eſt ſingularis ad hoc.vꝫ q̄ dilatoria q̄ nō fuit opposita in cā principali añ litem conteſtatā non poſſit amplius opponi in cā appellationis dato etiam q̄

in cauſa appellationis nondū eſſet lis
conteſtata ſm̄ Bal.⁊ Pau. ibi Et idem
no.ibi Jaſ.poſt Alexā.in.ij.notabili.Et
ita in ſpecie per dictum fundamentū
tenet Cy.in.l.per hanc.in.ij.q.C.de tem
po.ap.⁊ expreſſe ibi Bal.in.iiij.colū.in
verſi.vel pone exemplū in exceptiōe pre
poſterationis ⁊c.⁊ clare Alex.in conſil.
xxiiij.conſultus ⁊c.in ver.ij.⁊c.in.iiij.
vol.⁊ in cōſi.lxxiij.xj.vol.in pri. colum.
⁊ Jaſ.in.d.l.ita demum in penul.col.in
ver.iiij.per iſtum tex.⁊c.de materia ha
betur remiſſiue per Alexā.in.l.fi.in fine
57 principij.ff.ſi cer.pe. ¶ †Secundo que
ritur in materia excuſſionis:an in caſi-
bus in quibus regulariter requirit ex-
cuſſio:ſi de ea excipiat:ſit dare remediū
mota iam lite contra tertiū poſſeſſorem
pro validitate iudicij? Nam ſi de ea nō
exciperetur iudicium valeret vt.ſ.pro-
xime dictum fuit? ⁊ reſpondetur qđ du
plici remedio pōt ſuccurri creditori agē
ti pro validitate iudicij moti. ¶ Primū
eſt q̄ pendente lite mota contra tertiū
poſſeſſorem pariter ⁊ inſimul fiat excuſ-
ſio contra principalem debitorē vt per
Bal.in.l.cū teſtamento.C.de teſtamen.
ma.vbi dicit q̄ excuſſio facta pendente
hypotecaria fingit actum factum cum
ordine:q̄ declarat retro ante litē conte
ſtatam bona debitoris non fuiſſe ſoluē-
do idem tenet Bal.in.l.ij.C.cōmu.diui.
⁊ in auc.contra rogatus in fi.C.ad treb.
⁊ in.l.prima.C.ſi in frau.patro.⁊ in.l.j.
C.de reuo.his que in frau.credi.⁊ Ang.
in.l.decem.ff.de ver.obli.⁊ in aucten.de
fideiuſ.§.ſed neq̄ ⁊ etiam tenent Bar.⁊
alij.in.d.auc.hoc ſi debitor.C.de pigno.
¶ Et ratio iſtius deciſiōis eſt:q̄ ius ſu-
perueniens actori pendente iudicio ex
cauſa de preterito validat iudicium.l.
ſi rem.§.fi.⁊ ibi Bar.ff.de pig.actio.⁊ il
lum tex.ad hoc in ſpecie no.ibi Bald.
¶ Et ita etiam tenet Ang.de are.inſtit.
de actio.§.item ſi quis in fraudē in.iij.
colum.in verſi.quero ago reuocatoria
idem etiam tenet Alex.in conſi.cxiiij.vi
ſo proceſſu in fi.vj.volu.⁊ ſubdit ibi qđ
ſi actor eſſet minor poſſet reſtitui in in-
tegrum aduerſus non factam excuſſio-
nem per.l.minor.xxv.annis.ff.de mino.
ſed quod hoc non eſt neceſſarium:idem
etiam tenet Are.in.d.conſi.cxxvj.in cā.
d.Antonie in vlti.col. ¶ Secundum re
medium eſt quando debitor in veritate
non eſſet ſoluendo:q̄ ſi tūc poſſeſſor ex-
cipiat de excuſſione nō facta ante li.cō-
te.quod agens replicet tua nō intereſt:
nec es audiendus in hoc.q̄ alia bona
debitoris non extant ⁊ ita offero me in
continenti probare. ¶ Iſta practica col
ligitur ex gloſſ.ſingulari in.l.niſi.ff.de
pac.in ſecunda ſolutione que ſolutio li
cet ad illum tex.reprobetur ibi per bar.
⁊ alios tamen Bal.ibi ⁊ Ang.⁊ Jmo.in
l.exitus.ff.de acqui.poſ.notant illā ad
hoc q̄ quando re vera non intereſt exci-
pientis non pōt opponi exceptio excuſ
ſionis ⁊ ita refert ⁊ ſequitur Jaſ.in.d.l.
niſi quam legit in.l.ſi tibi.§.in his in fi.
co.ti.ita etiam tenet Ang.de are.in.d.§.
item ſi quis in fraudē in.iiij.colum.in
verſi.aduertas tamen ⁊c.dicēs hoc eſſe
58 perpetuo tenendum menti. ¶ †Tertio
quero in materia excuſſionis: an ſi ad
inſtantiā vnius creditoris ⁊ cōtra vnū
poſſeſſorem ſit facta excuſſio de bonis
debitoris ⁊ ſuper ea pronunciatum per
iudicem iſtud proſit vel noceat alijs cre
ditoribꝰ vel poſſeſſoribꝰ? ⁊ in hoc Jac.
de are.⁊ Ang.in.d.auc.hoc ſi debitor.
C.de pigno.dicunt q̄ ſic.q̄ cum ſemel
facta ſit excuſſio licet ſit vnum factum
⁊ vnum iudicium tamen per dictā ſen-
tentiam inducitur notorium quod de-
bitor non ſit ſoluendo vt.l.emptorē.ff.
de actio.emp. ¶ Cum ergo notoriū ſit
debitorem non eſſe ſoluendo:nō eſt ne-
ceſſaria alia excuſſio iuxta glo.⁊ ibi no.
in.l.decem.ff.de ver.obli.⁊ dixi.ſ.in pri.
fallen.in hac materia excuſſiōis ⁊ hanc
concluſionem refert ⁊ ſequitur Ang.de
are.in.d.§.item ſi quis in fraudem in fi
ne.iiij.col.in verſi.quero an excuſſione
facta ⁊c. ¶ Et quamuis Alexā.in apo.
ad Bal.in.d.l.j.C.de his que i frau.cre
di.referens dictum Jac.de are.⁊ Ang.
relinquat ſuper hoc cogitandum:ex co.
quod acta facta in vno iudic.non faciāt
fidem in alio inter alias perſonas vt.l.
cum lite.ff.iud.ſol.tamen indubitanter
tenenda eſt deciſio Jac.de are.⁊ Ange.

¶ Circa quo ad ea que tendunt ad preparandum viam alteri ad agendũ ſententia lata inter alios prodeſt etiam alteri ⁊ fidem facit vt.l.j.C. vbi cauſ.fiſ.et ibi hoc notat Bal.ad fi.⁊ Bal.in.l.ſi qs homicidij.C.de accuſa.⁊ in.l.j.in fi.C.de aduo.diuer.iudi.⁊ late notat Alex.in.l.ſepe in.xj.col.in verſic.vel dic ⁊ notabilius.ff.de re iudi. ¶ † Quarto queritur

39 in materia excuſſionis an a ſententia lata ſuper excuſſione poſſit appellari? et Bal.in.l.ij.colũ.fi.verſi.quid ergo ſi veniant ⁊c.C.quãdo fiſ.vel priua.poſt Nico.de matta.tenet quod a tali ſententia non poſſit appellari quia cum poſſit infringi probando contrarium nõ debet poſſe appellari per.l.ante.C.quo.app.non reci.quod dicit eſſe notabile:⁊ illud dictum refert Alexã.in.l.fi.in apoſt.ad Bar.ff.de appel.recip. ¶ Subdit tamẽ quod Bar.in.l.a diuo pio.§.in venditione videtur tenere contrarium ⁊ remittit ſe ad dicta ibi per eũ. ¶ Sed ibi Alexand.nihil dicit in proprijs terminis.ſ.excuſſionis de qua nos loquimur:ſed tã Bar.ꝙ Alexan.ibi diſputant an obmiſſio ordinis de quo in.d.§.in venditione quia ſcilicet non fuit incepta executio a mobilibus vt ibi diſponitur vitiet executionem? ibi Bar.dicit quod executio non erit nulla:ſed ſi pars grauet in hoc poteſt appellare. ¶ Alex.autẽ ibi poſt Imo.⁊ etiam Iaſ.tenent contra Bart.videlicet quod executio ſit nulla ex obmiſſione ordinis de quo in.d.§.in venditione per fundamenta de quib⁹ ibi per eos. ¶ Tamen prefati doc.non decidũt ibi an poſſit appellari vel non: quando executio non eſſet ipſo iure nulla?

¶ Bal.vero in.l.j.in vl.col.in verſi.modo ego qro ⁊c.C.de appel.determinatꝰ quod ſi fuit oppoſita exceptio prepoſterationis ⁊ iudex pronunciauit ſuper ea aſſumpta cauſa iuris: puta quia dixit exceptionem ineptam cum tamen eſſet apta:⁊ ſententia erit ipſo iure nulla:aut pronunciauit aſſumpta cauſa facti vt qr dixit exceptionem nõ veram:vel nullam aſſignauit cauſaꝫ in ſnia:ſed iudex ſimpliciter exceptionem impugnauit:⁊ tunc ſnia valebit: ſed poterit appellari quia nõ pronunciauit ſuper ordine iuris qui eſt immutabilis:ſed ſuper factõ qḋ eſt mutabile:⁊ ſic Bal.videtur velle qꝫ a ſententia lata ſuper exceptione excuſſionis que cõcernit ordinẽ ⁊ prepoſterationem vt per gl.⁊ doc.in.l.ſi mancipium.§.j.ff.de euict.poſſit appellari:⁊ pro hoc videtꝰ tex.in.l.j.C.de appella.ſm intellectum Bar.ibi:qui ſumat illũ tex.qꝫ qñ preuertitur ordo vnius cauſe ad aliam valet ſnia: ſed ab ea põt appellari cum igitꝰ ſententia lata ſuper excuſſione qñ eſt iniuſta preuertat ordinẽ cauſe q̃ eſſet inchoanda cõtra debitorẽ ⁊ non cõtra poſſeſſorẽ: valere debet:ſed ab ea dꝫ poſſe appellari. ¶ Et iſtaꝫ opi.puto eſſe veriorẽ:non obſtãte eo qḋ voluit Bald.in.d.l.ij.C.qñ fiſ.vel priua.et iſta opi.vltra predicta cõprobatꝰ ex not.per Bar.in.l.ij in.v.q.ff.de appel.recip.vbi vult qꝫ a ſnia lata ſuper exceptione dilatoria in qua pronũciatũ fuit nõ eſſe procedendũ ad vlteriora ſtãte exceptione:vel ecõuerſo procedendũ eſſe nõ obſtante exceptione põt appellari:quia in prima pnũcia nõ ſperatur alia ſententia ſuper inſtãtia a qua per talẽ pronunciatõ cõuentus fuit abſolutus. ¶ In ſecũda aũt pronuncia infertur tale grauamen qḋ reparari nõ põt per appellationẽ a diffinitiua:⁊ idẽ firmat Barto.in omni exceptione que opponitꝰ ad pceſſum:et cũ Bar.tranſeunt alij. Cum ergo exceptio excuſſionis ſit dilatoria vt.d.l.ita demũ.C.de pcura.⁊ habetꝰ per Cor.in cõſi.lv.iij.volu.in litera c.⁊ dictũ fuit.ſ.qñocũqꝫ ſuper ea fuerit pnũciatũ iniuſte pmitti dꝫ appellatio.⁊ vide Alex.in cõſi.lxxxiij.in cã app.vj.vol.nu.1.et ita puto tenẽdũ licet nõ inueniã examina-

40 tum per alios ⁊c. ¶ † Quinto adde in materia excuſſiõis qꝫ qñ illa eſt faciẽda cõtra hereditatẽ iacentẽ dꝫ ei dari curator:al's excuſſio nõ valeret vt no.Iaco.de belui.in auc.de fideiuſ.§.ſed neqꝫ in vj.q.dũ allegat.l.j.⁊.ij.ff.de cura.bo.dã.⁊ late firmatꝰ Alex.ĩ cõſi.c.diſcuſſis ⁊c.v.vol.⁊ ibi etiam plus ſubdit qꝫ ſi facta eſſet excuſſio ꝯ hereditatẽ iacentẽ:⁊ tẽpore quo inceptum eſſet iudicium contra tertiũ poſſeſſorẽ hereditas eẽt adita

oporteret iterū facere excuſſionē cōtra
dictos heredes:nedū de bonis heredi=
tariis:ſed etiā de bonis ipſorū heredu3
⁊ ita dicit tenere Pe.⁊ Cy.in auť.pſen=
te.C.de fideiuſſo.in pe.q.⁊ Bal.in.l.per
emptorias.in vl.col.C.ſen.reſ.non poſ.
41 ¶ Subdit etiā q ſi facta excuſſione cō
debitore ⁊ lite poſtea ɔteſtata cōtra ter
tiū poſſeſſorē ſi de nouo ſupueniāt bōa
pncipali debitori terti⁹ poſſeſſor etiam
de his bonis ſupuenētis poterit excipe
re cōtra creditorē poſt litē ɔteſtatam:⁊
iterū debebit fieri excuſſio p late allega
ta per dictum Alex.in.d.cōſi.c.vlti.col.
42 ¶ Sexto adde in materia excuſſionis
q illa nō eſt faciēda de bonis q̄ ſunt ex=
tra territoriū iudicis cognoſcētis de cā
vt inqt Bal.in.l.ſciendū.in pn.ff.q̄ ſatiſ.
cog.arg.autētice pſente.C.de fideiuſ.p
ſo.p glo.⁊ doc.in.l.fi.C.de princip.agē.
in rebus facit.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſa
ria.ff.qui ſatiſ.cog.⁊ qd̄ hr̄ in.c.coram.
de electio.vbi ad electionem vocant̄ illi
ſolū qui ſunt in prouincia ad quos ſpe
ctat electio:nō aūt illi qui ſunt extra p=
uinciā:ſaltē ſi hoc cōmode fieri nō poſ=
ſit vt ibidē notat̄ ⁊ in.c.cum in eccleſiis.
de preben.lib.vi. ¶ Et ita per predicta
tenet Alex.in cōſi.xci.repetitus.xii.vol.
iiii.5.idem tenet Ang.in auť.de fideiuſ.
§.ſed neq3:dūmodo ſm eū:talis excuſ=
ſio de rebus exiſtētibus extra territoriū
nō poſſit fieri abſq3 difficultate:ſec⁹ ſm
43 eū ſi nulla ſubſit difficultas. ¶ Itē ad
de q in diſcuſſione res inutiles pro ni=
hilo reputant̄ ſm Bald.in auť.ſed ho=
die.C.de actio.⁊ obl.in fi.p.l.ſi inutiles.
ff.vt in poſ.lega.⁊ ſimiliter ſi res debito
ris eſſent in loco forti vt i caſtello vel ar
ce ita q nō poſſint diſcuti:nā de illis nō
eſt faciēda excuſſio vt no.Ange.in.d.§.
ſed neq3:dicēs ita ſentire glo.in.l.ii.cir=
44 ca prin.ff.qui ſatiſ.cog. ¶ Et vltimo
forma faciēde excuſſiōis ponit̄ p Ang.
in.d.§.ſed neq3.in fi.⁊ dicit q illa bona
ſunt diſcutiēda q̄ ſine aliqua cōtrouer
ſia poſſideri pñt:⁊ ſic innuit q ea q̄ ſunt
in cōtrouerſia ſunt dimittenda:nec per
illa debet retardari proceſſus cōtra ter
tium poſſeſſorem:⁊ pro hoc optime fa=
cit tex.⁊ ibi no.doc.in.l.a diuo pio.§.ſed
⁊ illud.ff.de re iudi.⁊ de forma excuſſio
nis.Adde Guido pape.q.432.vbi mul=
ta ponit ⁊ hec ſufficiant in materia ex=
cuſſionis quantum cōcernit actionem
45 hypotecariam. ¶ Quinta concluſio
circa materiā hypotecarie in hac pri=
ma parte octaue partis principalis eſt
q ſententia lata in hypotecaria nō trāſ=
fert dominiū in ipſum creditorē ⁊ ideo
ſi lata ſit ſentētia ſuper hypotecaria in
fauorem creditoris contra vnū qui non
poſſidet:nō poterit creditor agere iudi
cati vigore dicte ſententie cōtra alium
qui dictam rem hypotecatā poſſideat
vendicando illam ab eo:ſed contra eu3
debet iterato agere hypotecaria:⁊ ſi ex
cipiatur per contientum q lata ſit ſen
tentia ſuper hypotecaria contra aliu3
⁊ per conſequens quod videatur facta
nouatio poterit replicari duobus mo=
dis:primo quod iſta nouatio non tollit
veterem obligationem ſed adiicit nouā
ſecundo quod ſententia lata pro ipſo
creditore ei nocere non debet iſte eſt tex.
no.in.l.ſi fundus.§.creditor.⁊ ibi gloſſ.
Bar.⁊ Sali.optime declarantes predi
46 cta.ff.de pigno. ¶ Sexta cōcluſio eſt
q etiam ſi creditor elegerit agere hypo
tecaria contra debitorem vel alium ter
tium poſſeſſorem:tamen ſi in totum nō
potuit ſuum creditum conſequi ex ven
ditione pignoris:non tollitur perſona=
lis pro reſiduo vt eſt tex.in.l.aduerſus.
⁊ ibi glo.Bar.⁊ Bal.C.de actio.⁊ obli.
⁊ idem eſt etiam ſi creditor obtinuit il=
lam rem hypotecatam ad quam egit ſi
bi inſolutum dari pro certa eſtimatio=
ne:quia pro reſiduo remanet firma a=
ctio perſonalis vt ibidem declarat Sa
47 li. ¶ Septima concluſio eſt quod a=
ctio hypotecaria non oritur ex obliga=
tione contracta in diem certam penden
te die:vt firmat Bald.in lege prima.ſe=
cunda columna.in verſiculo quero nū
quid ante diem.C.commu.de lega.text.
et ibi notatur in lege ſoluitur.§.ſi paci=
ſcatur.ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſol.
hoc tamen limitatur niſi debitor eſſet
ſuſpectus de receſſu vel fuga. Nam ſi
ſuſpitio ſuperuenit poſt obligationem
cōtractam vel ſi aderat tempore cōtra=

cte obligationis: tamen illam creditor ignorauit etiā pendente die poterit creditor agere hypotecaria text. est et ibi not. glos. Bar. ⁊ Salice. in l. quesitum. ff. de pignori. quod nota: quia potest de facili contingere. ¶ Octaua cōclusio est quod stāte statuto quod in casibus dependentibus ex instrumēto guarentigiato vel alijs agatur summarie ⁊c. ꝙ tale statutum habebit etiam locū quādo ageretur hypotecaria ex obligatione bonorū adiecta in hmōi instrumentis: et hoc si agatur contra debitorem obligatum in dicto instrumento secus autē si ageretur contra tertiū possessorem ita tenet Bal. in l. j. C. cōmu. de leg. in. j. colū. in versi. ⁊ facit ad. q. ⁊ faciunt que late scripsi. s. in. iiij. membro secun

48 de partis principalis. ¶ † Nona conclu. est ꝙ hypotecaria de sui natura datur insolidū cōtra vnū ex possessoribus bonorū obligatorū: vt. s. res quam ille possidet auocetur ab eo in totū nisi soluat integrum debitum: quia quelibet res est insolidum obligata creditori. l. j. C. si vnus ex plu. here. cre. vel debi. et nisi totum debitum soluatur nulla res obligata liberatur: sed etiam si pars debiti sit soluta: remanet quelibet res insolidum obligata pro residuo. l. quādiu. C. de distrac. pigno. ⁊ l. si rem. §. omnis. ff. de pigno. acti. ⁊ ideo est in electione creditoris habētis plures res obligatas vnam solam pro vniuerso debito vendere. l. creditoris. ff. de distrac. pig. Intelligendo tñ vt dixi supra in primo membro sexte partis et predicta procedunt nō solū aduersus ipsos debitores ⁊ eorū heredes: sed etiam aduersus tertios

49 possessores. † vt est tex. in l. moschis. in prin. ff. de iure fis. ⁊ ibi not. glo. ⁊ Bart. ponderando tex. dum dicit: possessorem omnē: nā dictio omnis in singulari numero est distributiua ⁊ attribuit actuȝ cuilibet insolidum vt declarat ibi Bar. ⁊ Barto. ⁊ Imol. in l. hoc articulo. ff. de here. insti. ⁊ Bar. in l. fi. C. de debi. ciui.

50 libr. xj. ¶ † Et ratio istius decisionis est quia licet in principali obligatione indefinita tam reali quam personali inducatur obligatio pro rata. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. reis: tamen secus est in obligatione accessoria quia. s. si plures obligentur accessorie indefinite vel collectiue: quilibet mero iure obligatur insolidum vt in pluribus fideiussorib9 vt. l. inter fideiussores. ⁊ l. si contendat. ⁊ in l. inter eos. ff. de fideius. ⁊ cum hypoteca bonorum veniat accessorie ad obligationem principalē vt per Bart. in l. solutum. §. per liberam. ff. de pign. acti. sequitur ꝙ etiā illa cōpetat insolidū in quibuscūqȝ bonis obligatis. ⁊ ratio rationis assignari potest videlicet ꝙ si in obligatione bonorū in qua veniunt presentia ⁊ futura vt. l. fin. C. que res obli. pos. diceremus ꝙ quelibet res esset obligata pro rata: resultaret incōueniēs: ꝙ si essent mille res in qualibet re creditor haberet persequi millesimam partem: quod esset absurdum: ⁊ quia si essent mille res de presenti: possent de futuro superuenire alie mille ⁊ sic diminueretur hypoteca primarū reruȝ ⁊ creditor esset in incerto: merito ergo ad euitandū talia inconuenientia fuit decisum ꝙ quelibet res hypotecata sit insolidum obligata: ⁊ ita declarat ⁊ firmat Cor. in cōsil. cxxxv. supra scripti ⁊c. in fi. j. volumi.

51 † Predicta tamen fallunt in hypoteca que competit pro legatis: quia illa cōtra heredes testatoris non datur insoliduȝ sed soluȝ pro portionibus hereditarijs ad instar personalis actionis vt. l. j. in fi. ⁊ ibi no. Bar. C. cōmu. de lega. ⁊ Bar. in l. legatorum. in prin. ff. de leg. ij. licet alias contra heredes debitoris hypoteca in bonis defuncti competat insolidum vt. l. j. ⁊ ibi Bar. C. de here. actio. ⁊ l. j. ⁊ ibi per doct. C. si vnus ex plu. here.

52 credi. vel debi. ¶ † Decima cōclusio est ꝙ hypoteca constituta pro grano ⁊ vino ⁊ oleo simpliciter extēditur etiā ad incrementū seu estimationē que creuit a tēpore more iuxta. l. vinū. ff. si cer. peta. Nā illud incremētū seu interesse venit per officiū iudicis a tēpore more vt. l. si seruum. §. fi. ff. de ver. obli. ⁊ not. Bar. in d. l. vinum. in vlti. col. in ver. veniamus ad vltimam partem ⁊c. et sicut tale interesse quod venit officio iudicis ratione rei promisse propter moram auget obligationem

obligationem fideiuſſoris qui ſimplici- 7
ter interceſſit vt no. Bar. in.l.fin.in vlti.
col.in verſi.pro declaratione ꝛc.ff.de eo
ꝙ cer.loco in ſua diſtinctione in tertio 8
caſu ita ⁊ dicendū eſt de hypoteca ſim-
pliciter accepta.qꝛ id quod dicitur iſto
caſu in fideiuſſore eſt etiam dicendū in
pignore ⁊ hypoteca vt no. Bar. in.l.ſo-
lutum.§.ſi in ſortem.ff.de pigno.actio.
et de materia eſtimationis que creſcit
propter morā iuxta terminos.d.l.vinū:
vide pulchrū cōſi.Alex.in cōſi.ccxx.pō
deratis his.vj.vol.ꝛc.ſecus aūt eſſet de 1
eo quod creſceret ex cōtumacia debito
ris iuxta.l.j.ff.de in litē iur.vbi vide ꝛc.
¶ Aliud autem eſſet dicendū ſi hypote
ca taxatiue fuiſſet cōſtituta pro grano
tantum:qꝛ tunc non teneretur pro au-
gmento: et hoc modo puto procedere
id quod vult Roma.in conſi.xvij.in ca-
ſu propoſite ꝛc.quod prima facie vide-
batur contrariari premiſſis pro qua cō
cordia faciunt etiā notata.ſ.in.v.parte
33 pri.mem.nu.13.vbi vide. ¶ † Undecima
concluſio ſit ꝙ creditor non poteſt pro-
pria autoritate occupare hypotecam
ſed debet precedere decretum vel auto
ritas iudicis niſi forte immineret ſuſpi
tio fuge debitoris vel ſuper hoc eſſet fa
ctum pactū:alias incideret creditor in
penam vt eſt tex.⁊ ibi glo.Bal.⁊ Salic.
in.l.pignoris.C.de pignora.actio. ⁊ ibi
eſt glo.pleniſſima de hoc.

¶ Summarium.

1 ¶ Hypotecaria quibus perſonis cō petāt ⁊ cōtra quas ⁊ pro quibꝰ rebus.
2 Iuramētū qualiter deferatur in hypotecaria ⁊ creditore in litē iurāte condēnabitur debitor ⁊ in quantum.
3 Iuramentū in litē in materia hypotecarie diuerſimode conſideratur.
4 Agens hypotecaria ex obligatione generali cōtra tertiū poſſeſſorē pōt vnā rē inſolidum eligere.
5 Emēs rē a debitore vt ſatiſfaciat creditori ſi nō ſatiſfaciat tenet hypotecaria.
6 Hypotecaria cōtra debitorē pōt cumulari cū perſonali ⁊ pōt predictū libellū in perſonali tantum.

Hypotecaria datur cōtra tertiū poſſeſ
ſorē in ſubſidiū ad ꝑtiū re ꝑſcripta vel
perēpta qñ ille poſſidet ex cā lucratiua
Actio hypotecaria datur ad bona ſita
extra territoriū m contractus.

¶ Secūdū mēb.viij.partis ꝑncipalis.

SEquitur modo ſecūdū mē-
brū iſtiꝰ octaue partis prin
cipalis.In qua vidēdū ve-
nit quibꝰ perſonis ⁊ cōtra
quas perſonas: ⁊ pro qui-
bus rebus cōpetat actio hypotecaria.
¶ † Et primo clarū eſt ꝙ cōpetit credi-
tori cui bona ſunt hypotecata vt inſti.
de actio.§.itē ſeruiana verſiculo quaſi
ſeruiana:itē cōpetit heredibus credito
ris vt.l.j.C.ſi vnus ex pluri.here.credi.
vel debi.⁊ iſtis cōpetit hypotecaria di
recta.Itē cōpetit ceſſionario vel empto
ri pignoris ⁊ hypotece iuxta totū titu-
lū.ff.⁊.C.de heredi.vel actio. vendi. fa-
ciūt not.per glo.⁊ Bart.in.l.ſi pignori.
ff.fami.herciſ.per Bar.⁊ Pau.de caſt.
in.l.ſi heres pecuniā.ff.ad treb. et in.l.
ariſto.ff.que res pig.oblig.poſ. Itē cō-
petit alteri creditori cui primus credi-
tor obligauit ſuū nomē debitoris iuxta
l.nomē.C.que res pign.obliga. poſ.vel
cui pignus pignori dedit iuxta.l.grege
§.cū pignori.ff.de pignori.⁊ totū titu-
lū.C.ſi pign.pigno.datū ſit.⁊ iſtis caſi-
bus iſta hypotecaria eſt vtilis que di-
recto cōpetebat principali creditori vt
habetur in dictis locis:cōpetit aūt iſta
actio cōtra principalē debitorē vt.l.per
ſequutione ⁊ autētica hoc ſi debitor.C.
de pignori.Itē competit cōtra heredes
debitoris vt.l.j.⁊.ij.C.ſi vnus ex pluri.
here.credi.⁊ debi.itē cōtra tertiū poſſeſ
ſorē:qꝛ eſt realis ⁊ ſequitur fundum vt
l.pignoris.ff.de pigno.⁊ ibi Bar. ⁊.l.pi
gnoris.C.eo.ti.⁊ ibi Bar.⁊ Bal. itē con
tra nomē debitoris obligatū.d.l.nomē.
⁊ ibi Bar.⁊ alij.datur aūt ad rē pigno-
ri datā:⁊ ad omnia que cōprehēdūtur
in expreſſa:ſeu tacita obligatione vt ap
paret ex his que dicta ſunt.ſ.in ſecun
da parte principali in.iij.mēbro vbi po
ſui ea que poſſunt in ſpecie obligari:⁊
in.d.ij.parte in.iiij.mēbro vbi poſui ca
ſus in quibꝰ a lege inducitur tacita hyp.

⁊ ex his que poſui.s.in.d.ſecūda parte
in ſecūdo mēbro. vbi poſui ea q̄ cōueniāt
in gn̄ali obligatione: in omnibus enim
caſibus notatis in dictis locis ⁊ pro re
bus in illis expreſſis cōpetit hypoteca
ria datur etiā ad recuperādā poſſeſſio=
nē a qua cecidit creditor tā in pignore
cōuētionali q̄ pretorio vt.l.ij.C.de pre=
ſo.p igno. Itē datur etiā pro legatis iu
xta.l.j.C.cōmu.de leg. Item datur etiā
ſi pignꝰ vel hypoteca eſſet data ob ali=
quā turpē cauſam: qꝛ hypotecaria nō
fundatur in cōtractu: ſed datur ad rem
vt tenet gl.in.l.ij.C.de cōdi.ob tur. cau.
⁊ habet per Bar. ⁊ alios in.l.f.ff.eo.tit.
⁊ in.l.iuris gentiū.§.ſi ob maleficium.ff.
2 de pac. Alios caſus ponā infra. ¶ † Se
cundo in materia dubitatur an ſi con=
uentus hypotecaria dolo deſijt poſſe
reſtituere rem an iſto caſu creditor poſ
ſit iurare in litē ⁊ cōuentus debeat con
demnari quāti creditor iurauit? ⁊ bre=
uiter reſpondetur q̄ ſic vt eſt tex.in.l.ſi
fundus.§.in vendicatione.ff.de pigno.
⁊ ibi glo. ⁊ Bar. ⁊ hoc eſt verum etiam
ſi creditor in libello petijſſet poſſeſſorē
condemnari alternatiue vel ad reſtituē
dū rem vel ad ſoluendū debitum. Nam
licet videretur dicendū nō eſſe locū tūc
iuramento in litē ex quo petitū eſt con=
demnari ad ſoluendū debitū cū tale iu
ramētū preſtetur ſolū qn̄ poſſeſſor de=
ſijt poſſe reſtituere rē dolo. vt.l.in actio=
nibus.ff.de in lit.iur. Tamē cū ſolutio
debiti veniat in actiōe hypotecaria ex
natura obligationis cū poſſeſſor volēs
poſſit illud ſoluere.l.mulier.ff.qui pot.
in pig.hab. ⁊.l.paulus.§.fi.ff.quib.mo.
pi.vel hy.ſol. Ideo ſi cōuentus non re
ſtituat rem nec̄ ſoluat debitum ⁊ deſie
rit poſſe reſtituere ex dolo: poterit credi
tor ob reſtitutionē nō factā iurare in
litē quāti ſua interſit ob rē nō reſtitutā
ita declarat Bar.in.d.§.in vēdicatione:
⁊ ſequitur Sal. dicēs in actione hypo=
tecaria nō eſſe in obligatiōe ſoluere de
bitū ſed eſſe in facultate ſoluēdi qꝛ poſ=
ſeſſor poteſt ſi vult illud ſoluere: ſed in
obligatione eſſe reſtitutionē rei hypote
catē. ex predictis ergo cōcluditur q̄ qn̄
reus cōuētus hypotecaria dolo deſijt
poſſe reſtituere rē creditor iurat contra
eū in litē quanti ſua interſit ⁊ predicta
militāt qn̄ agitur cōtra tertiū poſſeſſo=
3 rē. ¶ † Sed ſi agatur hypotecaria con
tra debitorē ⁊ ipſe dolo deſierit poſſe re
ſtituere creditor nō poterit iurare in li=
tē cōtra eū quāti ſua interſit: ſed ſolum
quantū eſt creditū ſuū cū vſuris ſibi de
bitis vt eſt tex. ⁊ ibi declarat Bar.in.d.
l.ſi fundus.§.ſi pluris.ff.de pign. ⁊ opti
mus tex.in.l.ſi inter.§.fi.eo.ti.vbi ponit
iſta differentia inter iuramentū in litē
quod defertur creditori ꝯtra tertiū poſ
ſeſſorē dolo deſinentē poſſe reſtituere:
⁊ illud qd̄ defertur cōtra debitorē vt.ſ.
cōtra tertiū poſſeſſorē iuretur quāti in=
tereſt creditoris: cōtra vero debitorem
non iuretur vltra debitum. ¶ Et ratio
differētie eſt: qꝛ illud qd̄ creditor conſe=
quitur a tertio poſſeſſore vltra ſuū de=
bitū: tenetur poſtea reſtituere debitori
per directā pignoratitiam. ſed iſtud in
debitore conuento ceſſat: ideo cōtra eū
non debet exigi niſi quod eſt debitū.d.
l.ſi inter.§.fi. ⁊ declarat Bar.i.d.l.ſi fun
dus.§.ſi pluris. ⁊ ibi ſequitur Salice. ⁊
Alex. ¶ In vno tn̄ caſu etiā qn̄ agitur
contra debitorē poterit creditor iurare
in litē vltra debitū hypotecarium. vꝫ
qn̄ creditor eſſet etiā creditor chirogra
pharius: nam ſi creditor cecidit a poſ=
ſeſſione pignoris ⁊ illa reuerſa ſit ad de
bitorem intereſſet dicti creditoris vltra
debitū hypotecariū pignꝰ ſibi reſtitui
vt poſſet illud retinere pro credito chi=
rographario iuxta.l.vni.C.ſi ob chiro=
gra.pecu. ⁊ ideo iſto caſu cōtra debito=
rē qui dolo deſijt poſſe reſtituere: poſſet
creditor iurare in litē quāti ſua intereſt
reſpectu debiti chirographarij ⁊ ſic vl
tra debitū hypotecarium ita declarat
Bar.in.d.l.ſi inter.§.fi. ⁊ ibi etiam Sal.
4 ¶ † Tertio in materia eſt etiam notan=
dū q̄ creditor habēs gn̄alē hypotecam
in oībus bonis debitoris: poteſt eligere
vnā rē ex pluribꝰ agendo hypotecaria
cōtra tertiū poſſeſſorē cuꝫ oīa bona ſint
inſolidū obligata: vt ſepius dictum eſt
ſ. ⁊ habetur per Bart.in.l.moſchis.ff.
de iure fiſ.cū cōcordantijs de quibꝰ ibi
5 per Alex. ¶ † Quarto notādū eſt q̄ du

cta actio hypotecaria competit etiam
cōtra emptorē qui rē hypotecatā emit
a debitore vt ſatiſfaceret de precio cre=
ditori: nā ſi poſtea nō ſatiſfaciat cōue=
niri pōt hypotecaria ꝗ creditore vt eſt
tex. in. l. diſtractis iūcta auc. ſequenti.
6 C. de pig. ⁊ ibi hoc no. Bal. ¶ † Quinto
adde in materia ꝙ creditor agens con= 1
tra debitorem pōt cumulare actionem
perſonalem ⁊ hypotecariam quādo de 2
bitor poſſidet. l. perſequutiōe ⁊ ibi bar.
⁊ doc. C. de pig. ⁊ eodem modo qn̄ age= 3
ret cōtra fideiuſſorem poſſidentē pign⁹
vt per gl. in auc. hoc ſi debitor. C. de pi.
⁊ ibi Bar. quā legit cū. l. perſequutione 4
precedēti in. ij. col. in verſi. vlterius que
ro. ¶ Et predicta procedunt etiā ſi libel 5
lus eſſet pductus in perſonali actione
dūtaxat: nam oppoſita exceptiōe pſcri
ptionis. xxx. annorū creditor poterit cu= 6
mulare hypotecariā: qr ex iſta cumula
tione nō leditur reus debitor ⁊ ideo cu= 7
mulari pōt vt colligit ex glo. in. l. nemo
ex his. ff. de reg. iur. arg. l. pe. ff. que res
pi. obli. poſ. ⁊ qr vbi duo pp̄ter vnū ibi 8
vnum tm̄. l. qui libertatis cām. §. ſeruus
ff. de euictio. merito hic fingit vna peti 9
tio ⁊ nō plures ita. no. Bal. in re. pe. l. edi
ta in materia cumulationis in. v. q. ⁊ ad 10
de Bald. in auctē. contra rogatus. C. ad
treb. ⁊ ꝙ cumulari poſſint perſonalis ⁊
hypotecaria cōtra debitorē eſt tex. i au 11
ten. de fideiuſ. §. ſꝫ neqꝫ colla. pri. ⁊ no.
7 gl. fi. in. d. l. nemo ex his ad fi. ¶ † Sex=
to dicta actio hypotecaria daꝛ cōtra vē 12
ditorem rei hypotecate pretendentem
cām lucratiuā in ſubſidiū (qn̄ res hy=
potecata eſſet preſcripta vel pcēpta) 13
ad preciū illius vt per gl. Bar. Saly. et
alios in. l. j. ff. de diſtrac. pig. ⁊ late dixi.
ſ. in. v. parte pri. memb. ⁊ in. iiij. memb. 14
8 ſecunde partis. ¶ † Septimo dicta
actio hypotecaria daꝛ etiā ad bona ſita
extra locū contractus vt eſt gl. no. i auc. 15
vt oēs obedi. in. prin. §. hec cōſiderātes
in gl. in v̄. hypoteca colla. vj. ⁊ ſic debi=
tor ſortiꝛ forum in loco ꝯtus etiā quo 16
ad bona exiſtētia extra illū locū: qn̄ agi
tur hypotecaria ita dicit ibi gl. ⁊ illam 17
valde notat ⁊ dicit tenendā mēti Bald.
in. l. ij. in fi. C. manda. ¶ Plures alij ca=
ſus in hac parte poſſent cumulari cir=
ca perſonas ⁊ res in quibus daꝛ hypo
tecaria: ſed omnes ſunt relati. ſ. in ſuis
locis: ne igitur idē ſepi⁹ repetatur his
paucis ero contentus.

¶ Summarium.

Actio dotꝭ nō oriꝛ ꝯſtāte matrimo
nio niſi i caſu emergētis inopie mariti.
Actio hypotecaria in ꝯtu emptionis
p euictione nō oriꝛ niſi ſecuta euictiōe
Hypotecaria in legato conditionali vel
in diem nō oritur niſi purificata cōdi=
tione. Idem in quacūqꝫ obligatione.
Hypotecaria in fideicommiſſo vl' i fctā
reſtitutione verbali adhuc competit: fā
cta aūt reſtitutione reali non.
Hypotecaria in cōtractibus puris oriꝛ
a die obligationis contracte.
Probanda quando agitur hypotheca
ria contra debitorem.
Agens hypotecaria contra heredē de=
bitoris cuius bona defunctus obliga=
uit quid probare debeat.
Agens hypotecaria cōtra tertiū poſſeſ=
ſorem que probare debeat.
Diſpoſitio. l. apud celſum §. de aucto=
ris. ff. de doli exceptiōe ꝗ caſu pcedat.
Emens non dicitur cōfiteri rem quā
emit eſſe venditoris: nec hoc teneꝛ cōfi=
teri ſi conueniatur.
Creditor agens hypotecaria ꝯ tertium
poſſeſſorem non habētem cauſam a de
bitore quid probare debeat.
Actio realis vel perſonalis in rē ſcripta
cōpetens cōtra auctorem ꝯpetit etiā cō
tra eius ſingularem ſucceſſorem.
Actio hypothecaria vtilis ꝯpetit vbi re
cōualuit qr debitor ſucceſſit dn̄o rei obli
gate.
Hypotecaria directa datur quando de
bitor tpe obligatōis emerat ſꝫ nōdū erat
ſibi res tradita: ſꝫ fuit tradita poſtea.
Hypotecaria directa competit qn̄ debi
tor obligauit rem ſub conditione ſi res
ſua fieret: ⁊ poſtea fuit acquiſita.
Hypotecaria directa competit ex obli=
gatione gn̄ali i bonis poſtea acquiſitis.
Hypotecaria nō competit ad poſſeſſio=
nem obligatam ſi debitor illam amiſit
⁊ fuit occupata per alium.

18 Hypotecaria an & quibus caſibus locũ habeat pro poſſeſſiene amiſſa per debitorem.
19 Interdictum ſaluianum vtile competit cuilibet creditori hypotecario.
20 Actio hypotecaria quemadmodum diuerſimode intentatur: ita diuerſimode libellus in ea concipitur.
21 Libellus in hypotecaria directa vel vtili alternatiue conceptus an nõ declaratus procedat.
22 Libellus in actione hypotecaria diuerſimode venit conſiderandus.
23 Res illa dicitur eſſe in bonis quando agitur ad illam licet non poſſideatur & ſi poſſideatur cum exceptione.
24 In libello hypothecario q̃d & qualiter ſit concludendum.
25 Dominium qualiter in actione hypotecaria probetur.
26 Forma libelli hypotecarũ in quo differat a forma libelli vtilis ſaluiani interdicti.
27 Sẽtentia in iudicio hypotecario cuius forme eſſe debeat.

¶ Tertiũ mẽbrũ.viij.ptis principalis.

Sequitur tertiũ mẽbrũ iſti⁹ octaue partis ꝑncipalis: in qua vidẽdum eſt primo qñ oriatur actio hypotecaria. Secũdo que ſint ꝓbãda ad obtinendũ in ea. Tertio de mõ libellandi circa illã & circa ſaluianũ
1 interdictũ &c. ¶ † Primo itaq; notandũ eſt ꝙ actio de dote competẽs ad eius reſtitutionẽ: non oritur cõſtante matrimonio: ſed demũ eo ſoluto: niſi in caſu inopie mariti vel alterius obligati ad reſtitutionem dotis ita late diſputando concludit Alexan. dicens hanc eſſe cõmunem opi. in. l. ſi conſtante. §. i. in duabus vltimis co. ff. ſo. ma. & ratio eſt quia mulier dicitur creditrix pro dote conditionaliter. vꝫ ſi matrimoniũ ſoluatur morte mariti vt ibi habet̃: & ideo pendẽte cõditione nõ orit̃ actio. l. cedere diem ff. de ver. ſigni. ¶ Ita ẽt firmat Alexã. in cõſi. cvj. viſis & opportune in pri. col. in v. ro. Oritur ergo actio de dote ipſi vxori ſtatim ſo. matri. morte viri: nõ expectato lapſu anni: q̃ indulget̃ marito & eius heredibus ad reſtitutionẽ dotis miſerationis cauſa iuxta. l. vni. §. exactio. C. de rei vxo. acti. q2 iſte annus nõ ineſt actioni vel obligatiõi: ſꝫ datur miſerationis cauſa ideo nõ impedit natiuitatem actionis. ¶ Et probatur iſtud q2 ſoluto matrimonio ſtatim incipit currere preſcriptio contra actionem de dote vt. l. in rebus. §. fi. C. de iure do. qđ vtiq; non eẽt ſi tunc actio orta nõ eſſet. l. cum notiſſimi. C. de ꝑſcri. xxx. an. q2 nõ valenti agere non currit ꝑſcriptio. l. j. in fi. C. de anna. exce. ¶ Et ſicut actio de dote nõ oritur niſi demũ ſo. matri (vt dictum eſt) ita & dicendum eſt in actione hypotecaria que oritur ex expreſſa vel tacita hypotheca pro dote: quia actio hypothecaria a principio non naſcitur: niſi pri⁹ nata principali obligatione perſonali cui ipſa accedit vt per Bar. in. l. fideiuſſor obligari in ꝑn. ff. de fideiuſ. & iſtõ firmat Bal. nouel. in tractatu dotis in. x. parte principali in. xvj. & vl. limi. ¶ Ubi tñ declarando dicit ꝙ lꝫ hypothecaria pro dote nõ oriatur cũ actione perſonali niſi demũ ſo. matri. Tamen ꝙ ex tunc retrotrahitur ad tempus cõtracti matrimonij: q2 dicta obligatio dotis reſtituende contrahitur ſub quadam conditione. vꝫ ſi matrimonium ſoluatur: que ꝯditio cũ ſit caſualis retrotrahi dꝫ ꝓut eſt regulare in contractib⁹ ꝙ conditio purificata retrotrahat̃ ad diem cõtractus vt. l. potior & l. qui balneum. ff. qui po. in pi. hab. vt ibi per eum & ſepiſſime
2 dictũ fuit. s. ¶ † Similiter dicẽdum eſt in actione euictionis: q2 etiã illa nõ naſcitur ante ſequutam euictionem. l. habere licere. ff. de euictio. & l. qui rem. C. eo. tit. & ſimiliter hypothecaria pro euictione tunc demum naſcitur per rationem. s. adductam in proximo precedenti articulo: & ita not. Alexan. in. d. conſi.
3 cvj. in pri. col. v. vol. ¶ † Idem etiam dicendũ eſt in legato cõditiõali vel in diẽ q2 añ purificatã cõditionẽ vel diẽ nõ oritur actio in rẽ nec hypothecaria ꝓ dicto legato. ita not. Bald. in. l. j. in. ij. colũ. in verſi. q̃ro nunquid ante diẽ certã &c. C. cõmu. de leg. ¶ Et idẽ dꝫ eſt in q̃cũq; alia obligatiõe ꝯditiõali vel in diẽ vt

t.nõ orīat hypothecaria niſi demū pu-rificata cõditione vel die vt eſt tex.ꝛ ibi glo Bar.ꝛ alij in.l.grege.§.pen.ff.de pigno.Si tamē egiſſet creditor pendente conditione ꝛ propterea ſuccubuiſſet: ſi poſtea purificetur conditio: iterū agere poterit nec ei obſtabit exceptio rei iudicate vt ibidem eſt tex.ꝛ vult gloſ. ibi in
4 verb.agere. ¶ † Sed dubitatur an in fideicommiſſo vniuerſali purificata conditiõe: poſſit fideicõmiſſarius agere hypothecaria facta reſtitutione verbali: ante reſtitutionem realē: ꝛ Bal. in.d.l. j.in prin.C.cõmu.de lega.in verſi.quero nunquid ex fideicõmiſſo vniuerſali ꝛc. tenet ꝙ ſic monetur per tex.in auctē.contra rogatus.C.ad treb.vbi eſt tex.expreſſus ꝙ fideicommiſſario vniuerſali cõpetit hypothecaria pro rebus fideicommiſſo ſubiectis: ꝛ glo.ibi in ver.in rē dubitat quomodo poſſit competere talis hypothecaria cum videantur res eſſe ſue ꝛ ideo non videtur poſſe dici ꝙ dicte res ſint obligate ipſi fideicommiſſario l.ſi rem alienam.ff.de pigno. actio. ꝛ.l. neqꝫ pignus.ff.de reg.iur.vnde gloſ.ibi reputat iſtud mirabile: ꝛ non obſtat.d. l.neqꝫ pignus: quia vt declarat Sal.i.d. aucten.contra rogatus in.iiij. oppo.et ſentit ibi Bald.in verſi.item no.ꝙ in eadem re.ad hoc reſponderi poteſt ꝙ ante reſtitutionem realem factam fideicõmiſſario vniuerſali per ſolam verbalem reſtitutionem fideicõmiſſarius non acquiſiuit perfectum ꝛ verum dominiū: ꝛ ideo reſpectu iuris quod ſibi defecit in rebus fideicõmiſſo ſubiectis poſſunt ille res dici obligate ipſi fideicommiſſario arg.etiam tex.in.l.ex ſextante.§.latinus.ff.de excep.rei iudi.ꝛ ibi eſt glo.no. in ver.conſtituto que ita intelligit, vꝫ ꝙ donec quis nõ eſt plene dñs rei non obſtat.l.neqꝫ pignus: ꝛ ita intelligit.l.in rebus.C.de iure do. ¶ Iſtam etiam intelligentiam firmat Paul.de caſt.in.l.j.in pri.col.in verſi.Sed oppono extra glo. videtur ꝛc.C.cõmu.de lega. vbi dicit ꝙ illa regula ꝗ dicit ꝙ ſemel meū amplius effici meū non põt vt inſti.de leg.§.ſꝫ ꝗ noſtra: ꝓcedit qñ res ē ꝑfecte mea ꝛ mihi acquiſita ꝑ regulas iuris: ꝛ ideo nõ habet locum in re legata que acquirit ipſo iure ſine traditione extra regulas iuris. ¶ Concluditur ergo ꝙ fideicommiſſarius vniuerſalis poſt factam reſtitutionem verbalem poſſit agere hypothecaria: ſed non poſt factam reſtitutionem realem quia tunc perfecte eſſet dominus vt.l.reſtituta ꝛ.l.facta in pri.ꝛ ibi not.ff.ad treb.ꝛ ita tenendum puto: ꝗ̄ſmus Iaſ.in.d.l.j.in.vij.limi.C. cõmu.de lega.reliquerit articulū indeciſum dicendo nunꝗ̄ de eo fuiſſe bene clarū ꝛ nū ꝗ̄ audiuiſſe decidi per aliquem.
5 ¶ † In alijs aūt obligationibus ꝛ contractibꝰ puris: dicendū eſt ꝙ hypothecaria oriatur indiſtincte a die orte obligationis ꝑſonalis vt habetur in.l.res hypothece. ff.de pigno.ꝛ.l.grege.§.pen. cum.l.ſeq. eo.tit.ꝛ faciunt not.per Barto.in.l. fideiuſſor obligari in princi.ff. de fideiuſſo.
